SAGGIO

DI

CODICE DIPLOMATICO

SAGGIO

DI

CODICE DIPLOMATICO

FORMATO SULLE ANTICHE SCRITTURE DELL'ARCHIVIO DI STATO DI NAPOLI

PER

CAMILLO MINIERI RICCIO

VOLUME PRIMO

Che principia dal 15 Agosto dell'anno 964 e termina nel 27 Ottobre 1285.

NAPOLI

OFFICINA TIPOGRAFICA DI R. RINALDI E G. SELLITTO

NELL'ABOLITA PIAZZA A FORCELLA

1878

Edizione di 125 esemplari numerati

N. 8

Non solamente i Registri tutti della Regia Cancelleria Angioina, ma ancora moltissime altre antiche scritture per lunghi anni ò studiato nell' Archivio di Stato di Napoli, lavorando indefessamente e notando tutto quello che alla storia tanto Napoletana, come dell' Italia intera e delle altre nazioni poteva interessare. Per intero ò trascritto que' documenti, che io credeva maggiormente interessarmi per alcuni lavori che mi proponeva fare. Però circostanze diverse avendo in me mutato pensiero, e trovandomi già aver riuniti circa seicento tra diplomi ed altre interessanti pergamene, mi sono determinato a pubblicarli, perchè tanta mia fatica non andasse col tempo distrutta. A questa opera ò creduto dare il titolo di Saggio di Codice Diplomatico*; al quale potrebbe aggiungersi* Angioino-Durazzesco, *perchè quasi interamente contiene pergamene dal primo Carlo fino a Giovanna 2ª sua ultima discendente; ma trovandovisi ancora non poche importanti pergamene anteriori alla Monarchia ed altre Normanne e Sveve, come pure Aragonesi, ò dovuto dare al libro il suddetto modesto titolo.*

L' opera è di due soli volumi, questo contiene 254 interessantissimi documenti dal 15 di agosto dell'anno 964 fino al 27 di ottobre del 1285; l'altro ne avrà oltre 300. Sette diversi indici ò compilati per rendere facile la ricerca e la intelligenza di quanto nel presente volume si racchiude; perciò si à l'elenco de' sommarî de' documenti, e poi gl' indici de' nomi, de' cognomi, dei personaggi illustri, il topografico, quello de' luoghi e degli edifizî della città di Napoli e sue vicinanze; ed infine quello delle cose notabili.

Molta cura ò messo affinchè questa raccolta fosse tutta di cose inedite; se alcuna edita mi fosse sfuggita, sarà molto rara, e perciò è utile l'averla riprodotta.

È mio debito far noto che gli impiegati dell'Archivio di Stato di Napoli, che sono destinati a' lavori diplomatici, si sono molto occupati a trascrivermi le difficilissime pergamene anteriori alla Monarchia ed alcune normanne ed al riscontro sugli originali di una parte di questi documenti, dei quali molti di scrittura curialesca stranamente difficile ed arbitraria.

ERRORI		CORREZIONI
Pag. 25 v. 1	*Raccolta*	leggi *Ricolta*
» 26 v. 32	*Octo dux et meranie*	» *Octo dux meranie*
» 35 v. 21	*Liberit*	» *Liberis*
» 61 v. 17	*Magister Massarius*	» *Magistri Massarii*
» 109 v. 27	*Capitali*	» *Capitoli*
» 114 v. 8	*Anno 1474*	» *Anno 1274*
» 200 v. 14	*Ivi Reg. Ang. 1283. E. n. 49*	» *Ivi Reg. Ang. 1283. E. n. 46*
» 230 v. 26	*hereles*	» *heredes.*

I.

Anno 964. 15 Agosto 7ª indizione — Napoli.

Istrumento di confinazione di alcuni fondi rustici posti in Ottaiano.

Pergamene sciolte della Città di Napoli antèriori alla Monarchia, nell'Archivio di Stato di Napoli.

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi. Imperante domino niciphoro magno imperatore anno primo die quintadecima mensis augusti indictione septima neapoli. definivi ego stephanus cui supernomen sparano filium quondam domini Iohannis Cele . . . . denique cicino filio quondam voniti de loco qui vocatur hoctaianum de altercatione que inter nos abuimus dicendo pars tua versus me ut ipse fundum tuus de memorato loco hoctaianum qui est iusta illum fundum meum de eodem loco via hab oriente da via communi qui est iusta latere de memoratum fundum meum per eadem fundum meum et . . . . dominus gregorius curialis . . . . . . nomen beritas ex iudicatu mihi exinde inter nos et iurare mihi exinde . . . . et dicere et memoratum fundum tuum de memorato loco hoctaianum quem habuerimus fundum meum via carraria habuit per quadrigintam annos da memorata via communi per memoratum fundum meum et iusta iamdictum fundum prenominati domini gregorii Curialis et scriniarii et ponere ego tibi exinde securitate et post dato et atfirmato iudicio deo auxiliante et per colloquia vonis hominibus convenientia facta et exinde inter nobis absque omni . . . . et per eadem conbenientiam repromitto ego memorato stephano cui supernomen Sparano tibi iam nominato cicino ut a nunc et deinceps omni tempore memoratum fundum tuum via at omnium et at petelium (1) at manum trahendum habere debeas da memorata via comunale per memoratum fundum meum et iusta iam dictum fundum domini gregorii Curialis et scriniarii absque omni mea et de meis heredibus qualibet contrarietate vel antepositione in perpetuum eo quod per eadem conbenientiam in presentis in pagatione (2) accepi a te exinde aurum tare unum et medium sicut inter nobis conbenit. Si autem ego vel heredes meis quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur venire presumserimus et minime atinpleverimus hec omnia memorata per quolibet modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri Curialis scribere rogatus per Indi-

(1) Pedaggio. (2) Pagamento

ctione memorata septima. hoc signum ✠ manus mei stephani cuius supernomen Sparani quod ego qui memoratus pro eum subscripsi.
✠ ΕΓΟ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥΣ φιλιουσ ΔΝΙ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α ΣΤΟ ΣΤΕΦΑΝΟ ΤΕΣΤΙ ΣΟΥΒ.
✠ ΕΓΟ ΚΕΣΑΡΙΟΥΣ φιλιουσ ΔΝΙ Ιοαννου ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α ΣΤΟ ΣΤΕΦΑΝΟ ΤΕΣΤΙ ΣΟΥΒ.
✠ ΕΓΟ ΘΕΟΔΟΡΟΥΣ φιλιουσ ΔΝΙ Ιωαννου ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α ΣΤΟ ΣΤΕΦΑΝΟ ΤΕΣΤΙ ΣΟΥΒ
✠ Ego petrus Curialis complevi et absolvi per Ind. memorata septima.

II.

Anno 966. 1 Settembre 10ª indizione — Napoli

Istrumento di enfiteusi tra Maru figliuola del quondam Marino e moglie di Cesario, e Giovanni figliuolo adottivo del quondam Stefano.

Pergamene predette della Città di Napoli.

In nomine domini dei Salvatoris nostri Jhesu Christi. Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno septimo sed et niciforo et Constantino magnis imperatoribus anno quarto die prima mensis septembris indictione decima neapoli. Certum est me marum honesta femina filia quondam domini marini una cum consensu domini cesarii viri mei. a presenti die dedi tibi Johanni adobtibo quondam Stephano presbitero abitatores in calbictianum: idest integrum fundum meum . . . . . ccale una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus quas vero memoratum fundum tibi tuisque heredibus dedi ad detinendum et laborandum: In eo vero tenore ut in tua tuisque heredibus sint potestate tenendi et abitandi et lavorandi et super te recolligendi arbores et bites seu fructoras ibidem ponendi et plantandi et sepes eius emarginandas et super te illos frugiandi tantum modo tu et heredes tuis mihi meisque heredibus omni anne in sancti petri in iunio mense dare debeatis idest tare unum bonum et pititie (1) due sine omni ammaricatione et nullatenus presummo ego aut heredes meis tibi tuisque heredibus illos solbere aut ad alium hominem illos dare per nullum modum excepto si illos ad concambiare (2) abuerimus aut setibum (3) nostrum ibidem posuerimus licentiam habeamus et si tu illos ipso tempore nobiscum cambiare (4) volueritis aberetis pro timisi (5) et daretis nobis ubi nobis placuerit quia ita nobis stetit. Si autem ego aut heredes meis aliter fecerimus tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos biginti bythianteos et ec chartula sit firma scripta per manus Johannis curialis per memorata indictione ✠ hoc signum manus memorata maru honesta femina cum consensu memorato viro suo quod ego pro ei subscripsi ✠ et hoc recordata sum ut si mihi meisque heredibus non placuerit ipsa terra tua at cambiandum atque ne illos concambiare voluerimus licentiam habeamus.
✠ Ego Sergius Curialis rogatus a memoratos iugales testis subscripsi.
✠ Ego Johannes filius domini cesarii rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi.
✠ Ego Gregorius filius domini Johannis rogatus a suprascriptos iugales testis subscripsi.
✠ Ego Johannes Curialis complevi et absolvi pro memorata indictione.

---

(1) Prestazioni. (2) Ricambiare. (3) Seminagione.
(4) Cambiare, permutare. (5) Prezzo.

III.

Anno 977. Decembre 5ª indizione.

Contratto di enfiteusi tra Pietro figliuolo di Pietro Piedemollo e Sergio figliuolo del giudice Giovanni figliuolo di Sergio Orso di Sergio Come, di un pezzo di terra sito nel luogo detto Terrenzano.

Pergamene predette della Città di Napoli.

✠ Ego quidem petrus filius petri pede mullu. a presenti die firmamus vobis domino Sergio filio domini iohanni iudicis filii sergii de urso de sergio come. hanc chartulam similem de ipsa chartula quod mihi fecisti pro eo quod assignasti nobis una petia vestra de vinea et terra bacua in fora positam at terrenzanum per finis et omnia sicut continet ipsa chartula quod mihi inde fecisti. ea ratione ut a modo et semper ego et mei heredes teneamus memoratam vineam et laboremus eam cum nostro expensarium (1) ut proficiat in meliorem et ipso bacuum pastinemus (2) et faciamus a modo et usque at tres annos. et aramemus (3) eos in pergule talem curam exinde habeamus ut semper dicta teragias acquare duo homo quia tota ista vineam bene est aramata (4) et cultata. et a modo et semper vinum et omne alia frugium quod ibidem dominus dederit omni annue dividamus eos vobiscum et cum nostris heredibus per medietatem sine fraudem et ipsàm portionem vestram de ipso vinum post demus vobis ubi recluditis ipso alio vestro vinum et conciemus (5) vobis ipse vestre bucte (6) et inbuctemus (7) vobis eos et nutricemus vobis unum hominem verum et demus vobis omni annue pullum unum bonum cum sextarium (8) unum de ube passe et ipsa fructura in memoratum locum dividamus per medietatem et vos et vestris heredes vindicetis nobis eos ab omnem hominem et qui de nobis et vobis aliquid de memoratum placitum minuare voluerit componamus auri solidos triginta et hec chartula sit firma imperpetuum.

✠ Ego Sergius iudex testis sum.

✠ Ego petrus filius ursi testis sum.

✠ Ego Johannes iudex testis sum.

✠ Ego iohannes scriba filius ursi scripsi mense december ind.ᵉ Vª decimo anno post recuperatione domini marini gloriosi ducis ✠.

---

(1) Spesa.
(2) Pianteremo.
(3) Intrecciare i rami delle viti per formare le pergole.
(4) Cioè le viti sono bene avviticchiate a' pali o a' pioppi.
(5) Accomodare, restaurare
(6) Le botti per riporvi il vino.
(7) Riporre il vino nelle botti, imbottare.
(8) Sorta di misura.

IV.

Anno 979. 1 Aprile 7ª indizione — Napoli.

Istrumento col quale da diversi cointeressati si depositano nelle mani di Giovanni figliuolo di Giovanni, comune parente, alcune pergamene contenenti titoli di proprietà.

Pergamene predette della Città di Napoli.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi. imperante domino basilio magno imperatore anno nonodecimo sed et Constantino magno imperatore frater eius anno sexto decimo die prima mensis aprilis indictione septima neapoli. Certum est me Johannem filium quidem idem domini Johanni A presenti die promptissima voluntate promicto vobis videlicet maru honesta femina et stephano huterinis germanis meis et tu supradicta marum honesta femina conius autem petri cognati (1) nostri propter septem chartulas communis merissis (2) quem ego . . . . conserbandas . . . . . quod sunt ipse nomina . . . . . chartule. In primis . . . . . . chartula membrana scripta quod . . . . atis quem fecit . . . . petrum et anna iugales . . . . domino Johanni genitori nostro de illa via secundum . . . . . iterum membrana . . . . . quem fecit quidem stephano filium quondam domini Johanni . . . . . de alia via; tertiam autem chartula promisimus iterum membrana scripta quem fecit quidem Johannes filium quidem Anastasii habitatori de maliti iterum ad memorato domino Johanni genitori nostro de illa terra quam ad illum campum qui dicitur . . . . nia: quarta vero chartula de tum memorato scripto quem fecit Johannes miles filium quidem domini petri militis ad quod dominus theodoro miles: quinta autem chartula merissi divisionis de tum memorato scripto que facta est a quondam domina maru honesta femina filia quondam domini Johannis dudum tribuni et quondam domini Leontum iugalium personarum cum consensum quondam domini stephani viri sui quem fecit ad quondam domina maria honesta femina germana sua conius quondam domini theodori comite: sexta vero chartula servitutis iterum de tum memorato scripto quem fecit quondam leone et Johanne germanis filiis quondam domini gregorii . . . . dudum tribuno et gregorio clerico germanis filiis quondam domini sergii monachi de una sepultura: septima chartula comparationis de tum memorata scripta quem fuit quondam dominus Johanne filium quondam domini gregorii et quondam domina maria honesta femina iugalium personarum at eidem domino Johanne dudum tribuno filium quondam idem domini gregorii dudum tribuno: quem vero nostre iam neminate septem chartule ut super legitur quem apud me habere confiteor ad conserbandum ut omni tempore ego et heredibus meis ipse chartule que superius diximus salbe habere sicut facere promitto pro vestra et mea partes salbationem et nullo modo prosummo nec abebod licentiam ego vel heredibus meis ex ipse chartule que superius diximus aliquando tempore vobis vestrisque heredibus abscondere aut subcelare (3) per nullum modum, nec per summissis personis in perpetuis temporibus: et quandoque tempore vobis vestrisque heredibus ex ipse chartule necessum fuerit ad causandum pro vices et portionibus nostris de omnia quantum vos a nos impartita tetigit per merissis divisionis quem inter nobis fecimus et aduc facere et dividere abemus. statim ego vel heredibus meis vobis vestrisque heredibus eos hostendere et monstrare (4) debeamus

---

(1) Cognato, cioè tanto il fratello del marito, che della moglie. (2) Divisione.
(3) Celare, Nascondere. (4) Mostrare, Fare osservare, Porre innanzi la vista.

ad relegendum ubique. vobis vestrisque heredibus necesse fuerit ut supra diximus pro vices de ipsius portionibus nostris sine omnis astinentia et tarditatem nulla dantes occansionem per nullum modum: et postquam exinde finem facientes de ipsius funtationis quem habuistitis statim ipse chartule quem vobis dederimus iterum eas nobis nostrisque heredibus rebocare debeatis sane et incolume qualis vobis eas dederimus sine omnis tarditatem nulla dantes occansionem per nullum modum iterum ad conserbanda illas pro nostra et pariterque vestra sabationis: quia ita nobis stetit et placuit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut superius legitur aut in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos quindecim bythianteos et ec chartula promissionis ut superius legitur sit firma scripta per manus Johannis notarii scrivendo rogavi per memorata septima indictione.

✠ Hoc signum ✠ manus memorati Johannis quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eum subscripsi.

✠ **ΕΓΟ Ιω̃ *φιλιους* ΔΝΙ ΣΕΡΓΙΙ ΡΟΓΑΤΟΤΣ Α CCΤΟ ΙΩΑΝΝΙΙ ΤΕΣΤΙ ΣΟΤΒ.**

✠ Ego petrus filius domini Stefani rogatus a suprascripto Johanne testi subscripsi.

✠ Ego leo filius domini sergii rogatus a suprascripto Johanne testi subscripsi. ✠

✠ Ego Johannes notarius qui memoratos post subscriptionem testium complevi et absolvi per memorata septima indictione.

V.

Anno 993. 29 Aprile 6ª indizione — Napoli.

Legato fatto da Maria, figliuola de' defunti Stefano e Maria, al Monastero dei Ss. Gregorio e Sebastiano *Puellarum Dei* della città di Napoli.

Pergamene predette della Città di Napoli.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo tercio. sed et Constantino magno imperatore fratre eius anno tricesimo die vicesima nona mensis aprilis indictione sexta neapoli: Iudicare itaque visa fuit quod domina maria honesta femina filia quondam domini stephani et . . . marie honeste femine iugalium personarum coniux domini petri per suum dispositum omnem sua hereditate et substantias sicuti in omnibus ipse eius dispositus continet et per eodem suum dispositum iudicavit ut integris portionis quondam domina gemma et domina anna prothias (1) suas qui ad ea pertinuit aut pertinentes fuerit per quovis modum ut inclitas irent pro sua anima per manus domini aligerni bulcani prothii sui et per manus domini Johanni filio quondam domini aligerni simul per manus mea videlicet marino cognato suo filio quondam domini gregorii soceri sui. et per manus domini sergii thii (2) sui filio quondam domini Johanni sicuti ipse eius dispositus continet. et quia per negligentia de die in die minime illud dedimus pro anima memorate quondam marie honeste femine cognata mea memorati marini. etiam et ipsis ceteris distributores iam defunti. sunt et nihil de eis remansit preter ego memorato marino cognato suo. Nunc autem ego memorato marino cepit inde magna cogitationem abere ne mihi mors accesserit et nequaqua illud irent pro anima memorate quondam cognata mea sicuti ipse eius

---

(1) Prozie. (2) Zio.

dispositus continet: et cum hoc cogitantes ab tum mihi comparuit ut illud obtularent pro anima ipsius cognata mea in monasterio et cenobium beatissimi gregorii et sabastiani puellarum dei. hitcirco ego memoratus marinus distributor pro vice mea et pro vice de ipsis ceteris distributores iam de cognata mea qui iam defunti sunt per hanc chartulam pro redentionis anime memorate quondam marie honeste femine cognata mea offerre et offero atque impresenti contrado vobis domina marum venerabilis abbatissa memorati monasterii et cenobii beatissimi gregorii atque sebastiani puellarum dei. et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio et cenobium. idest memoratis integris portionibus memorate quondam domine gemma etiam de domina anne prothias memorate quondam cognata mea qui ad ea pertinuit aut pertinentes fuerit per quovis modum cum omnibus illorum pertinentiis omnibusque eis generaliter pertinentibus. et hab odierna die et semper a me vobis sint offertum et traditum in vestra posteriasque vestras memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio et cenobium sint potestate quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestate: et neque a me memorato marino distributor pro vice mea et pro vice de ipsis ceteris distributores qui defunti sunt neque a nostris heredibus nec a quavis alia personas. nullo tempore nunquam vos memorata domina marum venerabilis abbatissa aut posteras vestras vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. Quia ita nobis complacuit: sin autem nos aut heredes nostris vel alia quavis personas quovis tempore contra hanc chartulam offertionis ut super legitur benire presumpserimus et in aliquit offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas tunc componimus vobis posterasque vestras et ad memorato sancto et venerabili vestro monasterio et cenobium auri libras duas bithiantias et hec chartula offertionis qualiter continet sit firma imperpetuum scripta per manus Johannis Curialis et scriniarii scribendo rogavi per Indictione memorata sexta.

✠ Εγο *μαρινους διστριυουτωρ σουβ.*

✠ Ego stefanus filius domini sergii rogatus a suprascripto marino distributore testis subscripsi.

✠ Εγο *Γρεγοριους φιλιους αναστασιι ρογατους α σουπρασκριπτω μαρινο διστριβουτορε τεστι σουβσκριψι.*

✠ Ego Johannes filius domini cesarii rogatus a suprascripto marino distributore testi subscripsi

✠ Ego Johannes Curialis et scriniarius complevi et absolvi per indictione memorata sexta.

VI.

Anno 1004. 16 M. 3ª indizione — Napoli.

Istrumento di convenzione tra diversi condomini di uno edifizio nella città di Napoli e propriamente presso il *Vico Capuano* nella regione di *Forcella*, per aprirsi una finestra ed una porta di entrata della casa.

Pergamene predette della Città di Napoli.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi. Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quadragesimo quinto sed et Costantino frater eius. . . . . quadragesimo secundo die sextadecima mensis m. . . . . Certum est me stephanum negotiatorem filium quondam Johanni qui nominatur

despa. . . . una cum voluntate anna coniugi mea. A presenti die . . . . domino Joanni et domina maria honesta femina qui marenda clammatur (1) uterinis. . . marini rindinini postmodum vero monachi: et stephano et marino ferrario uterinis germanis filiis quondam petri herarii qui nominatur rindinino postmodum vero monachi: et maru filia quondam lubini et cunctos heredes quondam sergii faraoni et stephano . . . . . cullielmi qui vocatur de lubinum nec non et cuntos heredes quondam leoni cullelmi qui nominatur. . . . . cumque marino ferrario et sparano uterinis germanis filiis. . . . . . de lubino: et Johanne filio quondam domini petri vicedomini: et Johanne filio quondam . . . . oc est parentes et consortes: propter fenestre et regia (2) quam ego facere debeo in parietem proprium meum qui est iusta trasenda (3) communi nostra et vestra et de ceteris consortibus nostris oc est a parte septemtrionis da fine de pedem de gradis lapideis proprie mee parte occidentis et quomodo vadit in parte orientis iusta vico publici qui nominalur capuanum regionis furcillense quia nullatenus presummo ego aut heredibus meis nec abeamus licentiam aliquando tempore per ipse finestre et regia in ipsa trasenda communi qualibet spurcitia vel anteparata (4) facere aut versare non debeamus per nullum modum nullamque adimventam (5) ratione a nunc et in perpetuis temporibus: Quia ita nobis complacuit: si autem ego aut heredibus meis aliter fecerimus vel minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos viginti vythianteos: et ac chartula ut superius legitur sit firma scripta per manus Johanni curialis per indictione memorata tertia
✠ hoc signum ✠ manus memoratos iugales ego pro eis subscripsi.
✠ Ego petrus primicerius testi subscripsi.
✠ Ego theodorus filius domini Johannis testi subscripsi.
✠ Ego Johannes curialis testi subscripsi.
✠ Ego Johannes curialis complevi et absolvi per indictione memorata tertia.

VII.

Anno 1009. 17 Marzo 7ª indizione — Napoli.

Maria già badessa del Monastero de' Ss. Salvatore e Pantaleone *Puellarum Dei* ed altri fanno cessioni e donazioni a Maria badessa del Monastero de' Ss. Gregorio e Sebastiano *Puellarum Dei* della città di Napoli.

Pergamene predette della Città di Napoli.

In nomine domini dei Salvatoris nostri Jhesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quadragesimo nono sed et Constantino magno Imperatore fratre eius anno quadragesimo sexto. die septimadecima mensis marcii indictione septima neapoli. Certum est nos maria olim abbatissa monasterii domini et salvatoris nostri Jhesu Christi adque pantaleoni puellarum dei et anastasium et Johannem uterinis germanis filiis quondam domini petri palaminestra seu maria honesta femina filia quondam domini gregorii palaminestra relicta quondam domini Sergii Caretusi hoc est thios et nepote. A presenti die promptissima volumtate promittimus vobis domina marum venerabilis abbatissa monasterii et cenobii beatissimi gregorii et sebastiani puellarum dei et ad cunta congregatione monacharum memorati sancti et venerabilis

(1) Si chiama. (2) Porta di entrata della casa. (3) Portone del palazzo. (4) Ingombro. (5) Escogitata.

vestri monasterii et cenobii propter iam dictum integrum monasterium vocabulo domini et salvatoris nostri Jhesu Christi adque pantaleoni ancillarum dei una cum ecclesiis seu cellis et habitationibus quanque domibus et casalibus hortuas terris cultis et incultis montis collis sibis scapulis (1) seu pascuis olibetis castanietis cerquetis seu padulis cum aquis suis et cum sex uncias de funarium simul et omnibus hospitibus et comenditis (2) fundatis (3) et exfundatis (4) et fundoras (5) viborum et mortuorum fundata et exfundata insimul cum cespitibus et consuetudinibus et regulis vel omnibus adiacentibus et pertinentibus eis seu et omnibus serbis et ancilli quamque et omnibus mobilibus rebus mobilium et immobilium seseque mobentibus omnibusque ad memorato monasterio generaliter et in integro pertinentibus seum et cum duas partes nostras memorati anastasii et Johanni germanis de integrum hortum memorati monasterii positum foris illa gurgite de foris porta furcilla qui est iusta via publica qui pergit ad illa fuga quas lavorad ille Cannabaro: De qua primum quidem omnium promitimus vobis quia numquam presumimus nos aut heredes nostris nec habeamus licentiam aliquando tempore de memoratum integrum monasterium cum omnibus eis pertinentibus ut super legitur vobis posterasque vestras querere per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. etiam et duas preceptas quas de memorato monasterio et de omnibus memoratis ex eo pertinentes appreensas habuimus a publica potestate aput vos illas impresenti remisimus. pro eo quod impresentia accepimus a vobis exinde. Idest auri solidos centum quadraginta de tari ana quatuor tari per solidum in omnem decisionem seu deliberationem. et si quabis personas vos aut posteras vestras exinde quesierit per nos aut per nostris heredibus vel per memorati genitori et abio nostro tunc nos et heredes nostris vobis posterasque vestras exinde desuper tollere debeamus etiam et si quabis personas vos aut posteras vestras exinde quesierit per memorato domino gregorio genitori meo memorate marie vel per suis heredibus tunc ego et heredes meis vobis posterasque vestras exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra damnietate nullam vobis mictentes hoccansionem excepto illa tercia mea memorate marie de memoratum hortum qui est foris ipsa gurgite de foris porta furcilla secus ipsa via publica qui pergit ad illa fuga quam ego in veneficio detineo a publica potestate. Quia ita nobis complacuit: si autem nos aut heredes nostris quobis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur benire presumserimus et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personas tunc componimus vobis posterasque vestras auri libras sex bythianteas. et hec chartula promissionis qualiter continet firma permanead imperpetuum. Quod vero chartula sicut superius legitur ha nobis facta petrus Curialis. scribere rogabimus per indictione memorata septima ✠ hoc signum ✠ manus memorata maria olim abbatissa et Johanni uterinis germanis. signum ✠ manus memorate marie honeste femine hoc est thios et nepote quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi.

✠ ΕΓΟ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥΣ ΣΟΥΒ.

✠ Ego Sergius tabularius rogatus a memoratos thios et nepote testis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi.

✠ Ego Johannes filius domini Sergii rogatus a supra scriptos thios et nepote testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi.

✠ Johannes Curialis et scriniarius rogatus a memoratos thios et nepote testis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi.

✠ Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptionem testium complevi et absolvi per indictione memorata septima.

---

(1) Terre poste nel piano e senza alberi, nel dialetto napoletano dette *Scampie*.

(2) Coloni che dimorano nel fondo in luoghi difesi o in tugurî.

(3) Coloni che dimorano nel fondo. (4) Coloni che dimorano fuori del fondo. (5) Fondi.

VIII.

Anno 1013. 31 Agosto 11ª indizione — Napoli.

Romana monaca figliuola di Teodoro, vedova del suddiacono Pietro concede in enfiteusi a Giovanni figliuolo di Simone, ed ai suoi fratelli uterini una terra sita in Acerra.

Pergamene predette della Città di Napoli.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi. Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno quinquagesimo tertio sed et Constantino frater eius magno imperatore anno quinquagesimo die tricesima primma mensis agusti indictione undecima neapoli. Certum est me Johanne filio quidem simmonis ego autem pro bicem mea tam et pro bice sillicto. et si . . . . uterinis germanis meis abitatoribus in loco qui nominatur acerre territorios verrolano: A presenti die promicto tibi domina rommana monaha filia quondam domini theodori relicta autem quondam domini petri subdiaconi propter integras duas petias terras tuas sita intus laneo in eodem territorio quas dibidit via una cum introitas earum et omnibus sibi pertinentibus: qui coheret sibi at una est ipse petie ab una parte terra sancte nostre ecclesie da secunda parte est terra domini gregorii bulcano: da tertia parte terra de illi morfissa: da quarta vero parte bia publica: et ipsa alia petia ibi ipsum at illum postum (1) de memorato loco acerre Iterum abet finis ab una parte terra memorati domini gregorii bulcani: da secunda parte est terra de illi cacapice: da tertia parte est ipse laneo da quarta denique parte est memorata bia publica: quas vero memorate integre due petie de memoratas terras tuas quas dibidit bia ut super legitur mihi et memoratis germanis meis nostrisque heredibus illas dedistis in colligio (2) at laborandum seu detinendum in eo enim tenore quatenus nos et heredes nostris omni anno abto tempore ipse terre bene et diligenter laborare et excolere et ad meliorem cultum perducere debeamus in omnibus ut expedit cum nostros boves et conciaturias (3) seum operas et sumtas vel omnia expensas caucuminas (4) et bites (5) ibidem ponere et plantare debeamus ubi meruerit et sicut iustum fuerit: et per omni annuo abto tempore ipse terre seminandi et ipsum seminatum cultandi at omni nostro expendio: et omnia quodcumque dominus deus dederit in ipsum seminatum tunc dibidamus illut inter nobis nostrisque heredibus at area nostra de quatuor unum tu heredes tuis exinde tollere et percipere debeatis parte una et nos et heredes nostris partis tres: preter quandoque at metere et tritulare (6) venerimus nos vobis illos nuntiare debeamus et vos ibidem benire aut ominem vestrum dirigere debeatis et una personas vestras cum unum caballum et nutrire debeamus sicut iustum fuerit et ipsa sorte vestra qui vos aut heredes vestris ex ipsum omnem seminatum tetigerit per omni annuo nos et heredes nostris tibi tuisque heredibus illut traere debeamus gratis usque ante regias (7) domui vestre absque omni amaricationem et ubi voluntas dei fuerit et in ipsum arbustum que nos et heredes nostris ibidem fecerimus sumeritis at vinum faciendum tunc dibidamus ipsum binum una cum nostrum omnem seminatum quomodo dibistitis et feceris totus ipse locus cum suis portionariis qui terra in eodem placito tenueris: et si in ipso loco inbenta

---

(1) Posto, sito, luogo. (2) Unitamente, insieme, solidalmente.
(3) Ordegni, suppellettile qualunque che appartiene a qualche arte o mestiere.
(4) Prati. (5) Viti. (6) Tritolare, Trebiare. (7) Porta, entrata.

lederitis semel in annum in casa (1) nostra staballicare (2) debeatis omnes personas et nos vobis et at caballis vestris manducare et bivere dare debeamus sicut iustum fuerit: et nullatenus presumenti aut heredes tuis mihi vel at nostris germanis meis aut at nostris heredibus memorate integre due petie de memoratas terras quas dibidit via ut super legitur tollere et a quabis personas illas at laborandum in quolibet placito dare aut in vestram proprietatem illos recolligere per nullum modum bene nos et heredes nostris ipse terre laborantes et arbustantes et omni annuo abto tempore ille seminantes et ipsum seminatum cultantes et omnia memorata atimplentes per omnem ordine qualiter superius legitur et quandoque nos aut heredes nostris vobis vestrisque heredibus illas atbrenuntiare (3) voluerimus cum omni sua meliorationem licentiam abeamus: et dum illos in oc placito tenuerimus tu et heredes tuis nostris nostrisque heredibus illos defendere debeatis ab omnis omines omnique personas quia ita nobis stetit: si autem nos aut heredes nostris aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos triginta bythianteos et eh chartula qualiter superius legitur sit firma scripta per manus stephani curialis per indictione memorata undecima ✠ hoc signum ✠ manus memorati Johannis pro bice sua et de memoratis uterinis germanis suis quod ego pro eis subscripsi.

✠ Ego Johannes Curialis testis subscripsi. ✠

✠ Ego Gregorius filius domini sergii testi subscripsi.

✠ Ego Theodorus filius domini Johannis testi subscripsi.

✠ Ego Stephanus Curialis complevi et absolvi per indictione memorata undecima

IX.

Anno 1021. 25 Agosto 4ª indizione — Napoli.

Contratto di vendita tra Pietro detto Iurdula e Maria badessa del monastero dei Ss. Gregorio e Sebastiano, e del Salvatore e S. Pantaleone *Puellarum Dei*.

Pergamene predette della Città di Napoli.

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno sexagesimo primo sed et Constantino Imperatore fratre eius . . . . quinquagesimo octabo die vicesima quinta mensis augusti indictione quarta neapoli. Certum est per petrum qui nominatur Jurdula filio quondam Stephani et adobtibo filio quondam Cari commanente (4) autem in loco qui vocatur calbethianum A presenti die promptissima voluntate venundedimus et tradidimus vobis domine maria venerabili abbatissa monasterii et cenovii beatissimorum gregorii et sebastiani atque domini et Salvatori nostri Jhesu Christi et sancti pantaleoni puellarum et per vos in memorato sancto vestro monasterio idest integra petiola mea de fundum posita in memorato loco calbethianum . . . nominatur ad pischina piccula una cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. coherente sivi ab uno latere et de uno capite fundum memorati vestri monasterii et abet in memorato latere de longitudinem passi undecim. et in ipso capite abet de latitudinem passi quinque, et ex alio latere fundic-

(1) Casa, abitazione. (2) Alloggiare. (3) Rinunziare. (4) Dimorant

ciolum heredum domini Johanni de arcum et inde abet de longitudinem passi duodecim de alio capite via publica et abet ibidem de latitudine passi sex memorati vero passi sunt mensurati ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: de qua nihil mihi exinde intus memoratas coherentias et mensura aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena persona comisi potestatem. et ha nunc et deinceps a me vobis sit venundatum et traditum in vestra posterasque vestras et de memorato vestro monasterio sint potestate quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem et neque a me memorato petro qui nominatur Jurdula neque a meis heredibus nullo tempore nunquam vos memorata domina maria venerabilis abbatissa aut posteras vestras nec memorato sancto vestro monasterio quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis vobis posterasque vestras, et ad memorato vestro monasterio exinde ab omnis homines omnique persona in omnibus antestare (1) et defensare debeamus. pro eo quod impresentia accepi a vos exinde idest auri tari quatuor et unum modium de triticum in omnem decisionem seu deliberationem. Quia ita inter nobis combenit; si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquit offensi fuerimus per quovis modum aut per summissis personis tunc componimus vobis posterasque vestras. et ad memorato vestro monasterio auri solidos tres bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma. scripta per manus Johannis Curialis et scriniarii. per indictione memorata quarta ✠ hoc signum ✠ manus memorati petri iurdula quod ego qui memoratos pro eum subscripsi et memorati tari traditos vidi. ✠

✠ Ego gregorius filius domini petri testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi. ✠

✠ Ego leo filius domini Johannis scriniarii subscripsi et suprascriptos tari traditos bidi. ✠

✠ Ego stefanus filius domini cesarii testi subscripsi et suprascriptos tari traditos bidi. ✠

X.

Anno 1093. 8 Settembre 2ª indizione — Amalfi.

Anna figliuola di Leone Dalacqua vende una sua terra.

Volume delle pergamene di Amalfi. Pergamena n. 3.
Nell'Archivio di Stato di Napoli.

. . . . . Christi anno ab incarnatione eius millesimo nona . . . . anno quarto die octava mensis septembris indictione secunda Amalfie . . . . . anna filia leonis dalacqua et uxor Johannis filii petri . . . . . . per consensum et voluntate memorati Johannis viri mei et michi . . . . . . venditio que inferius reclarata est certissime . . . . . placeat. A presenti die promptissima voluntate venumdedimus et tradidimus vobis domino Johanni presbytero exadelfo (2) suprascripti nostro filio domino constantino presbytero nostri filii Johannis dalacqua abii nostri idest omnia cum omnibus quantum habere . . . . . in ipsum montem dacesani quod divisum abuimus . . . . . genitori

(1) Garantire, fare malleveria. (2) Fratello cugino.

vestro cum quantum in communem at . . . . predicto loco. hoc est castanietis querquetis (1) cesis silvis (2) vacuum (3) et plenum totum vobis eos venumdedimus . . . . . quantum michi ibidem obvenit da parte de memorato genitori meo et reclamamus vobis exinde ipsas fines a supra et desuptus . . . . ecclesie sancte marie. da uno latere ponitur fine finem de ipsis . . . . . et de alio latere ponitur fini finem vestram sicut ipsa merissis proclamat cum salva quidem via sua et omnia pertinentia et cum ipsa . . . . de ipsa cammara ibidem habentem. unde de quantum in . . . . loco abuimus nicihil nobis remansit aut aliquid vobis exinde esceptavimus. Ipsa vero predicta merissem cum alia charta una comparationis quod exinde habuimus vobis tradidimus et firmamus vobis ut si exinde alie charte invente de hiis apud nos vel apud nostros heredes apud vos et vestros heredes eos mittamus sine vestra damnietate vel requisitione unde accepissis a vobis exinde plenariam nostram sanationem idest auri solidos duodecim tari quatuor per solidos sicut inter nos convenit in omnem deliverationem et in omnem decisionem . . . . . alicui a die presenti et in perpetuis temporibus in vestra et de vestris heredibus sit potestate ratam faciendi et iudicandi vobis exinde omnia quod volueritis . . . omni nostra et de nostris heredibus contrarietatem vel requisitionem in perpetuum quam . . . omnia quod vobis venumdedimus qualiter superius legitur obenit nobis a suprascripto genitori nostro et at eum obenit paratum e comparationis et paratum de parente . . . . . et vindicemus vobis eos ab omnibus hominibus quod si minime adimpleverimus duplo memorato pretio vobis componere promittimus et hec charta sit firma in perpetuum ✠ filius domini sergii comitis mansonis testis est ✠ . . . . domini musolei de domino constantino testis est. ✠ Petrus . . . . filius Johanni de domino pulchara testis est. ✠ Ego sergius scriba filius domini Johanni curialis scripsi.

XI.

Anno 1100. 10 Gennaio 8ª indizione — Amalfi.

Il sacerdote di cognome De Lupino avendo ricevuto da Costantino vescovo di Ravello la chiesa di S. Matteo apostolo ed evangelista ed i beni ad essa pertinenti, stabilisce le condizioni per l'amministrazione di quei fondi, e la parte dei frutti da corrispondersi al Vescovo.

Pergamena n. 4 del volume delle predette pergamene di Amalfi.

Anno domini millesimo centesimo die decima mensis Januarii Indictione octava Amalfie. Nos . . . . de lupino . . . . . . manifestum facio vobis domino Constantino (4) gratia Dei Rabellensis Episcopo . . . . . . et vobis omnibus clericis de cuncta congregatione de hac civitate . . . . tradidistis atque assignastis mihi

---

(1) Querceti. (2) Selve cedue. (3) Terra incolta.

(4) Come leggesi a p. 1184 del vol. 1° della *Italia Sacra* dell'Ughetti della edizione di Venezia, al n. II de' Vescovi di Ravello, costui è Costantino Rogadeo figliuolo di Marco e nativo di Ravello, il quale successe al Vescovo Orso, e fu consacrato dal pontefice Urbano II nell'anno 1094. Dopo 36 anni, cioè nell'anno 1130, il clero di Amalfi lo proclamò Arcivescovo della Chiesa Amalfitana, ma poichè il pontefice Innocenzo II non volle riconoscere quella elezione, egli ritornò alla sua primitiva chiesa, dove si morì nell'anno 1150, e fu sepolto nella cattedrale di Ravello

plenaria ipsa Ecclesia vestra vocabulo Beati Mathei Apostoli atque Evangeliste quod vobis tradidit per chartam offertionis domino solvere. . . . . . aput caserum (1) que predicta Ecclesia dedicata est in furattellum (2) cum plenarie et integre hereditates et castanietis asque fabricis de bacuum et plenum sicut ipsa charta continet mihi exinde fecistis unde nichil vobis exinde remansit aut aliquod michi exinde exceptuastis in ea videlicet ratione. ut ab hodierna die et cunctis diebus vite mee habitare debeam in predicto loco et ipsa predicta ecclesia die noctuque officiare illam debeam sicut pertinet ad sacerdotem et de ipse memorate hereditates de ipsa dicta ecclesia lavorandi . per unumquemque annum cum omni meo expendio talemque curam et certamen . . . debeam de ipsa dicta hereditate ut non pereat set domino auxiliante proficiat ut . . per bonis hominibus et a die presentis vinum et omne alium frugium quod exinde existit de ipse. dicte hereditates sine fraude et omnes malum ingenium vobis cunctis dividere ibidem debeamus in predicto loco in quartam partem vinum et palmentum et fructora per tempora sua nos exinde tollemus portiones tres et vos et memoratis posteris tollatis exinde portionem unam hoc est quartam partem et de ipsum memoratum insertitum si bacuum ibidem habuerit impleamus eos de tigillis et insurculemus (3) eos de ipse castanee zenzales talemque curam et certamen exinde habere debeamus ut non pereat set domino auxiliante proficiat ut pareat per bonis hominibus et iam ipsum predictum insertetum runcare illum debeamus et iam ipse castanee per suum tempore colligere ille debeamus cum omni meo expendio solummodo eos ibidem mittere debeatis unum collictorem et nos siccare debeamus predicte castanee ibidem in predicto loco et dividamus ille vobiscum ibidem in predicto loco in quartam portionem nos exinde tollamus portiones tres et vos exinde tollatis portionem unam hoc est quartam partem et de ipse portiones tres mee de predicte castanee dare exinde debeamus et ipsum predictum collictorem vestrum sicut consuetudo est faciendi et quando necesse fuerit ad cappilandum (4) lignum de predictum insertetum per lavorandum exinde ipse memorata hereditates faciamus vobis illos scire et vos ille cappilemus cum omni meo expendio et tollamus exinde portiones tres pro lavorandum predicte hereditates et de ipsa alia portione dare vobis illam debeamus ad faciendum vobis exinde omnia que volueritis et hoc dicimus ut si non adimpleberimus vobis hec omnia suprascripta capitula qualiter superius diximus iactetis nos exinde bacuos et faciamus vobis iustitiam qualiter lex fuerit. Quod si bene vobis eos adimpleberimus qualiter supra diximus non habeatis potestate nos exinde iactare set vindicetis nobis eos ab omnibus hominibus et hoc dicimus ut post meum hobitum hec omnia suprascripta veniant in potestate vestras et de vestris posteris sine omni contrarietate de omni personis et si contra hanc chartam benire presumserimus componere vobis promittimus auri solidos libra una bythiantea et hec charta sit firma disturbatum legitur cum omni meo expendio talemque. ✠ Leo filius Johannis zinziri capra testis sum. ✠ Ego Leo filius Ursi zezaro testis sum. ✠ Ego Leo de memorato Sergio musceptula testis sum. ✠ Ego Johannes presbyter scriba filius rusci de tustano scripsi.

---

(1) Casolare.

(2) Per comodo, per utilità, per uso.

(3) Innesteremo.

(4) Tagliare, Spaccare le legna.

XII.

Anno 1100

Marco figliuolo di Leone Rogadeo vende a Costantino suo figliuolo, Vescovo di Ravello, un fondo rustico.

Pergamena n. 5 del volume delle dette pergamene di Amalfi.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi anno ab incarnatione eius millesimo centesimo die . . . .
Certum est me. . . . . filius domini leonis rogadio.
A presenti die prontissima . . . .
in presentis cessimus et tradidimus vobis domino constantino (1) filio meo et supradicti Episcopo sedis . . . .
sancte marie que. . . . . pliato vestro Episcopio
idest plenaria . . . .
leonis . . . .

. . . .

que est in uno . . . .

. . . .

nichi obbenit at . . . .

. . . .

tres et ipsum predictum testamentum. . . . .

. . . .

illum simile exemplare et ipsum predictum testamentum . . . .
aliquam finem facienda debe . . . quod nobis . . . .

. . . .

leoni post fine facta . . . .
potestate et reclasamus vobis fines de predicto . . . .
tare atque de predicto insertetu a suprana fine ponitur finis fine remo filius domini cunnato de turello et expedicata fine da caput deinde descendit in lusum (2) a parte horientis per memorato fine de predicto remo et usque in fine in ipso capo de predicto insertetum et deinde per predictum capo de predicto insertetum rebolbit angulus a parte septentrionis per memorato finem de predicto remo. et expedicatum finem de predicto remo. deinde badit per fini fine de heredibus urso da luplano filio remo de turellum et expedicatam fine de predictis heredibus de predicto urso deinde badit per fini fine dicti Johannis filii domini Johannis da turellum usque in ipso termites de petra que ibidem constitutum est et da predicta termites de petra deinde descendit in lusum predictum insertetum a parte horientis per memorato fine de predicti Johannis da turellum. per ipsis aliis termites de petra que ibidem constituta sunt usque in caput de ipsa cammara terranea quod traditum habuit predicti Leonis at drosum filia sua et deinde da pede da predicto capo de predicta cammara per memoratos fines de predicta drosum et usque in fine de ipsa lama (3) que est inter hoc quod vobis venumdedimus et fini fine de mastalo da ipsis lateris et de alio autem latere a parte meridie fini fine ipsa via que est inter hoc et fini fine de predicto mastalo et fini fine dicti Johannis filii domini Johannis monachi freczum et predicta via plenaria vestra siat potestate

---

(1) Questo è lo stesso vescovo di Ravello di cui tratta il precedente documento.
(2) Muro di terra volgarmente detto *Tappia*. (3) Voragine, Vallone.

habetis coperire illum de supra cum omnia que volueritis cum salva quadam via sua et omnia sua pertinentia unde de quantum in memoratis finis concluditur de vineis et de insertetis bacuum et plenum nichil vobis exinde exceptuavimus aut aliquod michi exinde remansit. Unde excepimus a vobis exinde idest auri solidos centum de tarenis boni auri quatuor pro quod expedit pro animam de predicti bonis quomodo continet iu suum testamentum et de ipso alio quod superfluum baluerit ipso memorato quod vobis venumdedimus supra predictos solidos centum debetis exinde facere vos et vostris posteris usque imperpetuum in die annibersarii de predicti leonis vespera et matutinam atque missam sicut inter nos combenit in omne deliberatione ut a nunc die presentis et imperpetuis temporibus in vestra et de vestris posteris sit potestatem faciendi et iudicandi vobis exinde omnia que volueritis sine omni nostra et de nostris heredibus contrarietate imperpetuum et vindicemus vobis eos ab omnibus hominibus. Quod si minime vobis exinde fecerimus componere promittimus nos et nostris heredes vobis vestrisque posteris duplo memorato pretio et hec charta sit firma imperpetuum et hoc dicimus ut de hec omnia memorata quod vobis venumdedimus atque offersimus si placuerit vobis et vestris posteris successores potestate habeatis exinde vindere tantum unde suragatis predictos solidos centum quod michi exinde dedistis et de ipso alioquod exinde remanet omni tempore fiat de predicto episcopio et non habeatis potestate vos neque vestris posteris et successores aliquid exinde vindere vel donare neque exinde impitum ponere set omni tempore fiat de predicto episcopio quia taliter nobis stetit et hoc reclasamus ut per ipsa memorata quod vobis venumdedimus atque offersimus viam exinde habeant ipsis hominibus que exinde andant (1) per . . . et per memorata obligata penam.

✠ Ego urso filio domino sergii musce filio cala testi sum.
✠ Ego urso filius domino sergio callabo testis sum.
✠ Leo filius Johannis zinziri capra testis est.
✠ Ego Johannes presbiter scriba filius fusci de turano scripsi.

XIII.

Anno 1104. 25 Ottobre 12ª indizione — Amalfi.

Il prete Landone figliuolo di Giovanni de Ermerico dà in enfiteusi a Gauro figliuolo di Giovanni Zirolano il casale di Campolongo.

Pergamena n. 6 del Volume delle predette pergamene di Amalfi.

In nomine domini Dei Salvatoris nostri Jhesu Christi. anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quarto. die vigesima quinta mensis octubris Indictione duodecima Amalfie. Ego quidem Gaurus filius Johannis Zirolani a presenti die promptissima voluntate scribere et firmare visus sum vobis domino landoni presbitero filio Johanni de ermerico de nucerie hanc chartulam similem de ipsa quem tu mihi scribere fecisti pro eo quod tradidisti et assignasti mihi plenarium et integrum ipsum casalem da campu longu qui est causa sancte trosimenis de reginnis minoris. quod tibi traditum habuit

(1) Andare

per chartulam domini Jacinthus domini Sergii filius . . . . memorate sancte ecclesie. cum via sua et omnia sua pertinentia. Unde nichil nobis remansit . . . . nobis exinde exceptuasti. In ea videlicet ratione. Ut de presente incipiamus eos cultare. . . . . et ipso bacuum pastinare (1) et implere eos de vinea de vono bitinlo (2) qualiter ipse locus . . . . . . et siat factum et plenum amodo et usque at completis annis tres et factus siat arbustus seu ipsa . . . . nemus at pergule et ubive terre de dicto pastinemus tigillos et insurculemus (3) eos de ipsa castanea zenzala (4) et ipsi tigilli quod iactaverit (5) ipse ceppe (6) similiter insurculemus eis de ipsa castanea zenzala et habeamus eos factum amodo et usque at completis annis sex et iam ab inde in antea pertenere et lavorare eos debeamus cum omni nostro expendio nos et unus de ipsis filiis nostris. et una persona de filiis filiorum vestrorum usque in sempiternum. et zappare eos debeamus duas vices per annum tempore apto. et ipsum zenzaletum omni anne runcare (7) debeamus. et ipsum palmentum et cisterna quod ibidem habet conciare (8) eos debeamus talemque curam et certamen exinde habere debeamus ut non pereat set domino auxiliantem proficiat ut pareat apud vonis hominibus, et a die presenti vinum et castanee, atque omne alium frugium qui exinde exierit sine fraude et omni malo ingenio vobiscum eos dividere debeamus per medietatem. Vinum et palmentum castanee sicce at statem et fructora per tempora sua. Vos et ipse rector memorate ecclesie at cui post obitum tuum benerit memorate casalis tollatis exinde medietate et nos et nostri heredes tollamus exinde medietatem et ipse medietate nostra de predicto vino nos vindemiemus, et pisemus (9) et imbuctemus, in buctes (10) vestras et nos eas conciemus cum circli (11) vestri et hoc anno exinde tollatis super sortem cofinum unum de ube et abinde in antea tollatis, dua cofina de ube per omni annue usque at obitum tuum. et post obitum tuum aliquod supra sortem inde non tollat ipse posterior tuus. et per omnem palmentum demus vobis pullum unum usque at obitum tuum. et post tuum obitum aliquod exinde non demus. et ipsa medietate vestra de predicte castanee nos colligamus et siccemus et deponamus vobis eos iussu at reginnis minoris. et atducamus vobis ipsa sabbatrica (12) sicut consuetudo est et neque vos neque homo vester nobis ibidem virtutem vel inbasionem non facietis nec vester posterior. set vindicetis nobis eos ab omnibus hominibus. quod si nos et nostris heredes bene eos non lavoraverimus et cultaverimus et ipsam legem vestram completam vobis non dederimus qualiter superius legitur. iactetis nos exinde bacuos et facimus vobis iustitiam sicut lex fuerit. Quod si nos bene lavorando et certando et ipsam legem vestram completam vobis dando qualiter superius legitur et volueritis nos exinde iactare. facietis vobis iustitiam sicut lex fuerit. Que autem de nobis ambarum partium contra hanc chartulam venire presumpserit dampnetur at partem que firmam steterit auri solidos libra unam byziantheam et hec charta sit firma imperpetuum. et super discribatum dicitur et ipse. rector. ✠ Maurus imperialis protonobilissimus filius domini sergii comitis mansonis testis est. ✠ Johannes filius domini Sergii comitis mansonis testis est. ✠ Pantaleo filius domini Musalci de domino Costantino testis est. ✠ Ego Constantinus scriba filius domini Johannis Curialis scripsi.

---

(1) Piantare.
(2) Vitigno.
(3) Innesteremo.
(4) Specie di alberi di castagne dette *zenzale*.
(5) Quei *getti* ossia quei germogli che producono i tronchi delle piante.
(6) Sono le basi degli alberi delle selve e de' boschi, nelle quali crescono più pali, e diconsi ceppe.
(7) Roncare, tagliare con la ronca.
(8) Accomodare, restaurare.
(9) Pesteremo.
(10) Metteremo nelle botti, imbotteremo.
(11) Accomoderemo le botti con i cerchi.
(12) Specie di prestazioni detta *Sabbatrica*.

XIV.

Anno 1110. Luglio 3ª indizione — Petrulla.

Umbaldo signore di Petrulla fa donazione del casale Andreace al monastero di S. Maria di Bancia.

Volume delle Pergamene di Tricarico, che si conserva nell'Archivio di Stato di Napoli. Pergamena n. 1.

In nomine Sancte et individue trinitatis Ego Umbaldus Petrulle dominator cum mea coniuge Claricia divinitus inspirati et pia preventi misericordia Creatoris revolvimus nobiscum intra claustra nostrorum pectorum meditatione assidua qualiter huius mundi gloria totum quod in eo blanditur non diu permanent sed cito transeunt et labendo cotidie fugiunt velud umbra. Ortati insuper documento apostoli dicentis que sursum sunt sapite non que super terram Temporalem proinde gloriam et terrena cuncta que nullum bonum afferunt possessori Sapientes despicientes ut Regnum perpetuum et ad gaudia sempiterne glorie Valeamus pervenire. Providimus curiose cogitantes censui ratione magistrá fore dignum et utilissimum extimavimus ut pro amore omnium conditoris anime nostre parentumque nostrorum animarum salutis in elemosinarum largitie Sancte matris ecclesie famulantibus largitur pia solacia prontisque manibus beneficia ministraremus. Ut qui cuncta creavit ex nichilo et somma gubernat secula ratione inde nobis mercedem tribuat viteque perpetue concedat misericorditer donativum. Itaque ob amorem deï et spem futurorum bonorum ante presenciam. Marchisi dicti Castelli Petrulle Judicis aliorumque testium subscriptorum et qui Signum Sancte crucis propriis manibus impresserunt. per cultellum Sicuti nostre gentis francorum est consuetum (1). et per hoc scriptum in manibus domini peri venerabilis Abbatis sacri cenobii Sancte et gloriose Semperque Virginis dei genitricis Marie de loco Bancie (2) votiva et gratuita voluntate donamus concedimus tradimus et perpetualiter offerimus. ipsi sacro bancino cenobio dicto Venerabili Abbati vice et nomine dicti monasterii recipienti. astante secum Stephano filio Alberichi de monte Albano Casale nostrum cui Andriachi (3) vocabulum inest cum suis pertinentiis cum terris Silvis et aquis cum transitibus et exitibus suis omnibusque infra se habitis et contentis Vassallis presentibus qui nunc ipsum Casale inhabitant et aliis venturis qui futuris temporibus habere ibidem et recipere voluerint incolatum nec non tam aliis omnibus possessionibus Iuribus rationibus et pertinentiis suis. Videlicet terris cultis et incultis vineis olivis. pascuis pratis pomeriis aquis aquarum decursibus iure plateacii et affidagii aliisque suis iuribus utilitate et comodis que in ipso casali et tenimento haberi possunt et sunt sic tamen ut dicti Vassalli agrorum de omnibus nascenciis et suis frugibus et aliis huiusmodi que idem vassalli in tenimento predicto laborantes vel alibi cultu proprio habent aut aliunde quoquomodo recipient et habebunt plenam et integram decimam dent et persolvant anno quolibet dicto bancino cenobio ipsi abbati seu rectoribus ipsius cenobii futuro tempore succedentibus seu successoris

---

(1) Era questa una consuetudine della nazione francese, che tuttavia era in uso nel Regno di Napoli sotto il governo degli Angioini. Anche il giuramento ed il contratto del matrimonio si solennizzavano *per cultellum flexum*, come si legge ne' Registri Angioini dell'Archivio di Stato di Napoli.

(2) Questo monastero di S. Maria di Bancia dell'ordine benedettino stava ne' confini di Acerenza.

(3) Andriace terra in diocesi di Tricarico.

et etiam quolibet anno in festo natalis domini et dominice resurressionis annualia ensenia (1) seu nefrandicia (2) portent in reconniccione dominii et presentent abbati et monasterio antedicto. Et ipsi abbati et suis successoribus de omnibus pareant et respondeant et tamquam subiecti et subditi pareant et intendant. eorumque mandatis et correccioni subiaceant ac etiam suo Iudicio corrigantur multentur et iustificentur. Qui prenominatus Abbas et sui successores dictis vassallis presideant et eis auctoritate qua super tamquam suis dominentur eosque quociens expedierit corrigant puniant iustificent de culpis offensis et commissis. sicut dominatores ipsorum et domini per modum quemlibet sicut placuerit auctoritate qua super. Que omnia ut premissa sunt tali pacto et lege solempniter donamus concedimus tradimus atque offerimus dictis bancino cenobio Abbati et suis successoribus ut a presenti die in antea dictum Casale Andriachium et tenimentum transitibus et exitibus suis vassallis habitis et habendis et omnibus infra se habitis et contentis ac suis pertinentiis omnibusque aliis suis iuribus et utilitate transierint et omnino sint in potestate et pleno dominio dictorum monasterii abbati suorumque successorum imposterum ad habendum. tenendum possidendum et donandum ac de eis et in eis omne quod voluerint faciendum sine nostra nostrorumque heredum et aliorum successorum contrarietate vel impedimento aut alicuius impecione et requisiccione sed ea pacifice et quiete teneant et possideant inperpetuum omni exinde molestaccione inquietaccione et perturbacione remotis et tam nos quam nostri heredes defendamus eis et suis successoribus hanc nostram donacionem concessionem tradiccionem et oblaccionem perpetuam ab omnibus hominibus et personis qui contravenire vel facere temptaverint Nos autem predicta omnia precipua ratione obtulimus et donavimus predicto Sancto cenobio ob mercedem nostrarum animarum et parentum nostrorum ut memores nostri sint ipsi servi dei famulantes et detegentes ibidem incotidianis sacrificiis serviciis et oracionibus suis. Et quisquis insuper hoc donacionis nostre statutum solvere vel irritare ingeniose maliciose aut quolibet modo templaverit. perpetuo anathematis vinculo innodatur et a christiano consorcio omnibus modis separatur Et componat prefato monasterio suisque abbatibus libras auri. VI. Quod Casale Andriachi per hos fines esse videtur. A prima parte sic terminatur. a parte videlicet petrulle a flumine Salandra (3) quomodo ducit per porticellam subtus montes qui vocantur Iugales et insuper ducit per mediam terram domine Clarisie prefate uxoris mee et vadit per alvanum recto cursu ducens ad vallonem qui ponit capud suum in planicie A secunda vero parte alius vadit in eadem planicie incipiens ductus per aquam pendentem in vallem que vocatur medafra aqua eiusdem vallis manante inferius quo modo ascenditur per vallonem illicum ducens sursum ad macinam per quercum signatam, et ducit in vallonem qui vocatur Saponara ipso decursu ducente usque ad fines pellicori. A tercia vero parte iuxta fines pelicori. sicut tenditur per iugones usque ad flumen Salandram. Sed a quarta parte quomodo ascenditur per ipsum flumen Salandram donec coniungitur ad fines prime partis. Et ut huic nostre donacionis pagine firmiter et plene credatur diligenciusque ab omnibus omni futuro tempore observetur hoc scriptum donacionis et oblaccionis iussimus scribi per manus Grisantii notarii Anglonensis Civitatis. et per nostram Ceream bullam mandavimus confirmari. Et manibus mei predicti Umbaldi feci Signum Sancte Crucis eidem. Et Roborari illud fecimus Subscriptione predicti iudicis et subscriptionibus et subsignationibus aliorum testium qui interfuerunt nobiscum

---

(1) Oblazioni.

(2) Prestazioni

(3) Questo fiume oggi chiamasi *Salandrella*, à la sua origine sopra la terra di Stigliano, e raccogliendo le acque, che nascono sotto Accettura, mette foce nel mare 12 miglia distante dall' altro fiume denominato *Basento*, che gli resta a tramontana. A quattro miglia poi tiene la terra di Salandra.

in omnibus supradictis. Mense Iulii Indiccione tercia. Anno ab Incarnacione domini nostri Jhesu Christi. Millesimo. Centesimo. decimo.
✠ Petrus Dei Servus Anglionensis episcopus.
✠ Signum manus Umbaldi qui supra.
✠ Signum manus Joffride columbe.
✠ Signum manus basilii trumarchi.
✠ Ego Unzolinus normandus clericus testor.
✠ Ego Jannoctus de parisio fateor.
✠ Signum manus Guidelmi de valverdone.
✠ Marchisius petrulle Iudex testatur.
✠ Signum manus Lupi filii Johannis de planniza.
✠ Ego Grisancius presbiter canonicus Anglonensis ecclesie.
✠ Ego Gilardus bononiensis testis subscripxi (1).

XV.

Anno 1114. 4 Decembre 6ª indizione — Loreto.

Guglielmo Raxcone Conte di Loreto fa donazione e concede privilegî al monastero di S. Maria di Picciano.

Archivio di Stato di Napoli. Volume 1069 delle Sentenze della Cappellania Maggiore. Processo 419. fol. 12-13.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis Ego Gulielmus Raxconis filius Rogerii abrenuntio et refuto omne servitium Ecclesie S.e Marie de Piziano et tibi Domino Abbati, ceterisque confratribus et successoribus tuis pro redemptione anime Patris mei et mee coniugis, et meorum consanguineorum, quod neque per me, neque per meum Vice Comitem, neque per meum gastaldum, neque per meum aliquem servientem aliquod debitum requirant, quod nuper fecerunt mihi pro eo quod multa Ecclesie commissionalia et committere consensi. modo tum compunctus misericordia et pietate Dei omnipotentis, ut omnia ista dimittam, et bona retribuam: et si forte accesserit causa necessitatis. ut ego requiram Domnum Abbatem et suos confratres pro aliqua causa, et Domnus Abbas aliquam benedictionem mihi dederit, eam benedictionem recipiam, et si vero Ecclesia non patiatur aliqua molestia propter hoc et si milites mei, qui Terram Sancte Ecclesie tenent, quod rectum est deservire voluerint, postea sit in potestate Abbatis et suorum Confratrum faciendum de Terra quidquid voluerint; insuper dico ut si homines Sancte Ecclesie rixati fuerint inter se, sive homicidium, vel incendium, aut talium factum fuerit, omnia sua recipiat Abbas et personam Ego. Et Ecclesiam S. Pamphili de Spulturio cum huius pertinentiis teneat et possideat absque ullo obsequio usque dum recipiat scambium Abbas S.e Marie ab Abbate S. Joannis in Venere; quod si bene complaceat, et qui hoc quod superius legitur, frangere tentaverit, in iram omnipotentis Dei incurrat et sit excommunicatus et anathematigatus, et in perpetua damnatione damnatus, nisi ad penitentiam et emendationem venerit: et Ego Hieronymus Pinnensis

(1) Di questo istrumento il P. De Meo ne pubblicò un brano ne' suoi *Annali* e propriamente all' anno 1110.

Episcopus (1) per rogationem Domini Gulielmi cum confratribus meis, scilicet cum Abbate ipsius S.e Marie et Preposito S. Liberatoris, et cum Abbate S. Petri, et cum Domino Priore ingredi hanc excomunicationem confirmo et corroboro in sempiternum et hi testes qui interfuerunt. Rodulphus de Guandalina et Baroncellus de Lanciano, et Athanasius et Fulgentius, et Gerardus, et Iracusius et Fulgentius Bricanilie et Aczo Tacronis et Carellus Guidonus et Joannes Todaldi; et Maniseus et Riccardus et Ildebrandus Ildebrandi et Ildebrandus Raneros, et Ranaldus De Pulicatta et de Colle Corbino. Borrellus et Paganus, et Guido Joannis Guidoni, et alius Guido, Joannes et Gualerius Gusponis. — Et hoc actum est apud Loretum anno Dominice Incarnationis MCXIIII. nonis Decembris Ind. VI scriptum per manus Manardi Notarii et Judicis.

XVI.

Anno 1167. Agosto 15a indizione — Avellino.

Ruggiero dell'Aquila Conte di Avellino fa donazione al monastero di Montevergine.

Archivio di Stato di Napoli. Volume 56 fol. 10 delle Pergamene del Monastero di Montevergine.

In nomine domini — Anno divine incarnationis domini nostri Jhesu Christi millesimo centesimo sexagesimo septimo mensis augusti quinte decime indictionis. Ego Roggerius de aquila dei et regia gratia avellini comes et filius quondam domini comitis Riccardi bone memorie. Ante Amatum et Malfridum et Philippum iudices avellini inter castellum avellini residentibus ibi quampluribus baronibus et militibus nostris videlicet Robberto domino montis fredani et Gulielmo Jugalo et Riccardo de pectuino Gentili filio henrici de matricio et Jacobo de Surrento et Saraczato et Gulielmo de archidacono presentibus etiam Pagano Johanne et Johanne iudicibus merculiani Gualterio Straticoto et Maio saxo. Ideo sicut mihi congruum est bona etenim mea voluntate et per hoc videlicet scriptum pro remedio et salvacione animarum videlicet predicti patris mei comitis Riccardi bone memorie et comitisse Magalde matris mee et salvacione anime mee et pro remedio et salvacione anime comitisse Marotte uxoris mee omniumque parentum meorum offero deo et monasterio sancte marie montis virginis in manus ut potestatem domini Robberti dei gratia eiusdem monasterii venerabilis abbatis. duas pecias de terris videlicet unum ortum qui est prope ecclesiam Sancti basilii et unam vineam que est in loco ubi orrita nominatur iusta ipsam vineam predicti monasterii in finibus et pertinentiis castelli merculiani per illos fines sicut hic subtus legitur. predictus ortus has fines habet. de subtana parte fine via publica. ex alia parte fine terra Sancti basilii. et fine terra Johannis de Avellino. et revolvit et ascendit iusta finem terre episcopii avellini et iterum revolvit et ascendit iusta finem terre ipsius episcopii quam tenere videntur heredes Stephani gaviose, sicut sepes discernit. de suprana parte fine terra

(1) Questo Vescovo è affatto ignorato dall'Ughelli, e finora è rimasto sconosciuto a tutti. L'Ughelli nella sua *Italia Sacra* e propriamente nella Serie de' Vescovi di Penne nota Eremberto all'anno 1112, ed a costui dà per successore Grimaldo circa l'anno 1115. Ma ora questa serie de' Vescovi di Penne deve correggersi ponendo Girolamo a successore di Eremberto e ad antecessore di Grimaldo.

Gregorii filii Riccardi Angeri sicut sepes decernit. ex alia parte fine terra predicti monasterii et fine terra Johannis filii Maraldi et fine terra Doddede filii Johannis cardilli et fine terra Johannis iaconis mai filii Alferii. et fine terra Maionis filii petri rodoaldi. sicut sepes discernit. et vadit in priorem finem. Ispa pecia de terra cum vinea hos fines habet, de suprana parte fine via puplica. ex alia parte fine terra iam dicti monasterii de subtana parte fine terra ipsius monasterii et fine terra Sergii de avellino. sicut sepes discernit. de alia parte fine terra predicti Sergii. et fine terra heredum petri alamanni sicut sepes decernit. et vadit in priorem finem. Ad semper illud habendum et possidendum ipse predictus dominus Robbertus venerabilis abbas et successores eius pro parte et vice predicti monasterii et faciendum exinde omnia quecumque voluerint sine contradictione mei comitis Roggerii vel heredum meorum vel sine cuiuscumque requisitione et per nostram defensionem ab omnibus hominibus omnibusque partibus. Similiter etiam offero deo et predicto monasterio ut omni tempora potestatem habeatis ducere ipsam aquam que subtus ipsum castellum merculiani descendit per ipsum puplicum aqueductum. usque ad iam dictum ortum rigandum et utilitatem vestram faciendum. ita ut nullus audeat ipsam predictam aquam in aliquam partem derivare seu iam dictum aqueductum aliquo modo disrumpere ut nullam lesionem exinde patiamini in predicto orto vel in alio orto qui iusta istum ortum consistit via puplica mediante sine contradictione meique comitis Roggerii vel heredum meorum seu balivorum vel hominum nostrorum et per nostram defensionem ab omnibus hominibus omnibusque partibus. Et cum volueritis per vos tuctores et defensores existite cum isto scripto et cum qualicumque ratione habere potueritis in omni ordine et ratione sicut et nos facere debuissemus. Si quis autem hanc nostram offersionem disrumpere temptaverit quinquaginta uncias auri predicto monasterio sciat se compositurum. et supradicta adimplere. Quicumque vero hanc offersionem disrumpere vel molestere presumpserit sciat se anathematis vinculo esse alligatum et de libro vite extructum. Quam te tristaynum clericum et notarium taliter scribere precepimus.

✠ Signum crucis proprie manus domini Roggerii dei et regia gratia avellini comitis — ✠ Ego Amatus iudex — ✠ Ego Malfredus iudex — ✠ Ego Philippus iudex — ✠ Ego Gullielmus — ✠ Ego Robbertus dominus montisfredani interfui — ✠ Ego Gullielmus iugalo interfui — ✠ Ego Riccardus pectuinus interfui — ✠ Ego Gentilis interfui — ✠ Ego Jacobus interfui — ✠ Ego Saraczatus interfui — ✠ Ego paganus iudex — ✠ Ego. Johannes iudex.

XVII.

Anno 1169. 29 Decembre 2ª indizione — Loreto.

Gozolino Conte di Loreto conferma la donazione ed i privilegî concessi dal Conte Ramberto suo padre al monastero di S. Maria di Picciano.

Archivio di Stato di Napoli al fol. 14-16 del menzionato vol. 1069 delle Sentenze della Cappellania Maggiore.

Anno ab Incarnatione Domini MCLXIX Indictione secunda Regnante Domino nostro Domino Gulielmo Secundo Rege Sicilie, anno eius septimo feliciter. Divini iuris est, et humani inspectione notissimum, tum summi Regis exemplo qui Ecclesiam proprii sanguinis effusione ditavit, quam expressa piis sanctionibus orthodoxarum Principum

voluntate, possessiones et iura Ecclesiastica debere ab omnibus semper et ubique tueri, eorumque privilegia inconcussa penitus et perpetuo illibata servari. Ipse namque fons et origo iustitie pietatis indultor, ac perfecte charitatis, que mater est omnium et Regina virtutum, summus et optimus dispensator sic celestis Regni fidelibus per claves Ecclesie ianuam reseravit, ut quisquis ab ea peccatorum nexibus solvi meretur in terris deinceps et absolutus per omnia habeatur in celis. Huius itaque divini muneris consideratione inducti Nos Gozolinus Dei, et Regia gratia Laureti Comes rationibus et privilegio Monasterii S.ᵉ Marie de Picciano (1) diligenter inspectis, cognitis etiam beneficiorum concessionibus, que a mera liberalitate dilectissimi Patris nostri bone memorie Domini Ramberti Illustris quondam Laureti Comitis adeptum est, prenominatum Monasterium iustis petitionibus nobis per Dominum Bartholomeum dilectum Abbatem Monasterii supradicti, ac Conventum eius pro parte Monasterii supplicatum, oblatis condescendere dignum duximus: Juri ipsius Ecclesie sincero cordis affectu modis omnibus adesse volentes. Et primo quidem debitum nostrum, quod Pater noster dicto Monasterio remiserat, concedimus, relaxamus etiam totum debitum grani, ordei, porti et denariorum, quod annuatim tam predictum Monasterium, quam etiam Ecclesia S. Pamphili de Spulturio Curie ipsi illicite reddebat. Deinde statuta secundum privilegiorum continentiam tam ecclesiasticarum Dominorum, quam etiam mundanorum Dominorum per eiusdem Comitis Ramberti patris nostri, qui predicto Monasterio indulserunt, rata et firma observari curantes, per praesens scriptum coram Domino Odorisio, Venerabili Pennensi Episcopo, in Christo patre nostro et aliis nobilibus viris fidelibus nostris inferius denotatis, pro remedio animarum gloriosissimorum Regum felicis memorie, Rogerii et Gulielmi Primi, pro remissione peccatorum Magnifici Domini nostri gloriosissimi Regis Gulielmi, qui in presentiarum ad honorem domini nostri Jhesu Christi regnat, ut Deus eum manuteneat semper, augeat gloriam et Regnum eius; Pro remissione quoque peccatorum nostrorum, et Comitisse Adelisie (2) uxoris nostre filie quondam Regis Rogerii gloriose memorie: nec non pro anima Patris mei Comitis Ramberti, et matris nostre Juliane Comitisse, ad dignam quoque exaltationis memoriam Magnifici Domini nostri Regis Gulielmi, atque ad impetrandum et conservandum nobis tam impresenti, quam in futuro divine Maiestatis ineffabilem gratiam prefato Monasterio omnia, que seriatim in iam dictis privilegiis continentur voluntate gratissima concedimus, confirmamus et firmiter communimus. Prescriptam Ecclesiam S. Pamphili, Sancti Petri, Sancte Marie et Sancte Lucie, cum omnibus pertinentiis suis, que in Castro Spultorii et territorio site sunt; Concedimus insuper vobis Venerabili Abbati Bartholomeo et successoribus vestris, ut iam prescriptas Ecclesias, quam alias Ecclesias, quas habetis in Comitatu nostro locare et ordinare sicut vobis placuerit. Concedimus, et confirmamus omnes homines, quos nunc predictum Monasterium S.ᵉ Marie, in Casali suo de Picciano habere videtur, et eos per hoc scriptum cum omni libertate et franchitia corroboramus, ut nec ipsi nec alii, quos prefatum Monasterium in antea anquirere potuerit, ibidem in aliquo nobis, vel successoribus nostris respondeant, nisi in quantum

---

(1) L'Ughelli nella sua *Italia Sacra* accennando questa donazione, erroneamente chiama questo monastero col nome di *S. Maria di Liziano*. Il comune di Liziano è posto nella provincia di Terra d'Otranto nel circondario di S. Giorgio, distretto di Taranto, e perciò affatto diverso dal comune di Picciano in provincia di Abruzzo nel circondario di Loreto, distretto di Penne, dove appunto era il monastero, al quale il Conte Gozolino fa donazione.

(2) Costei è l'unica figliuola che re Ruggiero ebbe dalla sua prima moglie Albiria, ossia Elvira, figliuola di Alfonso IV. re di Castiglia. Quale figliuola Romualdo Salernitano la conosce, ma ne tace il nome, nome finora ignorato. E poichè la regina Albiria sua madre si morì nell'anno 1136. Adelisia almeno in questo anno 1169 dovea contare 34 in 35 anni di età.

volueritis vos et successores vestri nobis respondere: alios vero homines, quos habet Monasterium Sancte Marie in Comitatu nostro, taliter in Baroniam concedimus, ut si homines iam dicti Monasterii inter se, vel cum aliis hominibus rixati fuerint, tam vos, Domine Abbas Bartholomee, quam successores vestri, rectum et iustitiam teneatis de ipsis. Si vero homicidium aut incendium, aut aliud fortasse factum fuerit, quod personam amittere debeant, omnia stabilia et mobilia illorum pro Monasterio vestro. vos et successores vestri percipietis. Persone, quorum eorum, tam nos, quam successores nostri recipere deberemus. Statuimus etiam, ut si quis nostrorum hominum cum compra sua Deo et predicto Monasterio se offerre voluerit, libere facere possit. Alii vero homines, qui non sunt de demanio nostro, sed nostre sunt iurisdictionis subiecti. hoc idem sine contradictione aliqua, iuxta terre consuetudinem facere valeant. Quod si aliquis ipsorum partem compre sue ipsi monasterio offerre voluerit, secundumque Deus eum inspiraverit, liberam offerendi habeat potestatem. Concedimus et confirmamus dicto monasterio quicquid largitione fidelium Christi datum est cum terris et molendino, que iacent in Carpineto, cum piscatione fluvii et captione aquarum pro omnibus edificiis et utilitatibus aliis, ita quod semper dictum monasterium perpetuo, libere. quiete obtineat. Hec omnia seriatim et distincte prescripta semper sint in potestate et dominio ipsius monasterii, sine nostro nostrorumque heredum, sive successorum, seu posterorum, atque Baiulorum contradictione, molestia, requisitione. Quicumque autem huic nostre debiti quietationi et concessioni, et confirmationi, ausu temerario contraire tentaverit, centum bisanne pene subiaceat, quorum medietatem ipsi monasterio. reliquam vero nostre Camere medietatem persolvat, predicta omnia sine occasione vel contradictione aliqua impleturus. Quod si nos vel successores nostri, iuxta pravam consuetudinem, concessionem, quietationem, omniumque suprascriptorum confirmationem voluerimus violare, excommunicationis sententie a Domino supranominato Episcopo Pennensi et Capitulo eius promulgate volumus subiacere, usque ad condignam satisfactionem. Ut autem hoc a nobis constitutum firmum semper robur obtineat, presens privilegium per manus Morzioli Bretaini iudicis et Pennensis Canonici ipsi Monasterio scribi, ac nostro sigillo cereo iussimus communiri, atque signum nostrum propriis manibus inferius denotavimus. Actum est in Castro Laureti, die dominico, in quo die celebratur festum Beati Thome Martyris et Anglorum Apostoli (1) anno, et indictione precitatis, feliciter, amen. Nos Gozolinus Dei et Regia gratia Laureti Comes hanc quietationem et concessionem, sive confirmationem Deo et memorato Monasterio facimus, et signum proprie manus imponimus. Ego Gualarius Abbas Laurentius huius rei testis signum feci. Ego Nicolaus Abbas Laurentius huius rei testis signum feci. Ego Martinus Cappellanus huius rei testis signum feci. Ego Bartholomeus Jacobi huius rei testis signum feci. Ego Aborni miles huius rei testis signum feci. Ego Ildeprandus filius Nicolai Leprandi huius rei testis signum feci. Ego Michael Ricardi huius rei testis signum feci. Ego Grimoaldus miles huius rei testis signum feci. Ego Joannes Marodi huius rei testis signum feci. Ego Ambrosius huius rei testis signum feci. Nos Aderisius, Dei gratia Pinnensis episcopus cum universo Capitulo nostro rogationem Domini Gozolini Comitis Laureti de omnibus que in hoc privilegio continentur talem facimus excommunicationem, quod quicumque hec omnia, que nobilis vir Gozolinus Comes Laureti Monasterio S.e Marie de Picciano concesserat et confirmaverat frangere vel contraire tentaverint, ex parte Dei omnipotentis et Beate Marie Virginis matris eius. et SS. Apostolorum Petri et Pauli, et Beatorum Martyrum Maximi, Comitis, Donati.

(1) Cioè S. Tommaso di Cantorberì vescovo e martire, la cui festività la Chiesa celebra nel giorno 29 di Decembre.

Venantii atque Luciani Patronorum nostrorum, eos maledicimus atque excommunicamus, et anathemati perpetuo, et irrevocabiliter subiicimus, nisi se cito correxerint, et per dignam penitentiam, emendationem, et dicto monasterio restaurationem tantum facinus curaverint expiare. Amen. Amen. Amen. Ego magister Bretainus iudex et Pinnensis Ecclesie Canonicus, ex mandato Domini Gozolini, hoc privilegium feci, et propria manu signavi

XVIII.

Anno 1198. Aprile 1ª indizione — Messina.

La imperadrice Costanza con Federico suo figliuolo conferma il possesso di Villamagna e di Forca alla chiesa vescovile di Chieti.

Archivio di Stato di Napoli. Registro Angioino 1321, n. 239. fol. 9

Constantia. . . . . (1) semper Augusta. . . . . . .
Beatitudinis munus pro. . . . . obt . . . .
Ecclesiis ea que tenent . . . .
Venerabilis Theatinus Episcopus (2) fidelis . . . .
per. . . . . celsitudini nostre. . . . .
Supplicavit. ut concederemus et con . . . . . aremus ipsi. . . . . . .
Ecclesie . . . . . e Villam magnam et forcam cum omnibus Justis tenimentis et pertinentiis. . . . ad demanium suum et ipsius Ecclesie . . . . nos autem attendentes puram devotionem . . . . . . cara servitia que prefatus Episcopus celsitudini nostre exibuit et que poterit nobis et karissimo filio nostro Friderico Illustri Rome et Sicilie Regi decetero exhibere de innata Serenitatis nostre clementia prefatas terras scilicet Villam magnam et forcam cum omnibus iustis tenimentis et pertinentiis suis ad demanium suum et prefate Theatine Ecclesie sue prefato Episcopo et Ecclesie sue perpetuo concedimus et presenti nostre concessionis Pagina confirmamus. Ad huius autem nostre concessionis et confirmationis memoriam et propterea firmitatem presens privilegium fieri et Sigillo nostre Serenitatis cereo iussimus communiri. Datum in Civitate Messane anno dominice Incarnationis Millesimo centesimo nonagesimo octavo Mense Aprilis prime Indictionis Domina nostra Constantia Dei gratia Illustris Rome Imperatrix semper augusta et gloriosa Regina Sicilie Una cum carissimo filio suo domino Friderico Magnifico Rome et Sicilie Rege anno Regni eius tertio feliciter Amen.

---

(1) Dove sono i punti la pergamena manca, caduta in parte per umidità e nella maggior parte rosicchiata da' topi.

(2) Questo Vescovo è Bartolommeo I, creato nell'anno 1192 e morto innanzi al 1227.

XIX.

Anno 1215. 16 Aprile 3ª indizione — Norimberga.

L'imperadore Federico 2º concede molti privilegî alla Casa de' Frati Ospedalieri di S. Giovanni di Gerusalemme della città di Barletta.

Archivio di Stato di Napoli. Esecutoriale della Camera della Sommaria per gli anni 1442-1460 vol. 17 antico, ora 1 nuovo, fol. 154t-155 t.

Federicus divina favente gratia atque clementia romanorum Rex et semper augustus et Rex Sicilie et si omnia caduca sint hominum et temporum diurnitate labantur fuerunt tamen ex hominibus aliqua perpetue stabilitati connexa Illa videlicet que divinis adita cultibus hereditatibus dei funiculum inter homines ampliant tunc precipue cum loca Venerabilia in quibus placens domino sectatur hospitalitatem milicia regalis protepcionis favore muniunt et eis munimenta que vetustas non diluat votive libertatis indulgent Inde est quod nos attendentes celebrem. cultum ac pie religionis ordinis in qua per hospitalitatem et divini cultus observanciam fratres domus hospitalis Jerosolimitani de Barulo et aliarum domorum que sunt per Regnum nostrum laudabiliter militant Jhesu Christo illius intuitu qui dat salutem regibus et qui regalis culminis nobis septrum donavit pro remedio quoque animarum dominorum quondam augustorum parentum et aliorum regum progenitorum nostrorum bone memorie ipsam domum hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani de Barulo omnesque domos que sunt in Regno nostro confratres possessiones et homines ipsarum domorum sub munimine nostrique culminis proteptione suscipimus concedentes ac confirmantes eis plenariam libertatem ut fratribus ipsarum domorum libere de cetero sine dacione aliqua sine plateatico passagio et portulanatico mictere introducere et extrahere liceat tam per mare quam per terram tam per portus quam per portas passagia vendere quoque emere seu alternare quecumque et ubicumque voluerint per totum Regnum nostrum pro negociis et serviciis ipsarum domorum et ut libere possint mictere sine dacione et condicione aliqua quocumque voluerint ultra mare tam per mare quam per terram ad matrem et caput eorum magnam domum hospitalis Jerosolimitani cui cetere domus hospitalis Sancti Johannis sunt ubique subiecte Concedimus eciam predicte domui hospitalis Sancti Johannis in Barulo ceterisque domibus hospitalis que in regno nostro sunt libera pascua pro animalibus suis et hominum suorum et libertatem incidendi lignamina pro construendis et reparandis domibus suis ligna eorum sicca ad usum ipsarum domorum ubicumque sunt per nemora et forestas regni nostri eisdem domibus propinquas et Iubemus ut fratres et homines ipsius hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in Barulo et aliarum domorum de regno nostro liberi sint ab omni tallagio et adiutorio et ab omni exactione ac servitio seculari nec teneantur respondere aliquibus de quibuscunque quomodolibet nisi in curia hospitalis tamen excepto de criminalibus que pertinent ad curiam nostram Concessimus domui Sancti Petri in Ancillis et domui Sancti Johannis de fratribus hobediencie predicte domus hospitalis de barulo sita iuxta tenimenta Canusii et in perpetuum condonamus omnes dies messorum (1) et pisatorum (2) qui in areis pisant quos baiuli nostri canusii tempore messium consueverunt in edomada habere

(1) Cioè nel tempo della raccolta.
(2) Cioè nel tempo della vendemmia quando si pestano le uve.

a messoribus et pisatoribus ipsorum domorum hoc idem etiam concessimus universis hobedienciis eiusdem domus hospitalis que in Regno nostro sunt. ex presentis Itaque auctoritate nostre pagine statuimus ut amodo nullus camerarius neque baiulus nec quilibet alius dies ipsos a messoribus et pisatoribus ipsarum domorum requirat vel exigat aut per hoc fratribus ipsarum domorum et messoribus seu pisatoribus suis molestiam inferat seu gravamen. Concedimus quoque domuy hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani de barulo domos suas intus et in aliis civitatibus et castris regni nostri iuste habenti vel interea iustis poterit titulis adipisci libere habere et in pace tenere sine collecta sive dacione aliqua nullique sit licitum cohactionem facere de cetero ipsi domuy hospitalis seu magistro et fratribus eius de vendendis domibus suis que intus in barulo sunt et in aliis civitatibus et castellis regni nostri nisi gratuita voluntate et pro utilitate ipsius domus de domibus ipsis vendere voluerint Volumus autem ut quicumque utriusque sexus tam stabilibus quam mobilibus suis ipsi domui hospitalis baruli vel alicui aliarum domorum se in vita sua vel intestando ritualiter vel offerre voluerint sicut solet in mortificatis fieri liberam exinde habeant facultatem exceptis angarariis et hiis qui de feudo sunt qui etiam de licentia dominorum suorum si voluerint domui hospitalis poterunt se offerre. Item confirmamus et perpetuo sancimus edicto ut fratres ipsius hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in barulo et aliarum domorum de regno nostro in omni libertate ordinis et privilegiorum hospitalis cum omnibus que concessione pontificum donacione vel confirmacione regum progenitorum nostrorum seu nostra nec non oblacione fidelium in presentiarum rationabiliter habent vel iustis in antea poterunt titulis adipisci quiete pacifice et sine aliqua contrarietate perpetuo conserventur. Prohibemus etiam ut nullus intra situm ipsarum domorum hospitalis qualibet occasione insultum facere aut hominem ibi capere subter domos ipsas que ibi sunt vel in rebus suis intus vel extra temere perturbare vel in aliquo dapnificare presumat. Concedimus eciam ut pro construendis et reparandis menibus curtibus portibus atque fodiendis fossatis exigi ab eis aliquit non permictatur nullus sit igitur qui contra hanc concessionem confirmationem et sanctionem nostram aliqua presumat temeritate venire. Quod si quis aliquatenus actentaverit indignationem proinde nostri culminis in detrimentum persone ac rerum suarum se noverit incursurum ut igitur hec rata et firma permaneant presens instrumentum fieri precipimus sigilli nostri munimine roboratum huius rei testes sunt Curradus Spirensis Episcopus Octo dux et meranie hildebrandus de rehesberi marescallus Ubalterus de Schipse pincerna noster aliique plures. Ego curradus Spirensis episcopus imperialis aule Cancellarius vice domini Sifridi magnanime Sedis archiepiscopi et totius germanie archicancellarii recognovi acta sunt hec anno dominice Incarnationis m° cc° xiiij° mensis marcii Regnante domino nostro Frederico Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie anno Romani Regni eius secundo Sicilie vero septimo decimo feliciter amen. Datum apud Nurimbergam XVI aprilis III Indictionis.

XX.

Anno 1241. Gennaio 14ª indizione — Foggia.

L'imperadore Federico 2º conferma al monastero di Montevergine varie donazioni fatte da diversi fedeli.

Archivio di Stato di Napoli. Volume VIII. Tomo I. fol. 77 delle pergamene del Monastero di Montevergine, Privilegi Imperiali e Reali.

Fridericus: Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Hierusalem et Sicilie Rex. Cum inter cetera pietatis opera quibus supernum regnum acquiritur virtus helemosine locum obtineat precipuum et proinde adesse convenit favorem a quibus pro populi indulgentia omnipotenti Deo iugiter deservitur. et teneantur Imperatores Reges et Principes veneranda Dei loca per quem salubriter vivitur et eorum dominiis feliciter emanatur et possint et ipsi beneficiis ampliare. per presens itaque privilegium notum facimus universis fidelibus nostris tam presentibus quam futuris. quod Johannes Venerabilis Abbas et conventus Monasterii Sancte Marie de monte virgine fideles nostri transactis diebus maiestati nostre humiliter supplicarunt. Ut cum Umfridus de Sarno fidelis noster inter vivos obtulerit et donaverit eidem Monasterio ob reventiam dei et beate virginis et pro remissione peccatorum suorum. bona sua stabilia videlicet. Sancti Johannis Cappellam. domos. sedilia. oliveta. castaneta. arbusta. et possessiones alias sitas in Sarno et pertinentiis eius. et quandam partem unius molendini in flumine fucis eiusdem terre. excepta quarta in omnibus supradictis contingentia finicie uxor eius. prout in instrumento oblationis et donationis eiusdem Umfridi eidem monasterio confecto exinde plenius continetur. que bona omnia idem Umfridus iuste tunc et rationabiliter tenebat et possidebat. Oblationem et donationem predictam ratam et acceptam habere et confirmare de nostra gratia eidem monasterio dignaremur. Verum quia supplicationes que de pia intentione procedunt. benigne merentur admitti. et ad effectum sicut debitum producende. in hiis maxime que ad eterne salutis premium spectare. et animarum antecessorum nostrorum commodum dignoscuntur. Attendentes nos itaque honestam vitam et laudabilem conversationem, nec non et pie religionis effectum. quibus in conspectu dei et hominum Abbates et fratres sui in predicto monasterio domino militantes se reddere satagunt non ingratos, supplicationes suas clementer admittimus. et ob reverentiam beatissime virginis matris christi in cuius honore ipsum Monasterium est fundatum. pro salute quoque nostra et remedio animarum divorum Augustorum parentum nostrorum memorie recolende. Oblationem et donationem predictam per eundem Umfridum factam ipsi monasterio de Cappella. domibus et possessionibus supradictis, pro ut facta extitit. et in instrumento oblationis et donationis predicto inde confecto apertius declaratur. ratam et acceptam habemus et de speciali nostre maiestatis gratia prefatis Abbati successoribus suis et ipsi Monasterio predicta bona omnia libera absque omni servitio curie nostre debito semper habere concedimus. Et in perpetuum confirmamus. concedimus etiam et perpetuo confirmamus. eidem sacro monastero de monte virgine ob reverentiam dei et beate virginis matris eius oblationem et donationem inter vivos factam ipsi monasterio a Maria de menda filia quondam Riccardi de menda de nuceria et Gernoldo teotonico viro eius fidelibus nostris de Cappella Sancte Marie. domibus possessionibus hominibus. et redditibus eorum existentibus in territorio Nucerie et in loco qui dicitur barbaganus. Ac etiam oblationem et donationem inter vivos factam eidem monasterio a Ricca filia quondam

Pandulfi compalatii de capua. et Gualterio de Cicala viro eius fidelibus nostris de omnibus domibus et possessionibus eorum existentibus in Capua et pertinentiis eius. pro ut in instrumentis oblationum et donationum predictarum a predictis Maria de menda de nuceria cum hernaldo teutonico viro eius. et a Ricca compalatia de capua. cum Gualderio de cicala viro eius. ipsi monasterio confectis exinde plenius continetur. que bona omnia ipsi tunc iuste et rationabiliter tenebant et possidebant. et ea nunc ipsi monasterio ab omini servitio Maiestati nostri debito perpetuo liberantes. non obstante constitutione aliqua predictis omnibus oblationibus et donationibus contraria a maiestate nostra edita seu confirmata. quod bona stabilia Ecclesiis et religiosis locis oblata, vendi et alienari debeant infra annum. Auctoritate presentis Privilegii precipientes firmiter universis. quatenus nullus de cetero sit tam ausus. qui super predictis omnibus dictum monasterium impedire in aliquo vel molestare presumat. Quod qui presumserit indignationem nostri Culminis se noverit incursurum. et penam privilegiorum nostrorum eidem monasterio misericorditer concessorum. nostre Camere. et passis iniuriam soluturam. Ad huius itaque concessionis et confirmationis nostre memoriam et robur in perpetuum valiturum presens Privilegium. sibi fieri fecimus et maiestatis nostre Sigillo precepimus communiri. Anno. Mense. et Indictione subscriptis. Datum Fogie Anno dominice Incarnationis. Millesimo ducentesimo. Quadragesimo primo. Mense Ianuarii quartedecime Indictionis. Imperio domini nostri Frederici. dei gratia Invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti et Gloriosissimi Regis Hierusalem et Sicilie. Anno Vicesimo primo. Regni vero Hierusalem anno quintodecimo. et Sicilie Anno quadragesimo tertio feliciter amen

XXI.

Anno 1247. 12 Gennaio 5ª indizione — Amalfi.

Procedimento di giudizio tra Pietro Cerbino Vescovo di Minori ed Angelo Sorrentino e sentenza pronunziata da Pietro Capuano baiulo della città di Amalfi.

Archivio di Stato di Napoli. Volume delle Pergamene di Amalfi. Pergamena n. 14.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo ducentesimo quadragesimo septimo. Et. vicesimo septimo anno imperii domini nostri Federici dei gratia gloriosissimo romanorum imperatoris semper augusti et quadragesimo nono anno eiusdem invictissimi regis regni sicilie. Et vicesimo secundo anno eiusdem regis Jerusalem die. duodecimo mensis ianuarii Indictione quinta Amalfie. Dum nos Petrus capuanus baiulus imperialis civitatis Amalfie et pertinentiarum omnium essemus apud minorum. . . . .
ibidem Andrea Ranucio puplico Amalfie notario . . . . Jacobus Riczulus procuratorio nomine pro parte domini Cerboni (1) venerabilis. Episcopi minoris . . . .

(1) Per questo vescovo vedi l'altra pergamena che viene qui di seguito sotto la data del 28 aprile del 1278, e la mia nota a quella.

Ursonis vicalloni procuratoris Angeli Surrentini de quo etiam constitit . . .
proposuit. . . . .
proponitur Jacobus Riczulus procuratorio nomine pro parte domini Episcopi minorensis ecclesie nomine eiusdem ecclesie contra Ursonem vicallonum procuratorem Angeli Surrentini quod cum idem Episcopus . . . .
civitatis quod nullus possit negotiari in aliqua parte minoris . . . .
legum dicte ecclesie indulctis et non est ius. dicto Angelo surrentino in aliqua parte minori non habere apothegam ad negotiandum nisi in apothega ecclesie predicte. Idem Angelus in quadam apothega ipsius terre minori negotiatur. Quare petit dictus procurator dicti episcopi nomine dicte ecclesie predictum procuratorem . . . . nomine eiusdem prohiberi ne negotietur in predicta apothega . . . . nec habeat apothegam ad negotiandum ibidem nisi in apothegis ecclesie . . . .
Item proponit idem procurator pro parte dicti Episcopi nomine dicte Ecclesie contra predictum procuratorem dicti Angeli surrentini nomine ipsius petens ipsum condempnari sibi nomine interesse ad viginti quinque terenos auri in quibus interesse dicta Ecclesia dictum conventum non fuisse negotiatum ab calendis proximi predicti mensis novembris usque nunc in predicta apothega sua salvo iure et contra procurator convento . . . .
ignoravit proponitur sicut proposita sunt in predictis libellis salvis rationibus suis procurator actorum optavit plenarie propterea per omnem modum et speciem probationis. Pars actoris dedit articulos suos prestitum est sacramentum calumpnie a principalibus. Et dictus conventus confessus est in quadam apothega domus sue in dicta terra minori se negotiari tamquam in domo sua dixit tamen hoc sibi licitum esse coram preposito negavit. Datus est terminus utrique parti ad probandum hinc ad diem quintum decimum mensis februarii in infra quem terminum producti sunt testes. Renuntiatum est probationibus et puplicate sunt attestationes apud acta dictus Urso procurator de voluntate dicti Angeli conventi constituit procuratorem ad predictam questionem Johannem Pappam. Renuntiatum est a partibus die octavo decimo eiusdem mensis februarii et ad sententiam est conclusum. Die autem vicesimo primo predicti mensis februarii dicte indictionis quinte Nos predicti Baiulus et iudex seu assessor habito cum deliberatione consilio et cause meritis diligenter inspectis quia predictus procurator Episcopi nomine dicte Ecclesie minorensis tam per testes quam per instrumenta plene de intentione sua placuit predictum procuratorem procuratoris dicti conventi et ipsum conventum sententialiter condempnavimus dicto procuratori dicti Episcopi nomine dicte Ecclesie minori quod dictus conventus debeat cessare a negotiando in alia apothega quam in apothega Ecclesie predicte prohibentes dicto procuratori dicti procuratoris dicti conventi et ipsi convento ne decenter habeat aliquam apothegam ad negotiandum in minoro nisi in apothega dicte Ecclesie perpetuum sibi super hiis silentium imponentes secundum quod in privilegiis eiusdem minorensis ecclesie contineri videtur. Ad cuius facti memoriam hoc puplicum instrumentum exinde factum est per manus predicti notarii Andree signo eiusdem et subscriptionibus nostrum predictorum Baiuli et iudicis communitum. Quod scripsi ego predictus Andreas Bernulus puplicus notarius Amalfi et actorum predicte Ecclesie et meo signo signavi quod supra disturbatum et emendatum est legitur duodecimo mensis ianuarii item in alio loco legitur ad negotiandum in minoro.

✠ Ego qui supra petrus capuanus baiulus Amalfie.
✠ Ego qui supra Johannes judex.
✠ Ego Andreas Almalati testis sum.
✠ Ego Johannes Guassia testis sum.

XXII.

Anno 1248. Aprile 6ª indizione — Eboli.

Giudizio e sentenza pronunziata dal Maestro Giustiziero del Regno assistito dal suo giudice, tra il Monastero di Montevergine e Roberto Malerba.

Archivio di Stato di Napoli. Volume VIII. Tomo I. fol. 81 delle Pergamene del Monastero di Montevergine. Privilegi Imperiali e Reali.

In nomine domini nostri Jhesu Cristi. Anno Incarnationis eiusdem Millesimo. du centesimo. Quadragesimo octavo Mense Aprelis sexte Indictionis. Imperante domino nostro Frederico dei gratia invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto. Jerusalem. et Sicilie Rege. Anno Imperii eius vicesimo octavo Regni autem Sicilie anno Quadragesimo nono. feliciter. Amen. Dum nos Goffridus catalanus Imperialis Iustitiarius principatus. et terre Beneventane de Mense februarii eiusdem sexte Indictionis. apud Ebolum curiam regeremus assistente nobiscum Magister Stephano de Guisa de Aversa de imperiali mandato in iustitiariatu iudice. frater maurus vesterarius Monasterii Montis virginis procurator sindicus. seu actor ipsius monasterii. quod constitit. pro parte eiusdem monasterii contra dominum Robbertum malherbam dominum Castri Submontis coram nobis libellum obtulit in hunc modum. proponit frater maurus vesterarius. sindicus. actor. seu procurator Monasterii sancte marie montis virginis pro parte eiusdem monasterii de quo constat. contra dominum Robbertum malherbam. dicens. quod cum idem abbas et conventus eiusdem Monasterii pro parte eiusdem Monasterii sint in quasi possessione iuris. incidendi ligna pro se. et familiares eorumdem dicti Monasterii et pro eorum et eiusdem monasterii utilitatibus. ligna virida. et sicca in Monte qui vocatur Cerasolus. qui mons qui vocatur Cerasolus. est indivisus et est intenimenta castri Submontis. Caprilie. Sancti Angeli. Avellini. Vlite et Merculiani. et hoc iure uti sunt iidem Abbas. et conventus eiusdem monasterii. et predecessores dicti abbatis. qui fuerunt abbates dicti monasterii per longa. et longissima tempora decem. viginti. et triginta annorum tempore felicit . . . . . . gunt. eodem domino Robberto sciente patiente iure servitutis eidem Abbati et conventui debite et quesite. ex concessione exinde facta ab eodem domino Robberto ipsi abbati et conventui et predecessoribus Abbatibus eiusdem Monasterii qui . . . . . eiusdem monasterii ad quam servitutem debitam et concessionem factam probandam. allegat transcursum predicto longi. et longissimi temporis cum patientia. et scientia domini Robberti predicti Idem dominus Robbertus dicendo montem suum esse turbat. et molestat ipsum Abbatem et conventum in ipsa quasi possessione ipsius iuris per se. et suos claudendo. et claudi faciendo. vias quibus itur ad ipsum Montem. pignorando. et pignorare faciendo per se et suos. homines et familiares. Abbatis. et conventus eiusdem Monasterii euntes nomine eorundem pro parte dicti Monasterii. ad dictum Montem. ad incidendum ligna sicca. et viridia. existentia in dicto Monte. et non permictendo Abbatem et conventum eiusdem monasterii uti pacifice dicto iure pro eorum arbitrio voluntatis. Quare petit idem sindicus pro parte et nomine Abbatis. et conventus eiusdem monasterii. eundem dominum Robbertum prohibere. ut a predicta turbatione. et molestatione. et hiis similibus desistat. et quod sibi caveat pro parte et nomine Abbatis et conventus eiusdem monasterii ut in futurum predicta. et iis similia non faciat. Predictus autem dominus Robbertus conventus. post receptionem libelli litem contestando. negavit proposita contra eum. sicut proposita fuerunt. dixit tamen dictum montem suum esse et se tenere

et possidere. et francum ab omni servitute. salvis aliis exceptionibus suis. ad que probanda dictus frater Maurus sindicus monasterii nominati. suos articulos infra biduum iuxta Sacrarum Imperialium Constitutionum tenorem et dictus dominus Robbertus exceptiones suas. in Curia presentavit. Demum ab utraque parte prestitum fuit calupnie sacramentum. per quod dictus frater Maurus vesterarius in sua petitione. et prefatus Robbertus in sua responsione et exceptionibus perstiterunt. lite itaque sic legitime contestata. cum utraque pars appeteret suas probationes afferre terminum peremptorium eisdem prefiximus, infra quem utraque pars de sua intentione probaret. quo termino veniente de mense Aprelis apud Beneventum curia procedente ambe partes. videlicet tam predictus actor quam reus. comparuerunt in Curia. et attestationes de eorum articulis. et exceptionibus. coram nobis in Imperiali Curia presentarunt. quas petierunt in Iudicio puplicari. quibus puplicatis. factis ex eis copia partibus. et Rubricis assumptis ex eis. tam de ipso processu quam et de efficacia probatorum. per advocatos utriusque partis fuit sollemniter disputatum. et cum peteretur a nobis et a predicto Iudice Stephano. si vellent amplius allegare. ambe partes renunciaverunt ad sententiam concludentes et cum instantia a nobis ferri sententiam postularunt. Nos vero Iustitiarius qui supra una cum predicto magistro Stephano de Guisa de Aversa de Imperiali mandato in Iustitiariatu iudice. habito peritorum consilio. videlicet domini magistri Roffridi Iudicis Saducti de Marco. et Magistri Bartholomei Comitis de Benevento, de consilio etiam mandato. consensu. et voluntate. Militum. feodatariorum. et Baronum in capite feudi tenentium, quibus totius questionis et processus recitatio facta fuit qui etiam de prestando super hoc fideli consilio. iuraverunt. iuxta sacrarum Imperialium constitutionum tenorem. Visis. inspectis et auditis. probationibus. rationibus. et allegationibus utriusque partis. quia efficaciter probatum invenimus pro parte ipsius Monasterii. partem eiusdem monasterii probavisse ea que proposuit in libello. et specialiter ipsum Monasterium. Abbatem et conventum eiusdem esse nunc in quasi possessione huius iuris incidendi ligna viridia et sicca in dicto monte Cerasolo pro utilitate ipsius Monasterii. et quia etiam probatum invenimus quod dominus Robbertus predictus. fecit claudi vias per quas itur ad ipsum montem. et confessus fuit idem dominus Robbertus quod clausit. et fecit claudi viam qua itur ad dictum montem. per Castanetum quod dicitur Johannis Francie. Item quia confessus fuit. quod pignoravit et pignorari fecit homines euntes per ipsam viam. ad montem ipsum pro parte ipsius Monasterii. ad ligna incidenda ibidem. et non permittit Abbatem et conventum eiusdem Monasterii pro parte ipsius Monasterii uti pacifice dicto iure pro eorum arbitrio voluntatis. Cum pars ipsius Monasterii inter omnia alia in libello proposita que probavit probaverit specialiter ista duo. que in utili interdicto uti possidentis. a parte ipsius Monasterii intentato desiderantur scilicet quod pars ipsius Monasterii sit in quasi possessione ipsius iuris incidendi. et facere incidi ligna viridia. et sicca in dicto monte Cerasolo. et quod in ipsa quasi possessione iuris turbetur per ipsum dominum Robbertum et suos. Quia vero ex parte dicti domini Robberti nichil probatum inveniamus. quod tolleret ea que pro parte ipsius Monasterii sunt probata. sententialiter condempnamus dictum dominum Robbertum ut a predictis turbatione et molestatione. et hiis similibus desistat et cesset. nec claudat nec claudi faciat vias per quas itur ad ipsum Montem. et specialiter viam. qua itur ad ipsum Montem. per Castanetum quod dicitur Johannis Franci. quam confessus fuit idem dominus Robbertus in Iudicio se clausisse. et nec pignoret nec pignorari faciat. homines euntes ad incidenda ligna predicta in ipso Monte pro parte ipsius Monasterii. prohibentes etiam eidem domino Robberto ne ipsi Monasterio de cetero molestiam. violentiam seu vim turbativam inferat in predictis. sed permictat partem ipsius Monasterii uti pacifice ipso iure. condempnamus etiam ipsum dominum Robbertum ipsi fratri Mauro Sindico dicti Monasterii Sancte Marie Montis Virginis. pro

parte ipsius Monasterii in sex unciis auri quas uncias taxatione nostra prehabita. et sacramento prefato ab eodem fratre Mauro ipsum fratrem Maurum nobis constitit expendisse. a qua sententia cum dictus dominus Robbertus sentiens se gravatum ad Imperialem audientiam appellasset. appellationem ipsius non duximus admittendam. nam cum possessorio actum sit et a possessorio secundum appellari non potest. immo iura volentem appellare repellunt a cautione autem prestandi dicto fratri Mauro sindico dicti Monasterii. pro parte ipsius Monasterii a dicto domino Robberto. eundem dominum Robbertum absolvimus. sententialiter et dimitimus absolutum. pro cuius rei memoria. et predicti Monasterii cautela presens scriptum exinde fieri fecimus per manus Notarii Mirabelli in Iustitiariatu actorum Notarii. nostra. predicti iudicis. et predictorum peritorum qui ipsi sententie interfuerunt. subscriptionibus roboratum. Quod scripsi ego predictus Notarius Mirabellus in Iustitiariatu actorum notarius et meo signo signavi vocatus et rogatus. Anno. Mense. et Indictione premissis. Illud tamen non duximus pretermittendum. quod iuxta Sacrarum Imperialium constitutionum tenorem predicta sententia in scriptis prolata est . . . . autem superius abrasum est. legitur fratrem Maurum. et per me predictum Notarium extitit emendatum. Mi. . . . . .

Nos Goffridus Catalanus Imperialis Iustitiarius Principatus et Terre Beneventane Ego Stephano de Guisa qui supra iudex.

XXIII.

Anno 1252. Febbraio 10ª Indizione — Foggia.

Corrado restituisce a Letizia Saraceno i castelli di Torella e di Girifalco

Archivio di Stato di Napoli. Quinternione degli anni 1550-1551. fol. 147 e t col num. antico 34 e col numero moderno 64.

Corradus Dei gratia in Romanorum Regem Electus semper Augustus Hierusalem et Sicilie Regie dignitatis debitum prosequentes. Sic fisci nostri Iura conservare et augere Iusticie gelatores. Intendimus quod per nostre prosequtionis studia subditorum Iusticia non ledatur. Sane propter presens privilegium notum facimus. Universis fidelibus nostris tam presentibus quam futuris quod cum Leticia filia quondam Guillelmi Saraceni fidelis nostra. Maiestati nostre humiliter supplicavit. ut Castra Torelle. et Girifalci sita in Terra beneventana. que Manfredus Princeps Tarentinus Carissimus frater noster auctoritate balii nostri quod tunc gerebat quondam Thomasio de forgia de ariano concessit tamquam ad eam rationabiliter ex dicti olim Guillelmi patris. et mayorum suorum spectantia sibi restituere et confirmare de nostra gratia Dignaremur. Nos de iure eiusdem Letitie mulieris diligenter Instructi Castra predicta ad Ipsam de Iure pertinentia ex dicti olim patris et mayorum suorum successione sicut eadem Celsitudini nostre probabiliter ostendente Comperimus: cum hominibus tenimentis Iusticiis rationibus et pertinentiis suis omnibus que de demanio Indemanium et que de servitio in servitium eidem Leticie mulieris et suis heredibus imperpetuum ex certa nostra sciencia restituimus et de nostre Maiestatis gratia Confirmamus. . . . . Facta per dictum Principem quondam Thomasio supradicto Castra predicta ut dictum est a nobis et nostris heredibus in Capite teneant. et Immediate a nostra Curia recognoscant

exinde Francorum Iure viventes In eo videlicet quod mayor natu exclusis minoribus fratribus et coheredibus suis in casis predictis succedat inter eos nullo unquam tempore dividendis. salvis in omnibus et per omnia fidelitatis. mandato. et ordinatione nostra. nostrorumve heredum secundum nostram ordinationem et Servicio quod de predictis Curie nostre debetur. Ad cuius restitutionis. Confirmationis et gratie nostre memoriam et stabilem firmitatem , presens privilegium per magistrum Rodulfum de podiobonizi notarium, et fidelem nostrum Scribi. et nostre Maiestatis Sigillo Iussimus Communiri.

Datum Fogie per manus Guillelmi de Ocra Regni Sicilie Cancellarii. Anno Dominice Incarnationis. Millesimo. Ducentesimo. Quinquagesimo Secundo. Mense februarii decime Indictionis.

XXIV.

Anno 1255. Luglio 13ª indizione.

Guglielmo Francesco signore di Forino presenta a Cesario arcivescovo di Salerno il prete Giovanni Cimino per essere messo in possesso della rettoria della cappella di S. Maria del castello di Forino.

Archivio di Stato di Napoli. Registro Angioino 1275. B. n. 23. fol. 51.

In nomine domini dei eterni et salvatoris nostri Jhesu Christi. Anno ab Incarnatione eius M.° CC.° LV.° et primo anno pontificatus Magnifici domini nostri Alexandri gloriosissimi pape mense Julii Indictione tertia decima. nos Petrus de Monteforte Forini Iudex. Guillelmus et Bartholomeus Iudices Montisfortis. Johannes eiusdem terre Forini puplicus notarius et testes litterati ad hoc specialiter vocati et rogati videlicet Guillelmus archipresbiter Forini presbiter Matheus Capilupus. Jaconus Leonardus. Jaconus Nicolaus Todericus. Jaconus Nicolaus de Riccardo clerici de eadem terra Forini presentis scripti serie declaramus quod nobilis vir dominus Guillelmus Franciscus dominus Forini Montisfortis et Baronie eiusdem. Quia ecclesia cappelle Sancte Marie sita intus Castrum suum Forini cuius idem dominus est patronus vacabat rectore. ex obitu abbatis Adhenolfi quondam rectoris eiusdem ecclesie dictus dominus Guillelmus in presentia nostra presentavit domino Cesario. Venerabili Archiepiscopo Salernitano abbatem Johannem Ciminum clericum filium Robberti Cimini virum litteratum ydoneum et sufficientem. ad regimen predicte ecclesie. rogans eundem dominum Archiepiscopum ut predictam presentationem tanquam de persona ydonea factam recipere deberet et acceptare. et eamdem cappellam Sancte Marie eidem abbati Johanni concedere deberet. Unde ad futuram memoriam et ipsius abbatis Johannis cautelam presens instrumentum exinde confectum est per manus Johannis puplici Forini notarii signo suo subscriptione dictorum nostrorum Iudicum et testium roboratum quod scripsi ego Johannes puplicus Forini notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo signavi.

XXV.

Anno 1255. Luglio 13ª indizione — Salerno.

Cesario arcivescovo di Salerno conferma il prete Giovanni Cimino in rettore della cappella di S. Maria del castello di Forino.

Archivio di Stato di Napoli. Registro Angioino 1275. B. n. 23. fol. 51.

Cesarius (1) miseratione divina. ecclesie Salernitane humilis Archiepiscopus. dilecto in Christo filio presbitero Johanni Cimino de Furino. salutem et benedictionem iuste agimus cum benemeritis de beneficiis ecclesiasticis providemus ea propter dilecte in Christo fili attendentes devotionem tuam quam erga nos et ecclesiam nostram habere dignosceris et quod nobis et ecclesie nostre esse poteris fructuosus capellam sancte Marie de Castro Forini ad preces et presentationem dilecti in Christo nobilis viri domini Guillelmi Francisci domini Furini etiam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis reservatis nobis et ecclesie nostre in ipsa censu annuo et omnibus iuribus nostris episcopalibus tam debitis quam etiam consuetis. conferimus et per anulum nostrum in presentia subscriptorum testium te investimus canonice de eadem. Ad cuius rei memoriam. et tuam cautelam presens scriptum per manus presbiteri Johannis Tallaboscii notarii nostri proinde tibi fieri fecimus sigilli nostri munire et subscriptionibus subscriptorum testium roboratum. Actum Salerni Anno domini M.° CC.° quinquagesimo quinto. mense Julii tertie decime indictionis pontificatus domini Alexandri Pape quarti anno primo. Que omnia ego presbiter Johannes notarius supradictus qui predictis interfui et meo signo signavi. Scriptum ut supra.

XXVI.

Anno 1257. 31 Marzo 15ª indizione — Pratola.

Istrumento dotale di Biancafiore Brancaleone.

Archivio di Stato di Napoli. Registro Angioino 1296. F. n. 86. fol. 169t-170.

Instrumentum dotale Domine Blancefloris. Sororis Dominorum Oddonis et Andree Nec non Philippi et Johannis Branchaleonis. Confectum tempore domini Corradi. Jerusalem et Sicilie Regis. Anno Suo tertio Regnante.

In Christi nomine Anno Nativitatis eius Millesimo. Ducentesimo. Quinquagesimo Septimo. Mense Martii Ultimo die eiusdem. quinte decime Indictionis. Regnante Domino nostro Rege Corrado (2) Inclito Jerusalem. et Sicilie Rege Regnorum eius anno tertio feliciter Amen. Coram me Francisco Iudicis Terrisii Sulmonensi Iudici. Notario Johanne de Paterno puplico Sulmonensi Notario. et testibus subscriptis. ad hoc specialiter vocatis. et rogatis. Videlicet Domino Brandisio de Ofeno. Gualterio de Colle-

(1) Cesario d'Alagni nativo di Amalfi, morto nel 1263.
(2) Cioè Corradino, detto in alcuni diplomi Corrado secondo.

petro. Goffredo de Raiano. Domino Senebaldo de Pratula. Notario Gualterio de Raiano Dompno Petro de Pratula. Luca Berardi Johannis Ranerii et Mattheo Roggerii. Dominus Gentilis de Raiano presentialiter recepit in dotem. et pro dote. et nomine dotis pro Domina Blancoflore uxore sua sorore Dominorum Andree et Oddonis. de Branchaleonibus. Philippi et Johannis fratruum eorundem. quam sibi idem Dominus Gentilis in uxorem legitimam copulavit. De bonis. et ex bonis predictorum dominorum Andree et Oddonis ab ipsis Domino Andrea et Oddone. uncias auri boni et legalis. Trecentas. ad generale pondus. Videlicet uncias auri Ducentas quinquaginta in auro. et quinquaginta Uncias in apparatu Rerum mobilium. Renunctians idem Dominus Gentilis. exceptioni non numeratarum. non electarum. et non ponderatarum. Unciarum et rerum. Et tam dictus dominus Gentilis. quam dicta domina cum consensu et auctoritate eiusdem in cuius mundio erat. prout Nobis plene constitit. pro ipsis heredibus eius fecerunt eidem Domino Andree. et Domino Oddoni. Suisque heredibus stipulantibus. pactum de dictis Uncis et rebus predicta dote ex bonis ipsorum Domini Andree. et Oddonis. ulterius non petendis. Et Renunciaverunt omni legum auxilio. Sibi competenti vel competituro in predictis. Quas uncias et res que tunc superessent. de apparatu predicto. post Infradictos casus emergentes vel aliquem ipsorum. Predictus dominus Gentilis de Raiano pro se suisque heredibus promisit et convenit eisdem Domino Andree. et Domino Oddoni stipulatione sollempni. pro parte. et nomine domine Blancoflore. se heredum ipsorum Dominorum. Stipulante restituere. si predictum matrimonium. divortio. vel morte ipsius domini Gentilis. dicta Domina Blancoflore superstite. liberis comunibus non existentibus. ex eisdem. vel existentibus et decedentibus solventur. Eo etiam addito. quod si predictum matrimonium inter dictum Dominum Gentilem et dictam Dominam Blancoflorem. morte dicte Domine Blancoflore liberis comunibus ex eisdem non existentibus. vel existentibus. et decedentibus eo tempore quo testari non possent. Solventur. dictus Dominus Gentilis de Raiano. pro se et heredibus suis. promisit et convenit Stipulatione Sollempni. dictis Domino Andree. et Domino Oddoni. pro se ipsorumque heredibus. ex testamento. ab intestato. Succedentibus stipulantibus dictas uncias. et res. que tunc superessent de apparatu predicto restituere. Pro quibus supradictis omnibus. et singulis observandis. et dictis uncis et rebus restituendis. aliquo predictorum Casuum emergente. Dictus Dominus Gentilis de Raiano nomine pignoris. seu ypotece obligavit: predictis Domino Andree. et Domino Oddoni recipientibus pro parte et nomine Domine Blancoflore Sororis ipsorum Dominorum. Nec non et pro ipsis. eorumque heredibus. Medietatem Casalis Precze pro diviso cum redditibus Vassallorum. Collectis Sancte Marie cum omnibus demaniis. terris cultis et incultis. Pratis. Silvis. Montibus. Aquarum decursibus. Nec non. et omnibus obvensionibus. iuribus. et iustitiis. spectantibus ad Medietatem Casalis Precze predicti Dans et concedens eisdem Domino Andree et Domino Oddoni pro parte. et nomine domine Blancoflore. Sororis ipsorum. et heredum suorum. Nec non et pro ipsis. eorumque heredibus licentiam et liberam potestatem et auctoritatem. Medietatem Casalis Precze predicti. tenendi. possidendi. nomine pignoris. seu ypothece. pro predictis Uncis. et rebus. et obligandi cuicumque voluerint. Vendendi. alienandi e quocumque alienationis titulo. in aliquem transferendi. pro rebus et uncis supradictis. si a predicto Domino Gentile de Rayano. vel heredibus eius post predictos casus emergentes. vel aliquem ipsorum non recolligeretur. quousque ipsis. et suis heredibus. de dicta pecunia. et rebus mobilibus. Integre. et sine diminutione aliqua satisfiat. Quam Medietatem Casalis Precze predicti. ex tunc predictos casus. vel aliquem ipsorum emergentes predictus Dominus Gentilis. vel eius heredes constituunt se ipsorum Dominorum Andree et Oddoni. et eiusdem Domine Blancoflore. Sorore ipsorum. et eorum heredum nomine possidere. donec Iidem Domini vel eorum heredes pro parte et nomine ipsius Domine Blancoflore

vel pro ipsis et eorum heredibus possessionem exinde acceperint corporalem quam recipiendi licentiam eisdem post predictos casus emergentes. vel aliquem ipsorum propria auctoritate concessit. Promittens Dominus Gentilis predictus Stipulatione Sollempni. predictis Domino Andree et Oddoni pro se ipsis. eorumque heredibus. Nec non. et pro parte, et nomine Domine Blancoflore predicte. et suorum heredum stipulantibus, omnia, et singula supradicta observare. rata. et firma habere et attendere et in nullo contra venire. aliqua occasione ratione. vel exceptione pro se. vel per aliquam submissam personam. et dictam Medietatem Casalis Precze Predictis Dominis omni tempore defendere attenizare (1). Antistare (2). atque disbrigare (3). et exinde eis de evictione teneri. et omnes expensas per predictos Dominos. Andream et Oddonem. vel eorum heredes. vel predictam Dominam Blancoflorem Sororem ipsorum pro defensione Medietatis Casalis predicti. In Iudicio et extra Iudicium factas eis Integraliter resarcire (4) sub pena dupli predictarum Ducentarum quinquaginta Unciarum et rerum per predictos Dominorum Andream et Oddonem et predictam Sororem ipsorum et predictorum heredum sollempniter stipulata. Qua pena predicta Soluta. vel non. predicta omnia et singula nihilominus semper rata. et firma permaneant Et ad maiorem Cautelam idem Dominus Gentilis tactis corporaliter evangeliis Sacrosanctis predicta omnia et singula attendere et observare promisit. Actum in Palatio Pratule. Anno. Mense. Die. et Indictione prescriptis. Ad cuius rei fidem et perpetuam firmitatem. presens Scriptum exinde factum est. et ad Cautelam predictorum Dominorum Andree. et Oddonis. et eiusdem Domine Blancoflore. Sororis ipsorum. per manus predicti Notarii Johannis subscriptione nostra. et dictorum testium roboratum. Verum quia predicti Contrahentes sciebant me Iudicem Franciscum. et Notarium Johannem predictum ex certa scientia. non esse suos Iudicem et Notarium. In Nos tanquam in Suos Iudicem et Notarium in hac parte consenserunt. Quod scripsi Ego qui super dictus Notarius Johannes de Paterno. auctoritate Imperiali puplicus Sulmonensis Notarius. Et quia a predictis Contrahentibus Rogatus Interfui. puplicavi. et meo solito signo signavi. super in prima linea. rasum. et emendatum est per me Notarium Johannem. Ubi legitur tertio.

Ego qui super Franciscus presentis anni Sulmonensis Iudex Interfui et subscripsi.

Ego Dominus Randisius testis interfui.

Ego qui super Notarius Gualterius hiis omnibus Interfui subscripsi. et Signum feci

Ego Dompnus Petrus de Pratulis predictis omnibus Interfui. subscripsi. et Signum feci.

Ego Mattheus roggerii predictis omnibus testis rogatus Interfui. Subscripsi. et Signum feci.

Ego Bartholomeus remigii civis Romanus Dei gratia auctoritate Sacre prefecture Notarius. Sicut Inveni in puplico Instrumento scripto per Notarium Johannem de Paterno quondam puplicum auctoritate Imperiali Sulmonis Notarium. Sic fideliter exemplavi.

---

(1) Contestare. Provare con testimonî o con iscritture.

(2) Garantire.

(3) Sbrigare, Togliere di briga, Trarre d'impaccio, Risolvere.

(4) Ristorare, Rimeritare, Rifare del danno fatto, o di cui si è causa, Restaurare

XXVII.

Anno 1265. 22 Luglio 8ª indizione — Roma.

Carlo I di Angiò fa promessa di pagamento, per somme ricevute, ad alcuni mercanti di Siena.

Archivio di Stato di Napoli Registro Angioino 1269. A. n. 3. fol. 9.

Karolus etc. Universis etc. Noverit Universitas vestra quod presentium tenore fatemur et recognoscimus nostrum teneri Gregorio Bernardini Raynerio Nepolioni et Henrico Sclandi ac aliis eorum sociis civibus et mercatoribus Senensibus in nongentis et viginti quinque libris turonensium vetulorum et viginti et duobus marcis et dimidium marci sterlingorum promittentes quod huiusmodi pecuniam infra octavam festivitatis beati Johannis Baptiste proximo venture apud Parisios eis integre faciemus exholvi Nos ad id. et predictam Cameram obligantes in huius autem rei testimonium presentes litteras nostri sigilli roboravimus munimine Gregorio et aliis predictis duximus concedendas. Datum Rome XXII. Julii. VIII. Indictionis Regni nostri anno primo (1)

XXVIII.

Anno 1265. 22 Luglio 8ª indizione — Roma.

Carlo I di Angiò fa salvacondotto a taluni mercanti di Siena.

Ivi fol. 9t.

Karolus etc. Universis etc. Noverit Universitas vestra quod Nos Raynerio Nepoleoni Arrici et Synabello filiis quondam Orlandi Ferro Bentivencii. Jacobo Rubaldi. Incontro de Balzi. Mino Du. . . . Balione et Huguelino de Petro Recupero Senaioli. Gregorio Bernardini. Atrinangno Gregorii Jacobo Bernardini Alamanno de Jacobo. Gregorio Alamanni. Senaioliolo Recuperi. Bonoincotro Dentesani. Jacobo Regenoti. Johanni Aldebrandini. Petro Guillelmi. et Rainerio Benincasse. Civibus et mercatoribus Senensibus devotis nostris plenam securitatem per totam terram totumque districtum vestrum in personis et rebus presentium tenore tribuimus. Ita quod per terram et districtum huiusmodi per itinera consueta ire libere valeant et redire suaque deferre mercimonia Salvo iure pedagii et alio quod de mercimoniis et rebus eorum Curie nostre debetur Universis balivis et officialibus nostris tam in ultramontanis quam citramontanis partibus constitutis firmiter inhibentes ne cives ipsos in personis et rebus in eundo morando. et redeundo. offendere. turbare vel molestare presumant proviso quod verbo vel litteris nil. ferant. vel referant. quod sit nostre contrarium Maiestati et quod sub mercimoniorum suorum specie adversariorum et indevotorum Ecclesie ac nostrorum mercimonia non involvant. presentibus preter biennium minime valituris. Datum Rome. XXII. Julii. VIII Indictionis Regni nostri anno primo.

(1) Ecco una cambiale del Secolo XIII.

XXIX.

Anno 1265. 31 Luglio 8ª indizione — Roma.

Carlo I di Angiò fa salvacondotto ad alcuni mercanti Romani.

Ivi fol. 9t.

Karolus etc. Universis etc. Quia placet Excellentie nostre quod Benedictus. Matheus et singuli Massaroli fratres Cives Romani dilecti fideles nostri exhibitores presentium per totam terram nostram sine nostra securitate muniti pro eo quod nostro culmini studuerunt placere gratis servitiis atque student fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus apud quoscumque vestrum ipsos vel ipsorum aliquem venire contingerit eos curetis recommendatos habere providentes sibi de securo conductu si hoc a vobis duxerint requirendum. et non molestantes eos in aliquo nec permittentes ab aliquibus indebite molestari. quin potius si alicubi eos vel eorum aliquem impediri contingerit ad expeditionem et liberationem suam efficaciter laboretis dummodo vadant per itinera consueta et in suis voluminibus aliena mercimonia non occultent. Salvo tamen iure passagii quod deberi nostre Curie visum erit de mercationibus eorumdem si quas per terram vestram duxerint transvehendas. Presentibus quidem litteris preter sex menses non valituris. Datum Rome ultimo Julii VIII. Indidictionis. Regni nostri anno primo.

Item sub hac forma pro Ginoto de Turmenio Lombardo.

XXX.

Anno 1265. 31 Luglio 8ª indizione — Roma.

Altro salvacondotto per altri mercanti Romani.

Ivi fol. 9t.

Karolus etc. Universis etc. Quia placet excellentie nostre quod Paulus Iudeus cognomine et Egidius nepos eius Cives Romani dilecti et fideles nostri exhibitores presentium per totam terram nostram sine nostra securitate muniti pro eo quod nostro culmini studuerunt placere gratis servitiis atque student fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus apud quoscumque vestrum ipsos vel ipsorum aliquem venire contingerit eos curetis recommendatos habere providentes sibi de securo conductu si hoc a vobis duxerint requirendum. et non molestetis eos in aliquo nec permittentes ab aliquibus indebite molestari. quin potius si alicubi eos vel eorum aliquem impediri contingerit ad expeditionem et liberationem suam efficaciter laboretis dummodo vadant per itinera consueta et in suis voluminibus aliena mercimonia non occultent. Salvo tamen iure passagii quod deberi nostre Curie visum erit de mercatoribus eorumdem si quas per terram vestram duxerint transvehendas. Presentibus quidem litteris preter sex menses minime valituris. Datum Rome ultimo Julii VIII. Indictionis. Regni nostri anno primo.

XXXI.

Anno 1265. 5 Agosto 8ª indizione — Roma.

Carlo I di Angiò fa salvacondotto ad alcuni mercanti fiorentini.

Ivi fol. 9t.

Karolus etc. Universis etc. Noverit Universitas vestra quod Nos Ghino Fruscobaldi. Albertino Rote. Jacobo Riccomauri Coppo et Nero Joseppi fratribus Jacobo Lamberti. Fruscobaldi Uttaco Lapo et Restauro Spiliati Civibus et mercatoribus Florentinis de societate filiorum Fruscobaldi. de Florentia devotis nostris plenam securitatem per totam terram totumque districtum nostrum in personis et rebus eorum presentium tenore tribuimus ita quod per terram et districtum huiusmodi per itinera consueta ire libere valeant et redire suaque deferre mercimonia salvo iure pedagii et alio quod de mercimoniis et rebus eorum Curie nostre debetur Universis Ballivis et officialibus nostris tam Ultramontanis quam Citramontanis partibus constitutis firmiter inhibentes. ne Cives ipsos in personis vel rebus in eundo morando et redeundo offendere turbare vel molestare presumant. proviso quod verbo vel litteris nil ferant vel referant quod sit nostre contrarium maiestati et quod sub mercimoniorum suorum specie adversariorum et indevotorum Ecclesie ac nostrorum mercimonia non involvant. presentibus preter annum minime valituris. Datum Rome. V. Augusti. VIII. Indictionis. Regni nostri anno primo.

XXXII.

Anno 1265. 8 Ottobre 9ª indizione — Roma.

Carlo I fa salvacondotto ad altri mercanti fiorentini.

Ivi fol. 9t.

Item In eadem firma pro Lotharingo Bandini et Coppo Scaldi mercatoribus Florentinis. Datum Rome VIII. Octobris VIIII Indictionis.

XXXIII.

Anno 1265. 13 Ottobre 9ª indizione — Roma.

Carlo I di Angiò accorda de' privilegi a' Guelfi di Perugia in premio di essersi rifiutati di seguire i fautori di Manfredi Principe di Taranto, e di essere rimasti fedeli al Pontefice ed a lui.

Ivi Reg. Ang. 1269 A. n. 3. fol. 9.

Karolus etc. filius Regis Francie. dei gratia Rex Sicilie. Ducatus Apulie et principatus Capue Alme Urbis Senator Andegavie. Provincie et Folcalqueri Comes. Universis Christi fidelibus presentes licteras inspecturis vel audituris salutem et omne bonum.

Noverit universitas vestra quod nos attendentes sinceram devotionem Guelforum civitatis Perusie fidelium nostrorum qui dampnata manfredi quondam principis Tarentini suorumque fautorum consortia declinantes. Romane ecclesie. ac nobis constanter et firmiter adheserunt plenam eis universis et singulis Capitaneis vel capitaneorum partis ipsorum licteras per quas quod fuit de nostris fidelibus appareat deferentibus per totam terram totumque districtum vestrum securitatem tam in personis quam rebus presentium tenore tribuimus. Ita quod per terram et districtum huiusmodi per itinera consueta ire libere valeant et redire suaque deferre mercimonia. Salvo iure pedagii et alio quod de mercimoniis et rebus eorum Curie nostre debetur universis balivis et officialibus nostris tam in ultramontanis quam citramontanis partibus constitutis firmiter inhibentes ne cives ipsos in personis. vel rebus ineundo. morando. et redeundo offendere turbare vel molestare presumant. proviso quod verbo. vel licteris nil ferant vel referant quod sit nostre contrarium magestati. et quod sub mercimoniorum suorum specie adversariorum et indevotorum Ecclesie ac nostrorum mercimonia non involvant. presentibus ultra festum omnium Sanctorum in anno minime valiture. Datum Rome XIII° Octobris VIIII indictionis Regni nostri anno primo (1).

XXXIV.

Anno 1267. 7 Marzo 10ª indizione — Capua.

Conto reso da Tommaso di Caserta del suo uffizio di Giustiziero di Sicilia ultra esercitato sotto il governo di re Manfredi dal 5 di Ottobre del 1265 a tutto il mese di febbraio del seguente anno 1266.

Ivi Reg. Ang. 1268. O. n. 2. fol. 85t-86.

Karolus etc. Tenore presentium notum facimus Universis tam presentibus quam futuris. quod Thomasius de Caserta fidelis noster presentatus (1). . . . . cima die mensis Februarii. X. Indictionis. Apud Capuam in Magna Curia nostra ad ponendam rationem de officio Iustitiariatus quod olim per quondam olim. Principem Tarenti in Sicilia ultra flumen Salsum exercuit videlicet a quinto mensis octobris. IX. Indictionis usque per totum mensem februarii Indictionis eiusdem de officio ipso coram magistris rationalibus eiusdem magne Curie nostre iuxta formam ordinatam per. . . . R. . . . . . . itaque Primo ab eodem ratione de executionibus mandatorum ostendit per quaternum actorum officii sui per eum Curie. . . . . Curie acquisivisse de proventibus actorum dicti officii sui tam videlicet de questionibus ordinario Iudicio quam extraordinariò termino unc. auri C.XLI. tar. XVI et gr. XV. de quibus recollegit sicut ostendit per quaternum introytus sui Curie assignatum a certis personis in eodem quaterno notatis unc. auri. C.XXXIII. tar. XVI. et gr. XV. Et restabant colligende videlicet unc. auri octo. A Riczo Galetto de Sacca de fideiussione notarii Manzi de eadem terra prestita coram eo quas docuit se assignasse de nostro mandato colligendi suo in officio successori. Item ostendit per quaternum assignatum sibi a

(1) Re Carlo accorda a' Guelfi di Orvieto questi stessi privilegi, che già avea conceduto a quelli di Siena nel giorno 21 del precedente mese di Luglio, come rilevasi dallo stesso Registro n. 3 e dallo stesso fol. 9.

Gentile de Aquino precessore suo quod recolligere habente de residuo actorum dicti precessoris sui quas ostendit per quaternum ipsum introitus sui se recolligisse uncias auri VII. tar. VII. et dimidium. Item de mandato Corradi Capiichi tunc in Sicilia Capitanei generalis facto. VII. Januarii. IX. Indictionis proinde sibi missum quod Curie assignavit habente imponere taxare et inde recolligere in terris et locis Iustitiariatus sui pro generali subventione anni IX. Indictionis iuxta tenorem cedule sub Sigillo dicti Capiichi sibi inde transmisse et per eum Curie assignate unc. auri VIIm IIIIc. XXXVII. tar. VII. et gr. XVI. Et pro nova denariorum moneta unc. auri (1). . . . et gr. VIII. que pecunia dicte Subventionis et nove monete est in Summa unciarum IXm. C. IIII. tar. VIII et gr. IIII de quibus ostendit per eundem quaternum Introitus sui se recolligisse a diversis collectoribus et personis . . . . quam . . . . districtibus . . . . de pecunia dicte Subventionis quam nove monete facta summa ad generale pondus unc. auri IIIIm. IIc. XXIX. tar. XXXIII. et gr. II. et remansisse recolligenda de pecunia dicte subventionis et nove denariorum monete sicut in quaterno residui dicte subventionis et nove monete quam Curie assignavit distinguitur unc. IIIIm. IXc. LVII. tar. viginti duos et gr. XII. quas recolligere non potuit ut dixit cum quod de imponenda et recolligenda dicta Subventione et predicta nova denariorum moneta predictum mandatum factum decimo predicti mensis Januarii tarde recepit tum propter preteritam turbationem tunc supravenientem tum etiam propter celerem ammovitionem suam ab officio supradicto Summa Summarum de tota pecunia quam recolligere habuit unc. auri IXm. IIIc. XXXVI. tar. II. et gr. IX. super totius predicti introitus duodecim sui unc. IIIIm. IIIc. LXX. tar. IX. et gr. XVII. Summa Summarum predicte pecunie que restitit colligende propter causas predictas unc. IIIIm. IX.c. LXV. tar. viginti duo et gr. XII. de quibus autem unc. auri IIIIm. IIIc. LXX tar. IX et gr. XVII. recollectis per eum ostendit tam pro auctoritate mandatorum quondam dicti principis quam dicti Corradi Capitii tunc Capitanei se assignasse Thomasio Caczolo de Cusentia et Sergio Capuano de Neapoli tunc receptoribus et expensoribus fiscalis pecunie cum eodem Corrado morantibus per apodixam unam eorumdem quam Curie assignavit de pecunia dicte generalis subventionis et eiusdem nove monete ad generale pondus unc. auri Septigentas quatuordecim tar. sex et medium. Item assignavit mandatum unum dicti Principis Tarentini primo Januarii factum per quod mandabatur eidem ut quicquid leo de pando tunc Camere sue Thesaurarius sibi ex parte sua oretenus diceret crederet et efficaciter percompleret. Et assignavit apodixam unam eiusdem leonis de receptis per eum ad requisitionem suam pro emendis cordis quatuor milibus de daynis et cervis ad opus camere dicti principis de eadem pecunia ad generale pondus unc. auri viginti. Et pro solvenda paga (2) Servientibus Palatii panormi pro tutiori custodia pecunie Curie quam ipse Thesaurarius cum quibusdam aliis custodiebat ibidem ad dictum generale pondus de predicta pecunia unc. auri Triginta. Item assignavit Instrumenta duo facta in panormo vicesimo martii none Indictionis per que constitit dictum Justitiarium deposuisse pro parte Curie nostre penes leonem de pando et Victorinum de Amato tunc Vicecastellanum palatii Panormi. Matheum de Musido et Notarium Johannem de gatta Philippo de Panormo Syndicos dicte universitatis Panormi ad hoc per eamdem Universitatem ordinatos prout constitit custodiendas in dicto palatio pro parte nostra ad generale pondus unc. auri Tria milia de pecunia dicte Subventionis

---

(1) In tutti i luoghi dove stanno i puntini la pergamena è rosa e mancante. Questa avvertenza dava la nota, che dovea stare in piede allà pag. 40, la quale veniva indicata dal segno (1), impresso al 2° verso di questo stesso documento XXXIV. E poichè per inavvertenza la nota è stata omessa ivi, qui viene supplita.

(2) Mercede, Salario, Stipendio.

et nove monete. de quibus inventum est per rationem Magistri Nicholai de Barro deputati ad recipiendam pecuniam cum Venerabili patre Archiepiscopo Messanensi et Philippo de Monteforti tunc in Sicilia Capitaneo generali dilectis familiaribus et fidelibus nostris ipsum pro parte Curie ad dictum pondus recepisse unc. auri Mille quingentas Septuaginta unam tarenum unum et gr. decem. et sic restiterint penes eosdem Sindicum Panormi unc. auri Mille quadrigente viginti octo et tar. viginti octo et gr. decem. Quas uncias auri Mille quadrigentas viginti octo et gr. decem ad opus Curie nostre per Iustitiarium nostrum Sicilie ultra flumen salsum ab Universitate Panormi recolligi. et Secretis Sicilie assignari mandavimus ad Curiam nostram assignandas. Et assignavit alia Instrumenta duo facta panormi vicesimo Septimo dicti martii none Indictionis per que docuit se deposuisse pro parte nostra penes... Afflicto et Bartholomeo Falingerio Fagillam Sindicos Universitatis Panormi ad hoc ab eadem universitate ordinatos de pecunia dicte subventionis et nove monete ad dictum pondus unc. auri quadrigentas Septem tarenos viginti duos quos inventum est penes ipsum Thomasium pro parte nostre Curie possidens habuisse Item assignavit apodixam unam factam vicesimo tertio Septembris decime indictionis de . . . . . . Cameram nostram de eadem pecunia ad generale pondus unc. auri quinquaginta septem tarenos Sedecim et gr. decem et Septem . . . orum receptorum morantium cum dicto Corrado de recepta per eos ab eodem Iustitiario de proventibus officii . . . . . unc. auri nonaginta tres et tar. quindecim Item assignavit apodixas duas Magistri Thomasii Leonis de Mutio . . . . . . ttimano tunc notario dicti Principis diversis temporibus factas de receptis per eosdem ab eodem Thomasio pro restitutione . . . . . . orum mortuorum eis in servitio dicti Principis iuxta formam duorum mandatorum eiusdem sibi proinde transmissorum que . . . . pondus Curie ad generale reducto de eadem pecunia ad generale pondus unc. auri septem et tar. sex. Item assignavit . . . . Guillelmi de Pando de Scala nuncii quod constitit Marini de Scala tunc valeti dicti Manfridi de recepta . . . . . . pro expensis suis et unius Scuterii sui a primo novembris octave Indictionis usque per totum Augustum Indictionis eiusdem . . . . novem et gr. quindecim ponderis generalis per mensem pro qualibet personarum ipsarum iuxta formam mandati sibi proinde transmissi . . . . ad generale pondus unc. auri sex tar. quindecim. Item assignavit apodixas duas diversis temporibus factas Iudicis Philippi de Ian. . . . Guillelmi de Taurano notario actorum datarum Sibi per Curiam in eodem officio de solutis per eum de eadem pecunia proventuum . . . . . cionem de unc. auri Sedecim pro dicto Iudice et de unc. auri octo ponderis generalis per annum pro eodem notario iuxta formam mandati dicti Principis sibi proinde transmissorum quas curie assignavit dicto Iudici videlicet a vicesimoquarto octobris dicte none Indictionis et . . . . . octobris a quo tempore docuit ipsa officia exercere incepisse et usque per totum februarium indictionis eiusdem ad generale pondus . . . . viginti quatuor et ostendit per quaternum exitus sui Curie assignatum retinuisse sibi pro expensis suis ad rationem . . . auri ponderis generalis per annum iuxta tenorem mandati dicti Principis quod in Curia assignavit a quarto dicti Octobris a quo docuit deinde exercere incepisse usque per totum dictum Februarium dicte None indictionis de eadem pecunia proventuum ad generale pondus unc. auri . . . . tar. octo et gr. sex. Summa totius predicti exitus ad generale pondus unc. auri quatuor milia Trecent. sexaginta quinque. tar. tres et grana quindecim. Restabant penes eumdem uncie quatuor. tar. Sedecim et gr. quatuor quas in nostra Camera die Septimo martii Indictionis predicte presentialiter assignavit. Notabantur preterea in ratione predicta quidam defectus gestionis et . . . . . utpote frivola duximus relaxanda. Unde ad futuram memoriam etc. Curie nostre nichilominus re. . . . . . Datum Capue Septimo Martii.

XXXV.

Anno 1268-1269. 12^a indizione.

Cedola del Giustizierato di Terra di Lavoro e Contado di Molise.

Ivi Registro Angioino 1269. B. n. 4. fol. 185 et.

Cedula de focularibus que inveniuntur diminuta per collationem factam de quaternis particularibus generalis subventionis ad quaternos de focularibus pro quibus subscripte terre et loca tenentur ad rationem de Augustale uno pro quolibet foculare pro primo et secundo mense sub magistratu Bonifacij de Galiberto Iustitiario terre laboris et Comitatus Molisij anno XIJ^e Indictionis.

Neapolis cum casalibus pro focularibus CCCCLXVIII. auri unc. CXVII — Puteolum pro focul. LVIII unc. XIIII tar. XV—Aversa cum casalibus pro focul. DCLXX. unc. CLXVII tar. XV—Capua cum casalibus pro focul. M.CXXIIII auri unc. CCLXXXI—Cicala pro focul. CCCLXXXVI unc. XCVJ $^1/_2$ — Avella pro focul. CXXVIII unc. XXXII—Palma pro focul. LXII unc. XV. tar. XV—Octoyanum pro focul. XL unc. X—Argentium pro focul. CCCXCIII unc. XCVIII. gr.—Baianum pro focul. II tar. XV — Orazanum pro focul. CXXXIIII unc. XXXIII et gr. — Alifia cum Iudeis pro focul XXVIIII unc. VII tar. VII $^1/_2$—Cayatia pro focul. XXXI unc. VII tar. XXII $^1/_2$—Villa curzium pro focul. XL unc. X—Limata pro focul. XVII unc. IIII tar. VII $^1/_2$—Civitella pro focul. XI unc. II tar. XXII $^1/_2$ — Massa inferior pro focul. XIII unc III tar. VII $^1/_2$—Sanctapara pro focul. I. tar. VII $^1/_2$—Minianum pro focul. CCL unc. LXII $^1/_2$—Theanum pro focul. CXVII unc. XXVIIII tar. VII $^1/_2$ — Gallucium pro focul. LVIII unc. XIIII tar. XV—Aylanum pro focul. VI unc. I tar. XV—Pentema pro focul. XXI unc. V tar. VII $^1/_2$—Sextum pro focul. IIII unc. I—Mastrale pro focul. IIII unc. I—Mazanello pro focul. XXXIIIJ unc. VIII $^1/_2$—Presenzanum pro focul. XXXI unc. VII tar. XXII $^1/_2$— Prata pro focul. XVIII unc. IIII tar. XV—Toranum pro focul. XXIII unc. V tar. XXII $^1/_2$—Campus saccus pro focul. XVI unc. IIII—Sanctus Joannes de Cappitello pro focul. VI unc. I $^1/_2$—Ysernia pro focul. XXXIII unc VIII tar. VII $^1/_2$—Pescleo pro focul. XLVIII unc. XII—Ripursa pro focul. II tar. XV—Vallis Zappula pro focul. I tar. VII $^1/_2$—Collis Stephani pro focul. I tar. VII $^1/_2$—Aquaviva pro focul. V unc. I tar. VII $^1/_2$—Sanctus Benedictus in Buttello pro focul. X unc. II tar. XV—Imbutillo pro focul. III tar. XXII gr. X—Armaria pro focul. II tar. XV—Mons Niger et Rocca Siconis pro focul. VIII unc. II — Laposta pro focul. III tar. XXIJ $^1/_2$ — Castellucium filii Adenulfi pro focul. VIII unc. II — Spelunca pro focul. XXXII unc. VIII — Civitas Vetus cum casalibus pro focul. XLI unc. X tar. VII $^1/_2$ — Petra Vallis pro focul. I tar. VII $^1/_2$—Mons luponis pro focul. I tar. VII $^1/_2$—Sanctus Vitus prope Yserniam pro focul. XX. unc. V — Rocca Vivara pro focul. XIIII unc. III. tar. XV — Boyanum pro focul. C.XXVIII unc. XXXII — Monticellum pro focul. XVI unc. IIII — Tappinum pro focul. VIIII unc. II tar. VII $^1/_2$ — Mons Vayranus pro focul. I tar. VII $^1/_2$—Ripa Roddona pro focul. XXXI unc. VII tar. XXII $^1/_2$—Suessa pro focul. CCLIII unc. LXIII et gr. — Gayeta pro focul. DCCCII unc. CC. tar. XV — Sugium pro focul. LIII unc. XIII tar. VII $^1/_2$—Traiectum pro focul. CXCV unc. XLVIII tar. XXII $^1/_2$—Rocca Guillelmi pro focul. VIIII unc. II tar. VII $^1/_2$—Campellus pro focul. XXXIII unc. VIII tar. VII $^1/_2$—Sanctus Germanus pro focul. DLXXVI unc. CXLIIII—Sanctus helyas pro focul. LII unc. XIII — Aqua fundata pro focul. XLVI unc. XI. tar. XV—Cardetum pro focul. XXI unc. V. tar. VII $^1/_2$—Saraceniscum pro focul. XXII.

unc. V. tar. XV—Aquinum pro focul. LXII unc. XV. tar. XV—Sora pro focul. XII unc. III—Atinum pro focul. VIIII unc. II tar. VII $^1/_2$—Mons Actachy pro focul. VII unc. I tar XXII $^1/_2$—Mala coclearia pro focul. XVIIII unc. IIII tar. XXII $^1/_2$—Lupitum cum Monte Nigro pro focul. XII unc. III—Telesia pro focul. CLXXXV unc. XLVI tar. VII $^1/_2$—Saxum pro focul. VI unc. I tar. XV—Castrum rubellionis pro focul. XII unc. II tar. XXII $^1/_2$—Monticellum pro focul. V unc. I tar. VII $^1/_2$—Sanctus Joannes incaricus pro focul. VI unc. I tar. XV—Ortula pro focul. XLVIIII unc. XII tar. VII $^1/_2$—Ducenta pro focul. XXIII unc. V tar. XXII $^1/_2$—Joya pro focul. XXVIII unc. VII—Gardia Sancti fraymundi pro focul. XXIII unc. V tar. XXII $^1/_2$—Sexanum pro focul. VIII unc, II—Caserta pro focul. CCCLXXX unc. XCV — Cingula pro focul. III tar XXII $^1/_2$—Maccla prope Yserniam pro focul. XV unc. III tar. XXII $^1/_2$—Turella pro focul. XXVII unc. VI tar. XXII $^1/_2$.

Et pro secundo mense in subscriptis terris rebellibus de prescriptis videlicet.

Aversa pro focul. DCLXX unc. CLXVII $^1/_2$ — Cicala pro focul. CCCLXXXVI unc. XCVI $^1/_2$—Palma pro focul. LXII unc XV tar. XV—Octayanum pro focul. XL unc. X—Caserta pro focul. CCCLXXX unc. XCV—Simul unc. Duo Milia ducente septuaginta quinque Tar. viginti duo gran. decem.

XXXVI.

Anno 1268-1269. 12ª indizione.

Cedola del Giustizierato di Valle del Crati e Terra Giordana.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 204 e t.

Cedula de focularibus que inveniuntur diminuta per collationem factam de quaternis particularibus generalis subventionis ad quaternos de focularibus. pro quibus subscripte Terre. et loca tenentur ad rationem de augustale uno pro quolibet foculari. pro primo et secundo mense sub magistratu Mathei de fasanella Iustitiarii Vallis gratis et Terre Iordane. Anni XII° indictionis (*1 Settembre 1268—31 Agosto 1269*).

Marturanum pro focul. CCLXXII unc. LXVIII—Grimoaldum pro focul. CCLVI auri unc. LXIIII—Casale Sancti Angeli pro focul. XXXIIII unc. VIII et tar. XV.—Carparum et Birzarum pro focul. XXIIII unc. VI—Lupia pro focul. LII unc. XIII—Carvisium pro focul. LXXXVI unc. XXI $^1/_2$—Dianum pro focul. LXXVIII unc. XVIIII $^1/_2$—Caupanum pro focul. LX unc. XV — Petrisium pro focul. CVI unc. XXVI $^1/_2$ — Cerminaria pro focul. II tar. XV—Malemberga pro focul. XXII unc. V tar. XV—Pedeiullanum pro focul. LXXVI unc. XVIIII — Stribillatum pro focul. CXII unc. XXVIII — Cusentum et tornata pro focul. XLVIII unc. XII — Scopanisium et dardanum pro focul. L unc. XII $^1/_2$—Saxa. et Cribanum pro focul. IIII unc. I — Agellum pro focul. CCCLXXVI unc. LXXXXIIII—Flumen frigidum pro focul. XXII unc. V tar. XV—Turianum et Mellicanum pro focul. CXXXIIII unc. XXXIII $^1/_2$— Monticinum pro focul. CXXVI unc. XXXI $^1/_2$—Venerum pro focul. LX unc. XV— Pantosa pro focul. CCXII unc. LIII—Orisanum. Laurata. Capella et Palagana pro focul. CII unc. XXV $^1/_2$— Mellipaganum pro focul. XLVI unc. XI tar. XV—Venerellum pro focul. CXXII unc. XXX tar. XV—Domanicum pro focul. LX unc. XV—Sanctus Angelus. Laurianum et Taxanum pro

focul. CXVIII unc. XXVIIII et tar. XV—Dipinianum pro focul. CLXXXVI unc. XLVI tar. XV—Malitum. Guccunianum et Grepissitum pro focul. CXXXII unc. XXXIII—Sanctus Marcus pro focul. XLIIII unc. XI—Paternum pro focul. CCXVIII unc. LIIII tar. XV—Bavilacio circlarii usque olaritam pro focul. CCCLXXXVIII unc. LXXXXVII—Vicus Casalis pro focul. XXXVI unc. VIIII—Luppanum et Iulia pro focul. CXXVIII unc. XXXII—Cauranum pro focul. CCXC unc. LIIII et tar. XXII ½—Mangonum et Sanctus Stephanus pro focul. CXXVI unc. XXXI et tar. XV—Roblanum pro focul. CCCLXVIII unc. XLII—Robetum pro focul. CXXVIII unc. XXXII—Fillinum pro focul. CXXXII unc. XXXIII—Dompnicum pro focul. CX unc. XXVII tar. XV—Album pro focul. LXXXVIII unc. XXII—Pullianum pro focul. LXXXII unc. XX tar. XV—Deodatum pro focul. LXXXII unc. XX tar. XV—Renda pro focul. CCLXXXIIII unc. LXXI—Mons altus pro focul. XIIII unc. III tar. XV—Scarsellu et Furnum pro focul. VIII unc. II—Cordoplanum pro focul. VI unc. I tar. XV—Sanctus Marcus pro focul. XVI unc. IIII—Cervicatum pro focul. LXII unc. XV tar. XV—Pallara pro focul. XXXII unc. VIII—Pratum homines demanii pro focul. XVI unc. IIII—Homines Maytine ibidem pro focul. XIIII unc. III ½—Mucresanum et Turbule pro focul. CXLII unc. XXV tar. XV—Malvetum pro focul. CXXVIII unc. XXXII—Finianum pro focul. XXXIIII unc. VIII tar. XV—Appusum pro focul. XXX unc. VII tar. XV—Jogium pro focul. XVI unc. IIII—Dactili pro focul. XLII unc. X tar. XV—Carcerum pro focul. XX unc. V—Piczileo pro focul. LIIII unc. XIII tar. XV—Lignum pro focul. II tar. XV—Castrovillari pro focul. CCXLVI unc. LXI tar. XV—Cassanum pro focul. LXXX unc. XX—Circlarium pro focul. LVIIII unc. XIIII tar. XXII ½—Cideolum pro focul. CLXVII unc. XLI tar. XXII ½—Laynum pro focul. XX unc. V—Scalea pro focul. VI unc. I tar. XV—Rossanum pro focul. CXLV unc. XXXVI tar. auri VII gr. X—Bissinianum pro focul. IIII unc. I—Sillicanum cum hominibus quondam Johannis de Procida pro focul. LXX unc. XVII tar. XV—Ronia pro focul. LXXVIII unc. XVIIII tar. XV—Castellanum pro focul. CCLXX unc. LX tar. XV—Petramala pro fôcul. LXXXXIIII unc. XXIII et tar. XV—Guardia pro focul. XVI unc. IIII—Bellovidere pro focul. III tar. XXII ½—Fuscaldum pro focul. XXX unc. VII tar. XV—Bullica pro focul. XVI unc. IIII—Sanctus Nucetus pro focul. CCXXXVI unc. LVIIII—Maccla pro focul. L unc. XIIII—Lungrum pro focul. IIII unc. I—Genitocastrum pro focul CCCXXXIIII unc. LXXXIII ½—Gerentia pro focul. CVI unc. XXVI tar. XV—Caccurium pro focul. CLXII unc. XLIII—Cotroneum pro focul. XXVIII unc. VII—Lutrinium et Sancta Venera pro focul. II tar. XV—Strongolum pro focul. VIII unc. II—Petra Paula pro focul. CVI unc. XXVI tar. XV—Sillia pro focul. XXXVIII unc. VIIII tar. XV—Pappanichiforium pro focul. IIII unc. I—Sanctus leo pro focul. LXVI unc. XVI tar. XV—Scandali pro focul. XXXVI unc. VIIII—Trulocium pro focul. XXXVIII unc. VIIII tar. XV—Albe pro focul. CXXIIII unc. XXXI—Judei Cusentie pro focul. VIII unc. II—Judei Brahalla pro focul. II tar. XV—Casale Matare pro focul. LXXIIII unc. XVIII tar. XV—Judei Regine pro focul. IIII unc. I.

Simul unc. Duo Milia. ducente viginti due. Tar. septem et gran. decem.

XXXVII.

Anno 1268-1269. 12ª indizione.

Cedola del Giustizierato di Terra di Bari.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 205.

Cedula de focularibus que inveniuntur diminuta per collationem factam de quaternis particularibus generalis subventionis ad quaternos de focularibus. pro quibus subscripte terre et loca tenentur ad rationem de augustale uno pro quolibet foculari pro primo et secundo mense sub magistratu Guillelmi de Settays Justitiarii Terre Bari anni XIIᵉ indictionis (*1 Settembre 1268 — 31 Agosto 1269*).

Polinianum pro focularibus CI unc. XXV tar. VII ½—Cane pro focul. XVI unc IIII — Canusium pro focul. CCLXVII unc. LXVI tar. XXII ½ — Rubum pro focul. XCIIII unc. XXIII ½—Casamaxima pro focul. XVII unc. IIII tar. VII ½—Buturutum pro focul. I tar. VII ½—Turum pro focul. XI unc. II tar. XXII ½—Minerbinum pro focul. VII unc. I tar. XXII ½—Turictum pro focul. II tar. XV—Aquaviva pro focul. V unc. I tar. VII ½—Casale Castri pro focul. I tar. VII ½—Andria pro focul. CXXVII unc. XXXI et tar. XXII ½—Palum pro focul. VI unc. I et tar. XV—Grumum pro focul. IIII unc. I—Juvenacium pro focul. XXIIII unc. VI—Cauratum pro focul. LX unc. XV—Tranum cum Judeis pro focul. XLV unc. XI tar. VII ½—Barolum pro focul. CCCLXIIII unc. XCI.

Et pro secundo mense in subscriptis terris rebellibus de prescriptis videlicet.

Polinianum pro focul. CI unc. XXV tar. VII ½ — Canusium pro focul. CCLXVII unc. LXVI tar. XXII et gr. X—Rubum pro focul. XCIIII unc. XXIII ½—Minerbinum pro focul. VII unc. I tar. XXII ½—Aquaviva pro focul. V unc. I tar. VII ½—Cauratum pro focul. LX unc. XV.

Simul unc. Quadrigente viginti una et tar. quindecim.

XXXVIII.

Anno 1269. 16 Febbraio 12ª indizione — Foggia.

Carlo I scrive a taluni della famiglia Grimaldi di Genova suoi amici, di ricevere onorevolmente gli ambasciadori del Soldano di Babilonia, che vengono a lui, e di fornire ad essi tutti i mezzi di trasporto sia per la parte di mare, che per terra.

Ivi Reg. Ang. 1269. A. n. 3. fol. 8 dopo il fol. 150.

Karolus etc. Nobilibus viris providis et discretis Luce et Bonarello et Laffranco et Lucherio de Grimaldis dilectis et fidelibus amicis suis salutem et amorem sincerum. Amicitiam vestram quanto carius possumus requirimus et rogamus quatenus Ambassatores Soldani ad nostram excellentiam venentes quos credimus esse Janue recipiatis honorifice et decenter ita quod malicia et stulticia nostrorum hominum qui debuerint

eos associare et eos ducere coram nobis qnod non fecerint maiestatem nostram et honorem nostri Culminis ullatenus valeant denigrare set quod male factum est per nostram decentem et honorabilem societatem eis per vos factam totaliter emendetur et si volunt ad nos per mare venire faciatis quod habeant unum bonum lignum et bene armatum in quo Regnum nostrum secure et celeriter apportentur. Si autem volunt venire per terram accipiatis eis equos et decentem societatem que eos ducat usque Lucam libere et secure et ibi per Vicarium nostrum generalem et specialem et comune Lucanum providebitur in societate et in aliis secundum quod eis mandamus magnifice ita quod honore vestro ante nostram presentiam adducentur. et incontinenti omnes expensas quas facietis fieri circa predicta Camera nostra solvet illis et ubi miseritis persolvendas. et Volumus vos et omnes alios Amicos nostros scire quod illos de Massilia qui debuerint eos associare et ipsos dunserunt in regio carcere facimus attineri et de ipsis et de omnibus aliis qui ad honorandos et sociandos eos fuerint negligentes talem iustitiam faciemus quod nullus audiet quin possit discutere quod nobis displicuit vehementer quod maliciose vel negligenter factum est in omnibus supradictis pro certo scientes quod vel tale possetis facere in presenti quod esset nobis magis carum quam si eis faciatis magnum servitium et amorem de quibus vos omnino servabimus sine dampno. Datum Fogie XVI februarii. XII^e^ Indictionis.

XXXIX.

Anno 1269. 12 Marzo 12ª indizione — Melfi.

Carlo I spedisce suoi messi al re di Tunisi per ricevere da lui una somma di danaro a mutuo.

Ivi Reg. Ang. 1284. B. n. 48 fol. 112.

Karolus etc. Missocibo et Jacobo Embriaco Civibus Januensihus etc. Cum nos aput Tunisium pro petendo nomine nostri a Rege Tunisii mutuo alicuius quantitatis pecunie quam nobis voluerit mutuare personaliter transmittamus Placet nobis et volumus quod ipsam pecunie quantitatem quam ab eodem Rege pro nobis mutuo habere potueritis alicui societati mercatorum de tuscia. quam ibi inveneritis ditiorem requiratis et faciatis pro parte nostre Curie assignari Recipientes ab eis litteras eorum ad socios suos in partibus istis degentes pro pecunia ipsa nobis in quantitate simili persolvenda quas litteras ad nos in vestro reditu reportetis Datum Melfie XII° Marcii XII^e^ Indictionis.

XL.

Anno 1269. 13 Marzo 12ª indizione — Melfi.

Carlo principe di Salerno, nella qualità di Vicario Generale del re Carlo I suo padre, spedisce ambasciadori a Fodar re di Tunisi per firmare le convenzioni iniziate tra lo stesso re Carlo I e Yey avo di esso re Fodar.

Ivi Reg. Ang. 1284. B. n. 48. fol. 109 t

Karolus etc. Tenore presentium notum facimus universis quod nos de fide prudentia et legalitate discretorum virorum Jacobi Embruaci (1) et Mussicibi (2) civium Januensium dilectorum familiarium et devotorum nostrorum plene confisi damus et concedimus eis auctoritatem plenariam et liberam potestatem firmandi et confirmandi nomine et pro parte domini patris nostri et nostro Magnifico viro Fodar (3) Regi tunisii et domino Africe omnia pacta et omnes conventiones initas et habitas dudum inter dictum dominum patrem nostrum et yey. avum. eiusdem Regis Fodar et promictimus stipulatione sollempni res facturos et curaturos quod Idem dominus pater noster omnia predicta pacta et conventiones eidem Regi Fodar inviolabiliter observabit et nos etiam tenaciter promictimus observare: ac Ratum et firmum habere quicquid per eosdem nuncios nostros vel eorum alterum si alter impeditus personaliter interesse non posset in predictis omnibus et singulis actum firmatum fuerit et etiam confirmatum que omnia et singula. per has patentes nostras litteras. ad evidentiam pleniorem pendenti sigillo nostro munitas eidem Regi Fodar et Universis et Singulis facimus manifesta. Datum Melfie die XIII Marcii XIIº Indictionis.

---

(1) È detto *Jacobo Embriaco* nel precedente diploma.

(2) È chiamato *Missocibo* nel precedente diploma.

(3) L'illustre professore Commendatore Michele Amari, tanto dotto specialmente nelle lettere arabe e nella storia, con suo foglio in data del 25 di Settembre dell'anno 1875 mi dava delle interessanti notizie intorno a questo sovrano di Tunisi, ed io le pubblico a degno corredo di questo documento.

Il diploma ha una certa importanza. La prima cosa, quell' avolo Yey che v'è citato, è per vero Abu-Zakariia Jehia (*Giovanni*) *soprannominato El Wathek, dei principi hafsiti di Tunis, che s'intitolavan anco califi, esaltato nel maggio 1277, e deposto nel luglio o agosto 1279. Sappiamo dunque che in questi due anni e pochi mesi, Carlo d'Angiò, il quale stava all' apice della sua potenza, formò coi principi di Tunis un trattato nuovo, dopo quello che conosciamo, stipolato tra lui e Mostanter padre di Jehia, alla morte di San Luigi.*

Il Fodar del diploma è alterazione di Fadhl *come si chiamava un de' figliuoli di Jehia. Deposto questo principe come ho detto, egli fu ucciso con alcuni de' suoi figliuoli, da un suo zio per nome Ibrahim; che sali al trono il 1279. Non guari dopo surse nelle vicinanze di Tripoli un impostore che spacciò essere Fadhl scampato alla strage. Tutti si voltarono a lui; affermandosi da certi schiavi la sua somiglianza al principe ucciso e di fatti l' usurpatore fu abbandonato e l' impostore trionfante entrò in Tunis. Ma scoperta la magagna, il vento saldò contro di lui: ed un vero figliuolo di Jehia, per nome Abu Hafs Omar fu esaltato di luglio 1284 e pochi giorni appresso fu ucciso a furor di popolo l' impostore che avea per nome Ahmed-ibn-Merzúk.*

Leggonsi cotesti fatti in Ibn-Khaldûn. Histoire du Barbère, traduz. del Baron de Slanc II. 374 segg. e le vicende del falso Fadhl a p. 388-396; e nel testo arabico d'Ibn-Abi-Dinar, Storia di Tunis, Tunis 1286 (1869) p. 130 e segg.

La missione della corte angioina di Napoli presso il falso Fadhl seguì per l' appunto nel tempo che gli Arabi della provincia di Tunis, ribellatisi dall' usurpatore, avean gridato califo il vero hafsita Omar e cominciavano a sostenerlo con le armi.

XLI.

Anno 1269. 1° Maggio 12ª indizione—Nel campo di assedio contro Lucera.

Carlo I fa pagare dal Giustiziero di Capitanata le spese per due mesi a Filippa di Antiochia moglie di Manfredi Maletta già Conte Camerario, come pure per le sue figliuole e pe' suoi servi, avvertendola che scriva a suo fratello Corrado di Antiochia o ad altri per il suo sostentamento, perchè egli non le darà più cosa alcuna.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 35.

Karolus etc. Iustitiario eidem (1). fidelitati tue preciendo mandamus quatenus philippe uxori Manfredi maleti dicti Comitis seu nuntio suo pro expensis suis filiarum et serventium suorum duorum mensium de quacumque pecunia Curie nostre que est etc. uncias auri sex ponderis generalis debeas exhibere. et ab ea seu a nuntio suo exinde recipias apodixam predicens eidem quod sive ad Conradum de Anthiochia fratrem suum sive ad alios mictat et tractet habere expensas quin decetero sibi expensas exhiberi nullatenus faciemus. Datum in Castris in obsidione Lucerie. primo madii XII° Indictionis.

XLII.

Anno 1269. 13 Maggio 12ª indizione—All'assedio di Lucera.

Re Carlo I ordina al Giustiziero di Terra di Bari di consegnare a Matteo de Grineiavilla tutto quel danaro che gli sarà necessario per gli ambasciadori saraceni del Soldano di Babilonia.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 17 t.

Karolus etc. eidem Iustitiario (2). fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem Mathei de Grineiavilla latoris presentium pecuniam et omnia alia pro expensis sarracenorum Ambassatorum Soldani Babilonie necessaria eidem Matheo exibere procures. Recepturus etc. Datum in obsidione Lucerie. XIII° maii. XII° Indictionis.

---

(1) Di Capitanata.
(2) Di Terra di Bari.

XLIII.

Anno 1269. 26 Maggio 12ª indizione.

Re Carlo I ordina al Giustiziero di Terra di Bari di dare a Guglielmo de Taronville, decano di S. Pietro *Virorum* di Orleans suo consigliere, tutto il danaro che gli sarà necessario per lui e per gli ambasciadori del Soldano di Babilonia, durante il tempo che dimorerà nella sua provincia.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 18.

Karolus etc. Iustitiario terre Bari etc. Fidelitati tue firmiter et expresse precipimus. quatenus ad requisitionem Venerabilis Viri Guillelmi de Faronvilla decani sancti Petri Virorum Aureliani dilecti Consiliarii et familiari nostri seu nuntii sui expensas et omnia necessaria pro se nunciis Soldani Babilonie cum quibus de beneplacito nostro transfretare debet. ac omnibus de familia seu comitiva eorum decani et nunciorum iuxta provisionem ordinationem et voluntatem ipsius Decani. donec in iurisdictionis tue partibus moram trahant. nec non pecuniam oportunam pro indumentis ipsorum omnium prout et idem Decanus providerit et te requisiverit tam de pecunia presentis generalis subventionis quam focularium iustitiariatus tui seu de quacunque alia etc. sine difficultate qualibet debeas exhibere. apodixam inde ydoneam recepturus non obstante etc. Datum XXVI maii XIIᵉ Indictionis.

XLIV.

Anno 1269. 25 Giugno 12ª indizione—Nel campo di assedio contro Lucera.

Re Carlo I ordina a Guglielmo decano della Chiesa di S. Martino di Angiò, suo chierico, di consegnare 120 marche di tornesi ad Eustachio e ad Ugo de Mesnil per uso de' suoi figliuoli.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 95 t.

Karolus etc. Guillelmo decano ecclesie Sancti Martini Andegavensis clerico suo dilecto salutem et omne bonum. volumus et mandamus tibi quatenus ad requisitionem. provisionem et designationem Eustachii et Hugonis de Menilio. Renardi. vel eorum aud alterius ipsorum nuntii Centum et viginti marcas argenti laboratas in vasis de opere Turonensium ad opus liberorum nostrorum de pecunia curie nostre que est vel erit penes manus vestras emere ac predictis Eustachio et Hugoni. vel alterius eorum aut ipsorum vel alterius eorum certo nuntio assignare procures. Recepturus presentes litteras et de hiis que assignaveris apodixam ydoneam ad cautelam. Datum in Castris in obsidione Lucerie XXV° Junii XIIᵉ indictionis.

XLV.

Anno 1269. 30 Giugno 12ª indizione—Assedio di Lucera.

Re Carlo I per mezzo di lettere patenti ripete gli ordini, già con lettere chiuse partecipati ad Eustachio e ad Ugo de Mesnil istitutori de' suoi figliuoli, del come formare la corte di quei principi.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 104 t.

Karolus etc. Eustachio et Hugoni de Mesnilio Raynardi Custodibus et Magistris liberorum nostrorum dilectis fidelibus suis etc. Alias vobis scripsimus per litteras clausas quod debetis statuere quantum servientes cum mazeis (1) et aliis necessariis ad custodiam liberorum nostrorum scilicet duos de gente vestra vel firmissima comitiva vestra et Raonum domicellum Venerabilis patris Episcopi Cistellionensis Karissimi amici nostri et Johannem de Melfecto consanguineum Johannis de Melfecto dilecti familiaris et fidelis et consiliarii nostri ita quod habuerint quibuslibet eorum unum equum et inter duos unum sommerium et comendant et iaceant (2) in hospitio vobiscum ut dictam custodiam melius faciant unde quod vobis mandavimus per litteras clausas nunc vobis scribimus per patentes. mandantes attente quatenus predicta omnia efficaciter fieri et ordinari sine difficultate qualibet faciatis. Datum in obsidione Lucerie ultimo Junii. XII° indictionis.

XLVI.

Anno 1269. 7 Luglio 12ª indizione — Nel Campo di assedio contro Lucera.

I fratelli Pietro, Niccola e Giovanni di Molfetta ricorrono a re Carlo I per fare annullare il testamento del diacono Maio loro zio, il quale avea lasciata tutta la sua eredità ai suoi figliuoli spurii.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 147 t.

Karolus etc. eidem Secreto Apulie (3) etc. Ex parte Petri Nicolai et clerici Johannis de Melficta fratrum fuit nobis conquerendo monstratum quod Maio diaconus. patruus eorumdem in ultima sua disposuit voluntate et statuit quod obmissis conquerentibus supradictis ipsius nepotibus et legitimis heredibus quosdam spurios suos quos ex quadam amasia sua progenuit deberent subcedere sibi legitime ut heredes in dictorum conquerentium preiudicium non modicum et quoniam pretestu cuiusdam constitutionis olim per Fredericum quondam Romanorum Imperatorem edite. qua concedebatur spuriis presbiterorum et clericorum in sacris ordinibus existentium successio eorumdem ac si essent de thoro legitime procreati. unde nobis humiliter supplicarunt ut super hoc

---

(1) Mazzieri. (2) Mangino e dormino. (3) Matteo Rufolo.

eisdem dignaremur de benignitate regia provideri Ideoque fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si tibi constiterit de premissis constitutione huiusmodi non obstante quam penitus reprobamus bona que quondam fuerunt diaconi supradicti predictis nepotibus seu aliis propinquioribus qui sibi succedere de iure tenentur et debentur tradi facias ac etiam assignari. Datum in castris in obsidione Lucerie VII Julii XII° indictionis.

XLVII.

Anno 1269. 28 Luglio 12ª indizione — Assedio di Lucera.

Carlo I ordina punirsi severamente quei di Castelvecchio e di Monte Aliano se non promettono con sicurtà di essere fedeli a lui ed alla Santa Sede; e che non riceveranno in alcun tempo e senza suo mandato Giovanni, e Filippo *de Manerio, Bartolommeo di Castiglione,* loro figliuoli e seguaci, o altri proditori nemici della Chiesa, e suoi.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 131.

Karolus etc. Philippo de Rossi Capitaneo et provisori castrorum aprutii etc. Volumus et mandamus quod omne malum quod facere poteris hominibus Castriveteri. et rebus eorum. et ipsi Castro. et hominibus Montis aliani. et eorum rebus. et ipsi castro. facias viriliter et sine mora. nisi faciant te nomine nostro securum bene. quod ipsi erunt fideles et obedientes perpetuo Sancte Romane Ecclesie. atque nobis et quod non recipient aliquo tempore absque nostra licentia et mandato Johannem de Manerio. vel philippum de Manerio. vel Bartholomeum dê Castellione. vel eorum filios vel adiutores. vel aliquos alios proditores vel inimicos Ecclesie. vel nostros. nec eis dabunt consilium. vel auxilium. vel iuvamen. ymmo omnibus inimicis Ecclesie et nostris. suo posse faciant vivam guerram. Et si contingerit quod Margarita uxor dicti Johannis. vel Robertus de Castellione. facerent contra Sanctam Romanam Ecclesiam vel nos. vel heredes. vel homines nostros. vel darent proditoribus nostris vel inimicis nostris auxilium. consilium et iuvamen. quod homines dictorum locorum teneantur eos capere. et nobis reddere suo posse. et quod de cetero nostris nunciis postquam predicti Margarita et Robertus facerent contra predicta. teneantur in omnibus obedire Sancte Romane Ecclesie. atque nobis. et quod ipsi Margarite vel Robertucio vel alicui alii proditori. vel inimico nostro in aliquo non obediant. nec intendant. Et si dicta Margarita. et dictus Robertutius. et omnes dictorum Castrorum. volunt predicta omnia promittere et iurare. et fideiussores ydoneos dare. possis eos nostro nomine affidare. et recipere in nostra gratia et amore. Alias procedas contra eos. sicut contra inimicos viriliter et potenter. Datum ut supra in obsidione Lucerie XXVIII° Julii XII° indictionis.

XLVIII.

Anno 1269. 10 Agosto 12ª indizione — Assedio di Lucera.

Carlo I di Angiò proibisce di chiamare proditori gli Aversani.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 157.

Karolus etc. Justitiario eidem (1) etc. fidelitati tue etc. mandamus quatenus per Civitates Averse Capue Neapolis et alias terras circumstantes facias preconia voce bannum sub pena decem unciarum auri quod nullus ausus sit qui homines Civitatis Averse et districtus eius proditores vocare presumat penam ipsam a quolibet contra qui fecerit pro parte Curie exactionem. Datum in obsidione Lucerie X° Augusti XII^e indictionis

XLIX.

Anno 1269. 27 Agosto 12ª indizione — Nel campo di assedio contro Lucera.

Carlo I di Angiò accorda il vitalizio assegno a Mattia di Capua moglie del proditore Niccola di Capua.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 134 t. 138.

Karolus etc. Dyonisio de Amalfia Magistro excadenciarum et morticiarum Curie in Principatu Terre Laboris et Aprutii etc. Ex parte Matthie filie Magistri Andree de Capua uxoris Nicolai filii Elye de Capua proditoris nostri. fuit nobis humiliter supplicatum. ut cum ipsa fuerit fidelis et de fidelium genere orta. ac malitiis viri sui nequaquam consenserit. nichilque proxime preterite turbationis tempore contra nostram commiserit Maiestatem restitui sibi bona sua dotalia. que cum aliis bonis iamdicti viri sui sunt ad opus nostre Curie infiscata de benignitate Regia mandaremus. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus sicut plene constiterit de premissis. et bona ipsius mulieris valent annuatim uncias auri centum vel infra. ipsaque bona in manu Curie nostre consistant detis et exolvatis eidem mulieri pro qualibet uncia. tarenum unum et dimidium annuatim pro eius substentatione et vita de proventibus bonorum ipsorum. Si vero bona ipsa alicui sunt concessa. huiusmodi provisionem de proventibus officii tui. qui sunt vel erunt per manus tuas exhibere procures eidem. et si bona huiusmodi valent ultra uncias auri centum non nisi tarenum unum pro qualibet uncia persolveris. recepturus exinde ydoneam apodixam. Datum in castris in obsidione Lucerie XXVII augusti XIJ^e Indictionis etc.

---

(1) Di Terra di Lavoro.

L.

Anno 1269. 9 Settembre 13ª indizione — Corneto.

Carlo I avendo saputo che sono giunti nel porto di Barletta gli ambasciadori del re di Ungaria, ordina al Giustiziero di Terra di Bari, al Maestro Giurato di Barletta ed a Filippo di Santacroce protontino di Barletta e di Monopoli, di tosto fornire que' messi di tutti i mezzi di trasporto per venire alla sua presenza.

Ivi Reg. Ang. 1269. D. n. 6. fol. 85 t.

Karolus etc. Iustitiario Terre Bari vel Vicario eius in Barolo. Magistro Jurato Baroli et Philippo de Santacruce prothontino eiusdem terre et Monopoli etc. Quia nostra Serenitas intellexit quod Johannes prepositus Ungarie et Michael de Zadra Nuncii Illustris Regis Ungarie nuper applicaverint apud Barolum fidelitati Vestre etc. quatenus incontinenti equitaturas et omnia alia necessaria eis et quibuscunque venientibus cum eisdem invenieritis omnino eis statim assignare curetis. ipsosque instanter ad nos apud Melfiam transmictatis. Caventes ne in hiis aliquam commictatis negligentiam vel defectum. quin sive sint Baroli sive Trani ad quem locum volumus vos conferre sine aliqua tarditate mictatis eisdem cum celeris accessus eorum qui ullam dilacionem recipit nobis sit quamplurimum oportunus et si ad hec facienda vos omnes presentes non eritis vel non poteritis interesse quicunque vestrum presens fuerit nemine alio expectato predicta omnia exequatur. Datum Corneti VIIII. Septembris XIII[e] Indictionis.

LI.

Anno 1269. 15 Ottobre 13ª indizione — Napoli.

Carlo I ordina a tutti i Castellani del Regno di arrestare e tenere in custodia ne' rispettivi castelli quelle persone che ad essi verranno indicate dagli inquisitori spediti in regno dalla S. Sede contro gli eretici.

Ivi Reg. Ang. 1269. D. n. 6 fol. 128 t.

Karolus etc. Universis Castellanis eorumque vicariis per Regnum Sycilie constitutis etc. Cum de beneplacito et mandato Sedis apostolice procedat ut in Regno Sycilie generalis fiat inquisitio contra hereticos et heretica pravitate respersos Religiosis viris fratribus Mattheo de Castro Maris. Symone de benevento. Troiano et Jacobo theatino ordinis fratrum predicatorum Inquisitoribus auctoritate Sedis eiusdem ad hoc specialiter deputatis pro ut in licteris apostolicis plenius continetur. Nos volentes tam pium tamquem salubre negotium ut ad honorem dei optatum et debitum recipiat incrementum nostro speciali presidio et favore fulciri. fidelitati vestre quanto districtius possumus. mandamus quatenus eisdem inquisitoribus eorumque nuntiis exhibentes vos in huiusmodi prosequendo negotio favorabiles. propitios. benevolos et benignos et promptos ad requisitionem eorum inquisitorum ac nuntiorum aut eorum aliquo capiatis teneatis et

custodiatis quos ipsi vel ipsorum aliquis vobis dixerint capiendis cuiuscunque conditionis existant huiusmodi pravitatis respersos. quos etiam liberetis vel ipsis Inquisitoribus vel eorum alicui assignetis quotiescumque per se aut alium vos duxerint requirendos. Datum Neapoli XV octubris XIII° indictionis.

LII.

Anno 1269. 24 Novembre 13ª indizione — Napoli.

Carlo I raccomanda a' Capitani dell'Onore di Monte S. Angelo, di Terra di Bari e di Terra d'Otranto, Maestro Onorato macchinista militare di Luigi re di Francia suo fratello, il quale viene in regno ad acquistare legname per costruire bellici istrumenti.

Ivi Reg. Ang. 1268. O. n. 2. fol. 90 t.

Karolus etc. Universis per Honoris Montem Sancti Angeli Capitaneis Terre Bari et Terre Ydronti etc. Cum Karissimus dominus et frater noster Ludovicus Rex Francorum Illustris intendat in brevi in Terre Sancte subsidium transfretare et iam magistrum honoratum carpentarium suum latorem presentium ad partes istas transmiserit pro machinis et instrumentis aliis bellicis faciendis. Volumus et fidelitati vestre districte precipiendo mandamus quatenus omnes silvas illarum partium exponentes ipsi Magistro honorato libere et lignamina in eis prout voluerit cedere permittentes eidem detis etiam in hiis consilium auxilium continuum. Nos enim penas et banna que dictus Magister honoratus vobis propter hoc imposuerit exigi per Iustitiarium Regionis si a vobis contempta fuerint integraliter faciemus. Datum Neapoli XXIIII Novembris XIII° Indictionis.

LIII.

Anno 1269. 8 Decembre 13ª indizione — Napoli.

Carlo I di Angiò fa salvacondotto e lettere commendatizie pel Padre domenicano Fra Troiano inquisitore del Regno di Sicilia contro gli eretici.

Ivi Reg. Ang. 1269. D. n. 6. fol. 174 t.

Karolus etc. Universis iusticiariis baiulis magistris Juratis aliisque officialibus ac ceteris per regnum Sycilie constitutis etc. Cum frater Troianus ordinis fratrum predicatorum inquisitor heretice pravitatis in regno Sycilie a sede apostolica deputatus sit per Regnum ipsum accessurus ad predicatum sibi commissum Officium exercendum

fidelitati vestre etc. (1) quatenus eidem inquisitori pro se et sociis et familiaribus suis de securo conductu cum ab eo fueritis requisiti libenter et liberaliter providere curetis. Ita quod hoc dei negotium sine impedimento aliquo exequatur. Datum Neapoli VIII Decembris XIII indictionis.

LIV.

Anno 1269. 10 Decembre 13ª indizione — Napoli.

Ordine di Carlo I a Rainaldo di Spinallo per fare pagare 50 once di oro a Guillotto Pavone dal comune di Alba, per l'armatura e le robe da costui perdute nella battaglia di Alba contro Corradino.

Ivi Reg. Ang. 1269. D. n. 6. fol. 135.

Karolus etc. Raynaldo de Spinallo etc. Cum tempore belli cum quondam Corradino habiti ante albam homines Castri albe arnesium (2) et res Guillotti pavonis dilecti hostiarii et familiaris nostri habuerint. et recuperatis per ipsum Guillottum usque ad summam. XXV. uncias auri super predictis bonis constet nobis residuum bonorum ipsorum valuisse auri uncias L. pro quorum restitutione Justitiario Aprutii fideli nostro ad presens nostre littere diriguntur. Volumus et fidelitati tue firmiter et districte precipiendo mandamus quatenus circa restitutionem predictam. L. unciarum auri et satisfactionem omnimodam faciendam eidem Guillotto pavono quam per predictum Iustitiarium sibi fieri mandamus homines albe prout expedire videbitur compellendo. sic sollicitus et studiosus existas. quod exinde integra restitutio sibi fiat. nullam in hoc adhibendo negligentiam seu defectum. sicut nostram gratiam caram habes. Datum Neapoli X decembris. XIII Indictionis.

LV.

Anno 1269. 10 Decembre 13ª indizione — Napoli.

Lo stesso ordine spedisce re Carlo al comune di Alba ed al giustiziero di Abruzzo.

Ivi Reg. Ang. 1269. D. n. 6. fol. 135.

Karolus etc. Universis hominibus albe etc. Cum tempore belli cum quondam Conradino habiti ante albam arnesium et res Guillotti pavonis dilecti hostiarii familiaris et fidelis nostri per homines ipsius terre albe capta extituerint et recuperatis per ipsum. Guillottum a nobis usque ad summam. XXV. uncias auri super bonis predictis constet nobis residuum bonorum ipsorum valuisse auri uncias. L. Volumus et vobis nunc di-

---

(1) Precipiendo mandamus. (2) Armatura.

stricte precipiendo mandamus quatenus visis litteris et omni dilatione et occasione remotis predictas. L. uncias auri ad generale pondus regni predicto Guillotto vel eius certo nuntio integraliter exolvatis. alioquin Iustitiario Aprutii per nostras expresse damus litteras in mandatis. ut ad restituendum eidem Guillotto uncias supradictas cohercitione omnimoda vos compellat faciens vobis bona illorum qui robbariam (1) predictam fecerunt vel ad quos pervenit arnesium supradictum totaliter assignare. datum Neapoli. X. decembris. XIII Indictionis.

Item similes facte sunt Iustitiario Aprutii pro eodem Guilotto.

LVI.

Anno 1269. 13 Decembre 13ª indizione — Napoli.

Carlo I di Angiò ordina al milite Berardo di Raiano di portarsi ne' Giustizierati di Abruzzo e del Contado di Molise per arrestare i Patareni.

Ivi Reg. Ang. 1269. D. n. 6. fol. 135 t.

Karolus etc. Berardo de Raiano militi etc. Cum te ad iustitiariatum aprutii et comitatus molisii pro inveniendis et capiendis Patarenis. hereticis. ac receptatoribus et fautoribus eorum specialiter duximus destinandum fidelitati tue districte precipiendo. mandamus. quatenus. ad partes illas te personaliter conferens in inveniendis et capiendis ipsis omnem curam quam poteris et diligentiam et sollicitudinem studeas adibere. ita quod possis exinde in conspectu nostre celsitudinis commendabili merito apparere. Nos enim scribimus omnibus Officialibus nostris. ceterisque in eisdem partibus constitutis. ut super hiis celeriter exequendum dent tibi consilium et auxilium oportunum. datum neapoli. XIII° decembris. XIII° indictionis.

LVII.

Anno 1269. 13 Decembre 13ª indizione — Napoli.

Carlo I di Angiò partecipa alle autorità di Abruzzo e del Contado di Molise la missione del milite Berardo di Raiano, ordinando loro di prestargli consiglio ed aiuto.

Ivi Reg. Ang. 1269. D. n. 6. fol. 135 t.

Karolus etc. Iustitiariis. Secretis. Castellanis. Baiulis. Iudicibus. Magistris Iuratis aliisque Officialibus. nec non Comitibus. Baronibus. Militibus. Universitatibus. Civitatum. Castrorum aliorumque locorum in Aprutio et Comitatu Molisii. constitutis fidelibus suis etc. Cum nos Berardum de Raiano militem dilectum fidelem nostrum ad

(1) Ruberia, Furto.

capiendum patarenos. hereticos. receptatores et fautores eorum. in aprutio et Comitatu Molisii. duxerimus specialiter destinandum, fidelitati vestre districte precipiendo mandamus. quatenus in inveniendis et capiendis ipsis eidem Berardo detis omne quod poteritis. auxilium consilium et favorem ita quod fidelitas et solicitudo vestra. possit exinde in conspectu nostri culminis commendari. datum. neapoli. XIII° Decembris XIII indictionis.

LVIII.

Anno 1270. 19 Febbraio 13ª indizione.

Carlo I di Angiò ordina carcerarsi due eretici.

Ivi Reg. Ang. 1269. C. n. 5. fol. CCXXIV t.

Scriptum est universis vicariis. capitaneis. iusticiariis. castellanis. magistris iuratis. iuratis. baiulis. iudicibus. viarum et terrarum custodibus. et aliis officialibus quibuscumque. ut ad requisitionem iudicis Renaldi de Rocca maganorfi deputati ex parte fratris Troiani. inquisitoris hereticorum Joannem de Vittore et Vigorosum seu Francum hereticos consolatos capiant. et ipsos ad eumdem fratrem Troianum sub fide custodia transmittant. Datum XIX februarii. XIII indictionis.

LIX.

Anno 1270. 22 Febbraio 13ª indizione — Capua.

Carlo I di Angiò ordina a tutti i Giustizieri della parte continentale del regno di mandare alla Regia Camera il notamento di tutti gli uffiziali governativi di qualunque grado, dal tempo della sua venuta in Regno, fino a questo giorno.

Ivi Reg. Ang. 1269. C. n. 5. fol. 75-76 t.

Karolus etc. Scriptum est eidem Justitiario Terre Bari etc fidelitati tue sub pena persone ac bonorum tuorum omnium firmiter et districte precipimus quatenus statim receptis presentibus cuiuslibet tarditatis et difficultatis occasione sublata per te ipsum in locis in quibus personaliter poteris. et in locis aliis totius iurisdictionis tue. in quibus presens esse nequiveris per Judicem tuum et aliquos familiares tuos. cautos et fideles de quibus non minus quam de te ipso confidas. sicut persone periculum bonorum tuorum omnium publicationem desideras evitare. per totam iurisdictionem eandem cum omni studio et cautela fideliter et diligenter inquiras et inquiri facias de nominibus et cognominibus singulorum officialium et quolibet commissariorum statutorum in terris et locis singulis iurisdictionis eiusdem temporis felicis dominii nostri. tam per subscriptos olim Justitiarios quam secretos. syclarios. magistros massarios. magistros tarsianatuum. ma-

gistros aratiarum. et magistros defensarum. iurisdictionis eiusdem ac per quoscumque alios pro parte curie nostre. utpote per Justitiarios de nominibus cognominibus magistrorum iuratorum. taxatorum et collectorum tam pecunie generalium subventionum quam promissionum augustalium etiam pro focularibus et exactionum quorumlibet. nec non statutorum super indicendo exercitu. adaotione pheodatariorum. numero focularium nominibus insuper et cognominibus Judicum. notariorum eorum tam in camera quam in actis statutorum super generalibus inquisitionibus faciendis missione fodri. recolligendis promissionibus iudicum notariorum et advocatorum qui fuerunt infra predictum tempus in iurisdictione ipsa per curie ordinationem et statutorum omnium super quibuscumque aliis officiis servitiis et negotiis curie exequendis. Statutorum vero per Secretos videlicet. de nominibus et cognominibus secretorum et procuratorum statutorum sub eis portulanorum et subofficialium singulorum eorumdem Secretorum quos ad credentiam super procurandis aliquibus bonis curie statuerunt et iudicum ac notariorum quos in eorum officiis habuerint. Statutorum vero per magistros siclarios. videlicet de nominibus et cognominibus distributorum monete denariorum. nec non sindicorum Universitatum statutorum super recipienda et distribuenda particulariter moneta ipsa et recolligendo pretio ipsius ac illorum etiam qui missi fuerint pro cambio ipsius monete et super emendis. argento. ere et bubanalia pro eadem sycla et rebus aliis necessariis in sycla ipsa. De statutis insuper super proba auri et argenti eiusdem sycle. Ac in quibuscumque aliis negotiis et servitiis tangentibus ipsam syclam. Statutorum vero per magistros massarios. videlicet de nominibus et cognominibus submassariorum eorum quos in singulis massariis commissionis ipsorum sub eorum magistratibus statuerint necnon curatulorum quos ordinarint. tam super custodia animalium quam seminum. et super recollectione camporum. et super quibuscumque aliis negotiis servitiis massariarum ipsarum. Statutorum vero per magistros tarsianatuum. videlicet de nominibus et cognominibus statutorum sub eis in custodia tarsianatuum singularum terrarum reparationibus Vassellorum. et ordinatorum etiam super emendis corredis et afisis seu quibuscumque aliis rebus pro munitionibus vasellorum ipsorum et prothontinorum ac comitum singularum terrarum. Item de statutis per magistros aratiarum. videlicet de nominibus et cognominibus custodum deputatorum per eos super expensis et custodia animalium curie aratiarum ipsarum. ac statutorum super inquirendis et revocandis animalibus proditorum ablatis etiam tempore rebellionis de aratiis ipsis. Item de statutis per magistros defensarum. videlicet de nominibus et cognominibus singulorum forestariorum ordinatorum in defensis singulis iurisdictionis predicte. Inquiras etiam et inquiri facias modo predicto de inquisitoribus singulis per cursum predicti temporis tam super inquirendis bonis proditorum. quam servitiis aliis quibuscumque. et de statutis et super construendis et reparandis teridis et vasellis curie necnon de expensoribus pecunie. pro constructionibus et reparationibus ipsis et credentiis eorumdem. Nec omictas etiam inquirere in quibus locis singuli predictorum fuerunt in dictis officiis deputati per quod etiam tempore in eisdem officiis ipsorum singuli duraverint. Unde sunt ac ubi etiam poterunt inveniri. Que omnia et singula cum nominibus et cognominibus. tam magistrorum iuratorum. quam taxatorum. collectorum. executorum et officialium quorumlibet. statutorum per te tempore tui officii districte particulariter et seriatim. sub sigillo tuo camere et magistris rationalibus magne curie nostre debeas intimare. Cautus extis quod nullus eorum et omnium predictorum occasione pretii vel amoris aut modo quolibet omictatur. et ne alicuius quam quod inde scripseris valeat de premissis alio unquam tempore inveniri. et ne executioni presentis mandati nostri commictas negligentiam vel defectum quod si secus feceris in predictam tuam penam gravissimam tibi senties inferendam. nomina autem predictorum precessorum tuorum. necnon secretorum magistrorum siclariorum. magistrorum

massariorum. et magistrorum tarsionatuum. et magistrorum aratiarum. et magistrorum defensarum sunt hec. videlicet. Pandulphus de Fasanella. Raymundus Cybala. Guillelmus de Setenis. Justitiarii. Item Sergius Bos. Nicolaus Freza. et Matheus Ruffulus secreti et magistri portulani. Item Calmarinus de Grifo similiter magister portulanus. Thomasius Rogerius de Tanscedo de Fogia magister massarius. Item Johannes de Conzis magister defensarum. Item Vinctiguerra de monte ade et socius magistri similiter earumdem defensarum. Item Marcellus et Nicolaus de Maiorano Magistri Aranarum. de reliquis vero predicto modo cum diligentia inquiratur et inquiras nichilominus de nominibus et cognominibus statutorum super reparatione castrorum et forma predicta que omnia similiter intimare procures cum nominibus executorum statutorum predicto tempore super generalibus subventionibus promissionibus et exactionibus quibuscumque per te similiter inquirendis et intimandis in forma predicta. Sicut autem inquisitionem in quolibet loco vel terra perfeceris. de nominibus officialium predictorum ad cameram et Magistros Rationales predictos transmictas. non expectato quod inquisitionem omnium locorum et terrarum Jurisdictionis tue ad predictos Cameram et Magistros Rationales similiter et semel transmictas. Datum Capue. XXII° Februarii. XIII° Indictionis.

Similes facte sunt Justitiario Principatus et Terre Beneventane. per totum. usque ad nomina autem predictorum predecessorum tuorum nec non Magistrorum Secretorum Magistrorum Siclariorum. Magistrorum Massariarum. Magistrorum Tarsianatuum. Magistrorum Aratiarum et Magistrorum Defensarum sunt hec. Videlicet Bernardus de Alammanono. Fulco de Podio Riccardi Gualterius de Collepetro. et Gaselmettus de Tarascotio. Justitiarii. Leo Castaldus. Johannes de Maffleto. et Angelus Bisaunt. Secreti. Petrus Chaulus Magister Portulanus. et magister Procurator. et Dyonisius de Malfia Magister procurator. Item Johannes de Conciis Magister Defensarum. et Guillelmus Pilatus. Judex Stephanus Macza. et Thomasius de Amalfia Magistri Tarsianatus. de reliquis vero etc. Datum Capue XXII° februarii. XIII° indictionis.

Similes facte sunt Justitiario Calabrie. Nomina autem precessorum tuorum etc. sunt hec. Typaldus de Tyliaco. Barratius de Barratio. Johannes de Brayda. et Pontius de Blancoforte Justitiarii. Item Johannes Curiale. Bartholomeus Acconzaioco. Nicolaus Turiono. et Magister Bernardus Secreti. Item Johannes de Conzia magister defensarum de Reliquis etc. Datum Capue XXII° Februarii. XIII° indictionis.

Similes littere facte sunt Justitiario Aprutii. nomina autem precessorum tuorum sunt hec videlicet . . . . . de Collemedio Thomas de Monte fusculo. Landulphus de Franco de Capua et Bartholomeus de Surreto. et Guillelmus de Sancto Juliano Justitiarii. Item Leo Castaldus. Johannes de Mafleto. Petrus Challus. Angelus de Bisanchio. Dionisius de Amalfia. Secreti et Magistri procuratores. Item Johannes de Conchiis. Guerrerius de Monte Ade. et Socius Magistri defensarum. Item Guillelmus Pilatus. Judex Stephanus Macza de Salerno. et Thomas Judice Andreas de Judice Riccardo de Amalfia. Magistri tarsianatuum. De Reliquis vero etc. Datum Capue XXII° Februarii. XIII° indictionis.

Similes littere facte sunt Justitiario Terre Laboris et Comitatus Molisii. Nomina autem precessorum tuorum sunt hec videlicet. Robertus de Lavena iuris civilis professor dilectus familiaris et fidelis noster. Radulphus de Fagello. Egidius de Veniaco et Bonifacius de Galberto Justitiarii. Leo Castaldus. Johannes de Mafleto. Angelus de Bisanctio Secreti. Petrus Chaula magister portulanus et magister procurator. et Dionisius de Amalfia magister procurator. Item Johannes de Conchiis magister defensarum. et Guillelmus Pilatus. Judex Stephanus Macza et Thomas de Amalfia Magistri tarsianatuum. De reliquis vero etc. Datum Capue. XXII° Februarii. XIII° Indictionis.

Similes littere facte sunt Justitiario Vallis Grate. et Terre Jordane. et nomina autem

precessorum sunt hec. videlicet. Bertranus de Missone et Matheus de Fasanella Justitiarii. Item Johannes de Curiale. Bartholomeus Acconzaiocus. Nicolaus Turiono. et Magister Bernardus de Albemallia Secreti. Johannes de Conchiis Magister defensarum. De reliquis vero etc. Datum, Capue. XXIII° Februarii. XIII° Indictionis.

Similes littere facte sunt Justitiario Capitanate. Nomina autem precessorum suorum sunt hec. videlicet Jacobus Cantelmus. Guillelmus de Mediobladi. Raymundus Ysardus Justitiarii. Sergius Bos. Nicolaus Flexa et Matheus Ruffulus Secreti. et Magistri Portulani. Item Garmainus de Grifo magister portulanus. Judex Bartholomeus de Percina. et Gaufridus Xanssus. Magistri Massarii. Item Johannes de Conchiis. Vinchiguerra de Monte Ade et socius Magistri defensarum. Item Marcellus et Nicolaus de Maiorano Magistri Aratiarum. De reliquis vero etc. Datum Capue XXII° Februarii. XIII° Indictionis.

Similes littere facte sunt Justitiario Terre Ydronti. Nomina autem precessorum tuorum sunt hec. videlicet. Tancredus de Scarlino. Speronus de Retter et Gualterius de Someroso Justitiarii. Item Sergius Bos. Nicolaus Flexa et Matheus Ruffulus Secreti et Magistri Portulani. Item Carmanius de Grifo Magister portulanus. Item Philippus de Conziis Magister defensarum. Item Leo Scalensis et Matheus de Abalardo Magister Massarius. De reliquis vero etc. Datum Capue XXII° Februarii XIII° Indictionis

Similes facte sunt Justitiario Basilicate. Nomina autem precessorum olim Justitiariorum Magistrorum Siclariorum. Magistrorum Massariorum. Magistrorum Tharsianatuum. aratiarum, et defensarum. hec sunt. videlicet Ferrectus Sparrononus. de Bies Guillelmus de Landera. Raynaldus de Birenga et Johannes de Montefusculo Justitiarii. Item Sergius Bos. Nicolaus Frecza et Matheus Rufulus Secreti. Magistri Portulani Item Carmaynus de Grifo Magister Portulanus Thomas Rogerius de Tangredo de Fogia magister massarius. Item Johannes de Conzis magister defensarum. Item Vinciguerra de Monte Ade et socius magistri similiter eorumdem defensarum. Item Marcellus et Nicolaus de Maiorano Magistri aratiarum. De reliquis vero predicto modo etc. Datum ut supra.

LX.

Anno 1270. 12 Marzo 13ª indizione — Capua.

Orlando di Capua ricorre a Carlo di Angiò per alcune botteghe, uno orticello ed un bagno in Castellammare di Stabia, che teneva in pegno da Corrado già Conte di Caserta, e che erangli stati tolti dal Secreto di Terra di Lavoro e re Carlo ordina esaminarsi l'affare e se vero l'esposto, si restituiscano all'Orlando quelli immobili.

Ivi Reg. Ang. 1269. C. n. 5. fol. 129.

Scriptum est eidem (1). ex parte Orlandi de Capua fidelis nostri fuit expositum coram nobis quod cum Conradus olim Comes Casertanus. cum consensu et auctoritate Siffridine Avie et curatus eiusdem ypothecaverit et nomine pignoris obligarit quasdam apothecas cum orticello et quodam balneum sita in portu Castris Maris eiusque di-

(1) Al Secreto di Principato di Terra di Lavoro e di Abruzzo.

strictu eo videlicet tempore quo dictus Corradus in nostra fidelitate manebat. eidem Orlando pro certa pecunie quantitate prout in instrumento inde confecto plenius continetur. illamque pecuniam eidem Corrado per integraliter persolvisse eum et Dionisius Richardi Judicis bona illa eo pretextu quod ea dictus Corradus alioquin tenuit et possedit non attento quod illa sibi sunt taliter obligata ad opus nostre Curie occupati in eius preiudicium et gravamen. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus procures viro utique ydoneo et fideli qui iura Curie nostre fideliter tueatur et super huiusmodi negotio constituto. adhibitoque sibi aliquo iurisperito qui de iure ipsius Curie doceat. ac vocatis qui fuerint evocandi de premissis diligenter inquiras. et si rem inveneris ita esse huiusmodi bona eidem Orlando restituas et restitui facias ac etiam resignari. tenenda per eum donec de predicto mutuo sibi fuerit satisfactum. Iure nostro in omnibus semper salvo. Datum Capue. XII° Martii. XIII° Indictionis.

LXI.

Anno 1270. 20 Marzo 13ª indizione — Capua.

Re Carlo I di Angiò scioglie Niccola del Giudice dall' obbligo di fideiussore assunto per Elia di Capua, in compenso della rinunzia che sua moglie e le sorelle di sua moglie aveano fatta a qualunque diritto che loro competesse su' beni di Pietro della Vigna.

Ivi Reg. Ang. 1269. C. n. 5. fol. olim XXV. ora 24

Scriptum est eidem Justitiario (1). Exhibita Magestati nostre Nicholai de Judice fidelis nostri petitio continebat quod licet ipse pro Elia de Capua penes nostram curiam in quingentis auri uncis cum quibusdam aliis fideiussoribus Capuanis. Nos tamen de speciali gratia et benignitate solita et pro eo quod uxor (2) supradicti Nicholai cessit. nobis omne Jus. omnemque actionem competentia ei quod habebat in bonis quondam Magistri Petri de Vinea et induxit alias sorores suas ad similem cessionem. Remissus eidem Nicholao de Judice totam quantitatem pecunie in qua occasione fideiussionis predicte nostre curie tenebatur. licet in licteris nostris quondam Guillelmo de modiobladi tunc Regni Sicilie Magistro Justitiario de conscientia nostra confectis plenius dicitur contineri. Cumque occasione mandatorum nostrorum que ad vos pro exigenda predicta quantitate quingentarum unciarum auri ab aliis fideiussoribus diriguntur se asserat contra tenorem dictarum licterarum nostrarum et prefati Magistri Justitiarii indebite molestari. Magestati nostre humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc de beni-

(1) Terre Laboris et Comitatus Molisii

(2) Questa moglie di Niccola del Giudice forse sarà una delle figliuole di Mattia, figliuola di Andrea di Capua, maritata a Niccola figliuolo di Elia di Capua. Vedi il diploma qui innanzi al n. XLIX; e poichè parte de' beni di Pietro della Vigna fu dal pontefice Innocenzo IV nel giorno 13 di settembre dell'anno 1254 donata al detto Andrea di Capua, e propriamente la casa e le possessioni che Pietro della Vigna avea fuori la città di Capua presso la chiesa di S. Francesco, così ora re Carlo fa cedere i diritti dalla moglie di Niccola del Giudice e dalle altre sue sorelle, le quali nella qualità di aventi causa del detto Andrea di Capua, avrebbero potuto vantare diritti sopra que' beni. Vedi la mia opera *De' Grandi Uffiziali del Regno di Sicilia dal 1265 al 1285*. Napoli 1872 in 8° a p. 137

gnitate Regia dignaremur. Nos igitur ipsius supplicationibus inclinati fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus contra tenorem nostrarum licterarum et dicti Guillelmi de modiobladi eidem in remissione ipsa factarum ipsum non molestetis ulterius. nec paciamini ab aliis molestari. Datum Capue XX° Marcii XIII° Indictionis Regni nostri anno V°.

LXII.

Anno 1270. 9 Aprile 13ª indizione — Napoli.

Carlo di Angiò ordina pagarsi le spese del viaggio al domenicano Fra Matteo di Castellammare, che in qualità d'inquisitore contro gli eretici percorre le province di Calabria, di Valle del Crati e di Terra Giordana.

Ivi Reg. Ang. 1271. C. n. 11. fol. 40.

Secretis Calabrie scriptum est fidelitati vestre etc. quatenus de pecunia curie nostre que est etc. fratri matheo de castellomaris de ordine predicatorum inquisitori heretice pravitatis in iustitiariatu Calabrie et Vallisgrate et terre iordane a sancta romana ecclesia constituto vel eius suprascripto nuntio ad requisitionem suam expensas suas et unius alterius fratris socii sui et unius notarii trium aliarum personarum et equorum suorum pro tempore preterito numerando videlicet a die quo mandatum nostrum de dandis sibi expensis recepistis usque ad presentem mensem Aprilis presentis XIII indictionis. ad rationem de augustali uno pro quolibet die ponderis generalis sine difficultate qualibet. sub pena dupli ipsius quantitatis pecunie exibere debeatis deducta quantitate quam ipsi proinde assignastis. volumus etiam et mandamus quatenus pro ipsis expensis suis unius alterius fratris socii sui unius notarii trium aliarum personarum et equorum suorum ut dictum est pro mensibus aprilis videlicet presentis et sequentium madii iunii et iulii eiusdem indictionis qui habent dies C. XXIII ad rationem de augustali uno pro quolibet ipsorum dierum uncias auri XXX. tarenos XXII et grana decem eiusdem ponderis generalis sine difficultate sub predicta pena receptis presentibus tribuere debeatis non obstante aliquo mandato nostro etc. De hiis vero que proinde exhibueritis recipiatis ydoneam apodixam caventes ne defectu expensarum huiusmodi tam pium et laudabile negotium quod per ministerium eiusdem fratris geritur impediri valeat vel differri quod preter indignationem nostri culminis quam propterea in exhibendis eisdem expensis moram aliquam commiseritis vel defectum incurretis penam dupli ipsius quantitatis pecunie de nostro proprio exigi nostra curia proculdubio demandabit Data Neapoli VIIII Aprilis XIII indictionis.

LXIII.

Anno 1270. 17 Aprile 13ª indizione — Napoli.

Carlo di Angiò manda il milite Filippo de Ruffiaco ad incontrare l'imperadore di Costantinopoli Balduino.

Ivi Reg. Ang. 1271. C. n. 11. fol. 57t.

Justitiariis. Secretis. Vicesecretis. Baiulis. Judicibus. Magistris Juratis. et ceteris officialibus per terram laboris et apprucium constitutis. fidelibus suis. etc. Cum philippum de Ruffiaco militem et familiarem nostrum. ad conducendum Magnificum Principem. dominum. B. Imperatorem Constantinopolitanum illustrem Karissimum Consanguineum nostrum specialiter destinamus. fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem dicti philippi. pecuniam. equitaturas. et alia necessaria. pro Imperatore predicto. et eius comitiva. prout idem philippus vobis mandaverit sufficienter sibi exhibere curetis. de pecunia. proxime generalis subventionis vel balistariorum. aut quacumque alia Curie nostre pecunia que est vel erit per manus vestras. Non obstante etc. et recipiatis ab ipso etc. facturi nichilominus dictum Imperatorem sic honorifice ab omnibus recipi et tractari. quod vestra diligentia exinde in nostro conspectu merito commendetur. et attentius provisuri ne aliquam adhibeatis in hoc negligentiam vel defectum sicut indignationem nostram cupitis evitare. Datum Neapoli. XVII Aprilis XIII. Indictionis.

LXIV.

Anno 1270. 20 Maggio 13ª indizione — Napoli.

Re Carlo ordina pagarsi le spese del viaggio al domenicano Fra Troiano, che in qualità d' inquisitore contro gli eretici percorre le province di Terra di Lavoro di Principato e di Abruzzo.

Ivi Reg. Ang. 1269. D. n. 6. fol. 35.

Scriptum est eisdem (1) cupientes ansie ut negotium catholice fidei iugi profectu quibuslibet impedimentis ammotis fortiter convalescat et deo auctore de bono semper in melius procedat. Fundicariis et doaneriis fundici et doane Neapolis in anno quintedecime indictionis primo future ad cabellam seu ad credentiam statuendis firmiter et districte precipiendo mandamus ut de pecunia que curie nostre seu secretis principatus terre laboris et Aprutii presentibus vel futuris de proventibus fundici et doane Neapolis persolvenda erit ab eis fratri Troiano ordinis fratrum predicatorum inquisitori heretice pravitatis in iustitiariatu principatus terre laboris et Aprutii a sancta Romana ecclesia constituto vel eius certo nuncio ad requisitionem suam pro expensis suis et unius alterius fratris socii sui et unius notarii trium aliarum personarum et equorum

(1) Justitiario et Erario Terre Laboris et Comitatus Molisii.

suorum pro mensibus septembris octobris novembris decembris ianuarii et februarii primo future quartedecime indictionis. qui habent dies centum octoginta et unum. ad rationem de Augustale uno pro quolibet ipsorum dierum uncias auri quadraginta quinque. tarenos septem et grana decem ponderis generalis sine difficultate qualibet sub pena dupli ipsius quantitatis pecunie. in principio videlicet dicti mensis septembris. debeant exhibere. non obstante aliquo alio mandato nostro vel secretorum eorumdem huic contrario per quod executio presentis mandati nostri impediri possit vel etiam retardari. de hiis vero que proinde exhibuerint recipiant ydoneam apodixam. caventes ne defectu expensarum huiusmodi tam pium et laudabile negotium quod per ministerium eiusdem fratris geritur impediri valeat vel differri quia preter indignationem nostri culminis quam propterea si in exhibendis eisdem expensis moram aliquam commiserint vel defectum incurrent penam dupli ipsius quantitatis pecunie de proprio eorum exigi proculdubio nostra curia demandabit. Verum quia posset contingere quod iidem fundicarii et doanerii huiusmodi expensas iuxta eiusdem mandati nostri tenorem fratri Troiano non solverent memorato. quod nos plurimum molestaret. fidelitati tue sub pena gratie nostre firmiter et districte precipiendo mandamus quatenus fundicarios et doanerios celsitudinis nostre auctoritate compellas eosdem ut de predictis unciis tarenis et granis iuxta mandati nostri predicti tenorem fratri Troiano satisfaciant pro libito. quod si in hoc negligentiam vel aliquam commiserint tarditatem penam dupli ipsius quantitatis pecunie de bonis propriis fundicariorum et doaneriorum ipsorum ad opus curie nostre exigere aliquatenus non ommittas. sic sollicite ac fideliter in huiusmodi commissione te gerens quod zelum fidei habere preberis et indignationem nostri culminis non incurras. Alioquin contra te graviter procedemus ut pena docente discas quam temerarius sit nostris non parere mandatis et circa premissa negligentiam committere vel moram. Datum Neapoli XX° madii — (XIII° Indictionis).

LXV.

Anno 1270. 6 Giugno 13ª indizione — Napoli.

Carlo di Angiò ordina al Giustiziero di Terra di Lavoro di fare eseguire la sentenza pronunziata dalla Gran Corte contro Tommaso d'Aquino Conte di Acerra pel pagamento di 5 once di oro annue all'ospedale di S. Gio. di Gerusalemme in Capua.

Ivi Reg. Ang. 1269. D. n. 6. fol. 42.

Scriptum est Justitiariis Terre Laboris tam presentibus quam futuris. Ex parte fratris Margariti procuratoris Syndici. seu auctoris hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in Capua. fuit expositum etc. quod dum Drivo de Regibayo etc. una cum magistris Martino de Reate et Guillelmo Scillato magne curie nostre iudicibus olim apud Capuam curiam regeret contra iudicem Albertum de Nusco procuratorem Nobilis viri Thome Aquini et Acerrarum Comitis libellum obtulit in hec verba. proponit frater Margaritus procurator Syndicus seu actor domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in Capua quod constat nomine et pro parte ipsius hospitalis contra Iudicem Albertum de Nusco procuratorem Nobilis viri domini. Thome Aquini. et Acerrarum

Comitis ab eodem legitime constitutum de quo constat dicens quod predictus dominus Comes Thomas retinens in memoriam multiplicium gratiarum beneficia que predecessoribus suis sacre domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani largitas contulit caritatis et specialiter domino Thomasio Comiti bone memorie avo suo et patri suo in Hungaria dum pro legatione quondam imperatoris Federici moram traxit et intuitu confraternitatis quibus sepedicte domui se astrinxit et in culpe remissionem si quam contra ipsam domum hospitalis contraxit et inde remedium animarum predecessorum suorum et sue. de baiulia terre sue mariliani percipiendas concessit et se sollempniter obligavit ipsi domui hospitalis in perpetuum annuatim uncias auri V. in Nativitate domini persolvendas et quia dictus Comes in solutione dictarum unciarum auri V. cessavit anno preterito XII. Indictionis et idem dominus Comes requisitus pro parte dicti hospitalis ipsas uncias eidem domui hospitalis solvere non curavit petit idem frater Margaritus condempnari sibi nomine et pro parte dicti hospitalis dictum Judicem Albertum procuratorem dicti Comitis nomine ipsius Comitis et ipsum Comitem ad prestationem et solutionem V. predictarum unciarum auri pro anno preterito XII. Indictionis in quo cessavit solvere uncias predictas et annis singulis in predicto festo de cetero et in perpetuum eidem domui hospitalis faciendam et persolvendam de baiulia terre sue Mareliani secundum concessionem et obligationem quam fecit dicto hospitali de ipsis uncis solvendis in baiulia Mareliani prout superius dictum est salvo iure etc. predictus vero Judex Albertus litem contestando dixit se ignorare proposita in libello salvis omnibus rationibus et defensionibus suis lite itaque legitime contestata sacramento calupnie a partibus prestito dato utrique parti peremptorio termino ad probandum et ad curiam veniendi ac per eumdem fratrem M. quibusdam instrumentis exhibitis et data copia ex eis Iudici Alberto predicte Curie tandem se Neapoli conferente ubi dictus D. una cum Magistris Martino de Reate et Guillelmo Scillato predictis nec non et magistro Bartholomeo Bonelli eiusdem Magne Curie nostre Judice curiam regebat. renuntiatum extitit et conclusum ad sententiam disputationum premissa. Dryvo vero et Judices supradicti totius cause meritis diligenter inscriptis et plene discussis habito quoque super premissis omnibus cum nonnullis Comitibus baronibus. et aliis iurisperitis consilio diligenti quia de intentione predicti fratris M. tam per dicta instrumenta quam per confessionem eiusdem Comitis invenerunt plene fore probatum de consilio et commissione ipsorum Comitum et baronum predictum Judicem Al: procuratorem eiusdem Comitis Acerrarum ipsius Comitis ac ipsum Comitem ad prestationem et solutionem predictarum V. unciarum auri pro anno preterito XII Indictionis et annis singulis in prefato festo Nativitatis domini de cetero in perpetuum eidem domui hospitalis faciendam et persolvendam de baiulia terre sue Mareliani prout in predicto libello narratum est et propositum sententialiter condampnarunt in scriptis sententiam proferentes prout in instrumento puplico confecto exinde et predictorum Judicum signato subscriptionibus plenius continetur. Quare frater M. prefatus nobis humiliter supplicavit ut condempnationem et sententiam predictas mandari executioni debite de B. R. faceremus. Quocirca fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus sententiam predictam executioni debite demandare curetis Comitem predictum ac eius heredes et successores quod dictas V. uncias auri pro anno preterite XII Indictionis et annis singulis decetero in perpetuum in festo Nativitatis domini eidem domui hospitalis iuxta ipsius sententie tenorem cum integritate persolvat. Omni districtione quam expedire videris compellendo. Datum Neapoli per manus Venerabilis Viri magistri Gaufridi de Bellomonte baiocensis et Regni Sicilie Cancellarii VI. Junii XIII. Indictionis.

LXVI.

Anno 1270. 13 Giugno 13ª indizione — Napoli.

Carlo di Angiò annulla tutte le donazioni, locazioni e concessioni fatte dall'imperadore Federico 2º dopo la sua deposizione e da' suoi figliuoli Corrado e Manfredi e loro uffiziali, eccettuatene quelle confermate da lui.

Ivi Reg. Ang. 1271. C. n. 11. fol. 41.

Scriptum est eidem Secreto (1). Cum velimus ut omnes donationes, concessiones et locationes facte per quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem postquam in Lugdunensi concilio sententiam depositionis excepit Corradum. Manfridum natos eius et officiales eorum nec non facte per te seu per quoscumque alios officiales nostros ad manus nostre Curie revocari fideliter et expresse precipimus. quatenus de hiis diligenter inquires quascumque donationes concessiones et locationes factas inveneris per predictum Fredericum post depositionem suam Corradum Manfridum natos eius et officiales eorum nec non per te seu quoscumque alios officiales nostros illas ad ius et proprietatem nostre Curie protinus revocare procures nisi forte sint per nostram excellentiam confirmate de illis vero quas te revocare contingerit facias exinde fieri tria puplica consimilia instrumenta continentia annuum redditum et valorem nomina et cognomina illorum a quibus ipsa revocaveris quorum uno penes te retento alio ad Magistros Rationales Magne nostre Curie et tertium ad nostram Cameram transmittatur. Datum Neapoli XIII Junii tertie decime indictionis.

LXVII.

Anno 1270. 20 Giugno 13ª indizione — Napoli.

Re Carlo di Angiò ordina al suo Vicario in Roma di impossessarsi delle case *Alperinorum* e tenerle fino a nuovo ordine, per potersi comporre le dissensioni tra gli Annibaldeschi e gli Orsini.

Ivi Reg. Ang. 1269. D. n. 6. fol. 101 t.

Scriptum est eidem etc. (2). Cum super domibus Alperinorum nuper inter Anibaldenses et Ursinos questio sit exorta et dubitetur inde scandalum generari. Nos volentes huiusmodi scandalo sicut convenit obviare fidelitati tue precipiendo districte mandamus quatenus domos ipsas ad manus tuas recipias et retineas donec huiusmodi negotium coram nobis fuerit examinatum. nec decetero permittas aliquem emere domos in Urbe de quibus in populo vel inter partes scandalum timeretur absque nostro speciali beneplacito et mandato. Datum Neapoli XX. Junii XIII. Indictionis.

---

(1) Di Calabria. (2) Maestro Ugo de Bisunce Camerario di Roma.

LXVIII.

Anno 1270. 12 Novembre 14ª indizione — Nel campo contro Cartagine.

In questo giorno Pietro Farinelli regio tesoriere di re Carlo I riceve da Filippo re di Francia 10 mila once di oro a compimento di 13 mila, avendo esso re Filippo ritenute le mancanti 3 mila once, che avea mutuate precedentemente allo stesso re Carlo. Queste 13 mila once fanno parte delle 105 mila once di oro pagate dal re di Tunisi per la pace trattata con l'esercito cristiano.

Ivi Reg. Ang. 1269. D. n. 6. fol. 155 t

Notum facimus universis. quod die mercurii. XII° presentis mensis novembris. presentis indictionis (1). in castris prope Cartaginem. Camera nostra recepit per manus Petri Farinelli etc. a Magnifico Principe domino. Philippo Rege Francie etc. de centum quinque milibus uncis auri receptis per eum a Rege Tunisii pro concordia inter christianum exercitum et dictum Regem Tunisii nuper contracta in dupplicibus de miro uncias auri tredecim milia. computatis in dictis tredecim milibus uncis auri. tribus milibus unciis quas maiestati nostre in Castris prope Cartaginem per manus dicti Petri idem dominus mutuavit. pro quibus eidem domino Regi quedam maiestatis nostre iocalia in pignore per manus eiusdem Petri fecimus assignari. Unde ad futuram memoriam etc. Datum ibidem XII° Novembris etc.

LXIX.

Anno 1270. 18 Novembre 14ª indizione — Nel campo contro Cartagine

Carlo I di Angiò fa salvacondotto ad Edoardo primogenito del re d'Inghilterra ed al suo seguito per tutti i suoi stati.

Ivi Reg. Ang. 1272. A. n. 13. fol. 64 t.

Karolus etc. Notum facimus quod Cum karissimus consanguineus noster Edoardus Illustris Regis Anglie primogenitus ad requisitionem nostram in societate karissimi Nepotis et domini nostri Illustris Regis Francorum et aliorum baronum crucesignatorum in Regnum nostrum Sicilie pro deliberando super facto negotii crucis se transferat damus et concedimus eidem pro se gente sua ac eorum familia plenam securitatem et securum conductum per totum Regnum nostrum et alias terras nostras tam in Regno quam extra in personis et rebus ecce promittentes bona fide quod extra Regnum vel alias terras nostras eidem Edoardo vel alicui de suis per nos vel per nostros malum aut dampnum nemo procurabitur quod a nobis valeat impediri. promittimus etiam quod quotiens idem dominus Edoardus una cum gente sua aut ipse cum gente sua aut alius de gente sua quicumque extra Regnum nostrum vel alias terras nostras ad quamcumque

(1) XIIII.

partem se transferre voluerint faciemus eos conduci salubriter quantum duraverit nostra potestas quemadmodum faciemus conduci karissimum fratrem nostrum . . (1) Comitem Pictavensem vel aliquem de nostris propinquibus parentibus vel amicis et dabimus eidem et suis nostras litteras de conductu quociens super hoc fuerimus requisiti. presentibus usque ad festum beati Johannis baptiste duraturis. Datum in Castris prope Cartaginem anno domini. M.° CC.° LXX.° XVIII° Novembris XIIII^e Indictionis. Regni nostri Anno Sexto.

LXX.

Anno 1270. 3 Decembre 14ª indizione — Trapani.

Re Carlo I scrive al Secreto di Sicilia di passare a Novellono, interprete di sua Corte, il danaro necessario pel trattamento degli ambasciadori del soldano di Babilonia, durante il tempo che soggiorneranno in quella isola.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n 10. fol. 64 t.

Scriptum est Secreto Sicilie. ut Novellono Turcimanno Curie statuto super recipiendis expensis nuntiorum Soldani Babilonie expensas pro eisdem nuntiis ad eandem rationem sicut usque modo receperunt videlicet de uncia auri una ponderis generalis per diem a primo presentis mensis decembris in antea donec in iurisdictione tua eosdem morari contigerit de pecunia curie nostre que est vel erit penes manus tuas exhibeas vel facias exhiberi. Recepturus etc. Datum Trapani. III. decembris XIIII^e Indictionis.

LXXI.

Anno 1270. 19 Decembre 14ª indizione — Palermo.

Re Carlo fa quietanza a suo nipote Filippo re di Francia per la sua quota di 35 mila once di oro sulle 105 pagate dal re di Tunisi per la pace fatta coll'esercito de' crociati. E poichè ne avea ricevute 13 mila nel giorno 12 del prossimo passato mese di novembre, 8 mila le ritiene il detto re Filippo suo nipote in soddisfazione delle 20 mila libbre di tornesi mutuategli da Luigi re di Francia fratello di esso re Carlo e padre dello stesso re Filippo, ed altre 400 once ritenute pure dal nipote predetto per la sua rata di due navi, riceve in saldo le rimanenti 13 mila e 600 once, delle quali fa quietanza.

Ivi Registro 1271. B. n. 10. fol. 199.

Karolus. etc. Notumfacimus Universis. quod Camera nostra recepit a Magnifico Principe Domino. P. (1) dei gratia Rege Francie Illustris karissimo Domino et Nepote

(1) Alfonso era il nome di questo Conte fratello di Carlo di Angiò, ma nel diploma originale manca il nome ed in vece vi sono questi due punti. (2) Philippo.

nostro per manus Petri Farinelli dilecti clerici thesaurarii et familiaris nostri de centumquinque milibus uncis auri promissis a Rege Tunisii Magnifico Principe. Regi Francorum predicto nobis ac aliis principibus et magnatibus cum eo in exercitu Tunisii commorantibus pro treugua habita inter christianum exercitum et Regem eundem pro tertia parte dicte quantitatis pecunie dicto domino Regi Francie et principibus cum eo in dicto exercitu commorantibus promisse nos contingente prout inter nos concorditer fuit conventum. trigintaquinque milibus uncis auri computatis in eis tredecim milibus uncis auri quas in duplicibus de miro ab eodem in exercitu Tunisii per manus predicti Petri Farinelli Camera nostra recepit. prout apparet per apodixam Sigillo maiestatis nostre munitam. quam super de ipsius receptione pecunie fecimus assignari computatis etiam in eisdem octo milibus uncis auri pro valore vigintimilium librarum turonensium quas idem dominus Rex dicebat Cameram nostram Sibi teneri ex mutuo facto nobis quondam per Magnificum principem Lodovicum olim Regem Francie patrem suum dominum et fratrem nostrum memorie recolende. ad quarum librarum vigintimilium solutionem eumdem verbo obligari nisi per legitimum compotum faciendum in posterum per procuratores suos et nostros docere possit nos vel procuratores nostros nomine et pro parte nostra recepisse mutuo dictam summam turonensium et nondum solutam fuisse eidem. computatis in eis etiam uncis auri quadringentis in quibus pro quotione duarum navium habita inter ipsum et nos sibi teneri nostram Cameram asserebat. de quibus inter ipsum et nos quo reservatur. ac Uncis auri tredecim milibus et Sexcentis quas Petrus Farinelli predictus per manus Petri Michaelis et Petri Barberi Thesaurariorum dicti domini Regis pro parte nostre Camere die veneris nonodecimo presentis mensis decembris presentis quartedecime Indictionis apud Panornum recepit in millarisibus ad racionem ponderis Quinquaginta grossorum turonensium in millarisibus pro Uncia. Unde ad futuram memoriam et predicti domini Regis Francie cautelam presentem apodixam Sibi exinde fieri fecimus Sigillo maiestatis nostre munitam. Datum Panormi XVIIII. Decembris XIIII^{e} Indictionis Regni nostri anno Sexto.

LXXII.

Anno 1270. 27 Decembre 14^{a} indizione — Castrogiovanni.

Re Carlo ordina al Vice Secreto di Messina di passare al notaio Ranieri Beni il danaro necessario per le spese di Maestro Sisto cancelliere di Estergam ambasciadore del re di Ungaria.

Ivi Registro Ang. 1271. B. n. 10. fol. 69.

Scriptum est Vice Secreto Messane. ut daret et assignare procuret decem vel usque ad quindecim uncias auri de pecunia Curie officii sui que est etc. Notario Raynero Beni. pro expensis Magistri Sisti Cancellarii Strigoniensis (1) nuncii Regis Ungarie et familie sue existentis in Messana. Recepturus etc. Datum in Castro Johannis XXVII^{o} decembris. XIIII^{e} Indictionis Regni nostri anno Sexto.

---

(1) L'arcivescovo di Estergam (*Strigoniense*) era legato apostolico nato, e Primate, Gran Cancelliere e Segretario del regno Ungarico; ed egli unceva e coronava i re di Ungaria.

LXXIII.

Anno 1270. 30 Decembre 14ª indizione — Taranto.

Ugo duca di Borgogna, suocero e Vicario di Carlo I di Angiò nel Regno di Sicilia, scrive ad Isolda de Molinari per indurla a sposare un suo milite per nome Sergio.

Ivi Registro Ang. 1272. A. n. 13. fol. 111.

Penultimo decembris Tarenti. Scriptum est Nobili Mulieri Ysolde de Molinaria. probitatis tue sinceritas. ac morum discretio. quam multorum fama laudabili referente intelleximus te habere nobis suadet tuam honorare personam et utilitatem tuam in eo procurare quod convenit. ac statum tuum honoribus decentibus ampliare. Cum igitur sicut intelleximus tu ad presens coniugis sis societate privata. et tam hiis quam de tua probitate multorum fidedignorum relatione audivimus quantum in hiis que de experta nobis industria circumspectione provida. et providentia circumspecta. Sergii militis nostri scimus plenarie provida meditatione pensatis nobis videtur conveniens quod tu ac idem miles debeatis ad invicem matrimonialiter copulari. Nobilitatem tuam affectuose requirimus. et ex corde rogamus. quatenus accedens provide quod nostre intentionis existit eiusdem militis ut pote facere nostre statum in quantum cum deo et honore nostro poterimus augmentare. pensans etiam quod nos exinde obligabis ad ea que ad tuum honorem pertineant et parfectum nostro intuitu ac etiam eiusdem militis probitatis obtentu matrimonium legitime contrahas cum eodem. Nos enim si tibi placet huiusmodi nostra implere precamina ex nunc tibi et eidem militi Regia autoritate qua fungimur licentiam plenam concedimus matrimonium cum rebus feudalibus et stabilibus contrahendi.

LXXIV.

Anno 1271. 14 Gennaio 14ª indizione — Messina.

Carlo I annulla tutte le donazioni, locazioni e concessioni fatte dall'imperadore Federico 2º dopo la sua deposizione, e dai suoi figliuoli Corrado e Manfredi e loro uffiziali; eccettuando però quelle da lui confermate.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 57.

Scriptum est Secreto Calabrie. Cum velimus ut omnes donationes locationes et concessiones facte per quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem post depositionem suam. Conradum et Manfridum natos eius et officiales eorum nec non facte per vos et per quoscumque alios officiales nostros ad ius et proprietatem nostre Curie revocentur. fidelitati vestre firmiter et expresse precipiendo mandamus quatenus de hiis diligentius inquirentes quascumque donationes locationes et concessiones factas inveneritis quibuscumque personis per predictum Fridericum Imperatorem post depositionem suam Conradum Manfridum natos eius et officiales eorum nec non factas per

vos seu per quoscumque alios officiales nostros ipsas ad ius et proprietatem nostre Curie protinus revocetur. nisi forte ipsas invenieritis per nostram excellentiam confirmatas de quarum revocationum annuo reditu et valore faciatis exinde fieri tria puplica consimilia instrumenta. Uno penes vos retento. aliud ad Magistros Rationales Magne Curie nostre et tertium ad nostram Cameram transmictatis. Datum Messane XIIII Januarii etc. (*XIIII.e indictionis Regni nostri anno sexto*).

LXXV.

Anno 1271. 19 Gennaio 14a indizione — Messina.

Carlo I ordina al Giustiziero di Calabria di dare consiglio e braccio forte a fra Matteo di Castellammare inquisitore contro gli eretici di quella provincia.

Ivi Reg. Ang. 1272. A. n. 13. fol. 139.

Scriptum est eidem iustitiario (1) hereticorum dogma perversum et ipsos hereticos qui tunicam domini inconsutilem suasionibus pravis atque perversis scindere non verentur extirpare totaliter cupientes fidelitati vestre sub pena gratie nostre firmiter et districte precipiendo mandamus quatenus fratri Mattheo de castromaris ordinis fratrum predicatorum inquisitori heretice pravitatis in regno sicilie auctoritate apostolica constituto ad extirpandos hereticos et heretica labe respersos ad eius requisitionem quando et quantum sibi videbitur ferventer et sollicite exhibeatis auxilium consilium et favorem eiusque sententias quas in hereticos credentes fautores defensores et receptatores eorum vel bona ipsorum tulerit sine difficultate et tarditate qualibet executioni studeatis demandare. Taliter quod mandatum nostrum in hac parte exequi procures quod zelum vere fidei habere probemini. Offensam dei et indignationem nostri culminis non incurratis scientes quod maiestatem nostram contra vos graviter provocabitis si in premissis quod absit negligentiam aliquam commiseritis sive moram et penam quam idem frater Mattheus propter hoc vobis duxerit imponendam a vobis de bonis vestris exigi nostra curia proculdubio demandabit. Datum messane XVIIII° ianuarii XIIIIe indictionis.

(1) Calabrie

LXXVI.

Anno 1271. 22 Gennaio 14ª indizione — Messina.

Carlo I scrive al Secreto di Sicilia di fare liberamente trasportare senza esigere diritto alcuno di uscita e di dogana da Messina alla Catona i cavalli di tutti que' Magnati e Nobili oltramontani ed altri, che con lui ritornano dalla spedizione contro il re di Tunisi.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 79 t.

Scriptum est eidem Secreto (1). Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus equitaturas inscriptas magnatum et nobilium ultramontanorum. ac aliorum etc. a Messana in Catonam transire farum libere et sine aliquo Jure passagii et doane permictas. a quibus propterea nihil exigas vel exigi patiaris. nam celsitudini nostre placet quod ius in directum contingens pro transitu dictarum equitaturarum tunc tui raciocinii tempore computetur. In primis videlicet equitaturas trecentas quinquaginta G. (2) comitis Flandrensis. Item equitaturas centum tredecim Roberti filii eiusdem (3). Item equitaturas quinquaginta quinque comestabuli Regni Francie. Item equitaturas nonaginta octo Comitis Gausonie. Item equitaturas quinquaginta novem Comitis Russie. Item equitaturas viginti novem Symonis de Monteforte Comitis Avellini. Item equitaturas viginti tres Roberti de Rasaciis. Item equitaturas centum triginta Imperatoris Constantinopolitani. Item equitaturas XX^ti quatuor Joannis de Melfes clerici. Item equitaturas tres Magistri Nicolai Buzelli. Item equitaturas XXV. Ade de Moryers Marescalli Regni. Item equitaturas duas Petri Quarrelli. Item equitaturas novem Judicis Guillelmi Scillati. Item equitaturas. X. Magistri Gerardi Medici. Item equitaturas XXXIIII R. (4) Comitis Lauretani. Item equitaturas XXXIIII Joannis Brittaldi. Item equitaturas XI. Archidiaconi Panormitani. Item equitaturas XVIII Magistri Alexandri. Philippi. et Belloni notariorum nostrorum. Item equitaturas XVIII Angeli de Marra. Item equitaturas XV. Ade Moriers. reductas de Catona Messanam. Item equitaturas X. decani sancti Petri. Item equitaturas X. Petri Farinelli. et equos septem Magistri Petri de Baione preterea celsitudini nostre placet ut ius contingens pro exhoneratione saccorum centum viginti de farina Illustris Comitis Pictavii ius etiam contingens pro exhoneratione ballarum sex de pannis lineis francigenis Imperatoris Constantinopolitani exhoneratis in Messana. pro induenda familia sua raciocinii sui tempore computetur. Datum Messane. XXII° Januarii XIIII° Indictionis.

---

(1) Sicilie.

(2) Guido soprannominato *Di Dampierre* XXI conte di Fiandra padre di Roberto, che sposò Bianca una delle figliuole di Carlo I di Angiò.

(3) Costui sposò poi Bianca una delle figliuole di Carlo I di Angiò.

(4) Rodolfo.

LXXVII.

Anno 1271. 25 Gennaio 14ª indizione — Messina.

Il re Carlo I ordina che i cavalli di Giovanni Conte di Russia passino da Messina alla Catona senza pagamento de' diritti di uscita e di dogana.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 77 t.

Scriptum est Secreto Sicilie. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus equitaturas quinquaginta novem. J. (1) Comitis de Russia a Messana Catonam libere ab omni iure dohane seu passagii transire permictas. et nullum ius pro earum transitu exigat vel exigi faciat. Nam placet. ut ius contingens propterea doanerios doane nostre portus Messane in eorum ratiocinio computetur. Datum Messane XXV. Januarii XIIII indictionis.

LXXVIII.

Anno 1271. 25 Febbraio 14ª indizione. — Capua.

Re Carlo dovendo portarsi alla Corte Pontificia, nomina Carlo suo figliuolo primogenito in Vicario del Regno.

Ivi Reg. Ang. 1272. n. 13. fol. 33 t.

Justitiariis. Secretis. Castellanis. baiulis. Judicibus. et ceteris officialibus. a. faro citra usque ad confinia terrarum Romane ecclesie constitutis fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Cum nos ad Romanam curiam una cum magnifico principe Karissimo nepote nostro et domino philippo dei gratia Rege francorum illustri proficiscentes ad presens Karolum primogenitum nostrum loco nostro duximus dimictendum. fidelitati vestre districte precipiendo mandamus quatenus eidem primogenito pareatis et intendatis in omnibus tanquam nobis. Vos enim penas et banna que ipse tulerit Rata habebimus atque firma. Datum Capue. XXV° februarii XIIII° indictionis Regni nostri anno sexto.

---

(1) Giovanni.

LXXIX.

Anno 1271. 18 Marzo 14ª indizione — Capua.

Carlo primogenito e Vicario di re Carlo, riceve dal padre la triste nuova dell'assassinio commesso da Simone e Guido de Monfort in persona di Errico figliuolo primogenito di Riccardo re d'Inghilterra, e nello stesso tempo gli ordini opportuni, che subito spedisce, onde siano confiscati agli assassini tutti i loro beni.

Ivi Reg. Ang. 1268. O. n. 2. fol. 99.

XVIII martii Capue scriptum est Galohotho militi et familiari domini Regis. A Serenissimo domino et genitori nostro non sine amaritudine animi et angustia spiritus vehementi recepimus in hec verba. Karolus dei gratia etc. Karolo primogenito suo etc. In dolore animi et merore tenore tibi presentium intimamus quod nuper nobis cum magnifico principe nepote nostro in Romana Curia existentibus maledictionis filii Symon et Guido de Monteforti Nobilem Virum H. primogenitum Riccardi in Romano Rege electi consanguinei nostri. nec deo nec Romane ecclesie neque predicto Regi ac nobis deferentes nequiter trucidarunt Quod utique facinus non aliter quam in personis liberorum nostrorum patratum ascribimus et prosequi ac ulcisci proponimus toto posse. Cum igitur dominus et genitor noster ac nos huiusmodi sceleratos et suos non aliter pro tanto facinore prosequi modis omnibus quibus potuimus intendamus quomodo si illud in fratris nostri personam ipsorum nefanda crudelitas perpetrasset. devotioni tue etc. quatenus statim receptis presentibus omni mora et difficultate remotis ad Montisfortis Cicale et Tripalde castra eisdem sceleratis dudum per regiam liberalitatem concessa te personaliter conferens ea cum rebus existentibus in eisdem studeas ad opus Regie Curie capere et cum diligentia custodire Preceptum nostrum etc. Volumus tamen quod hec omnia cum Sergio pincto Vicesecreto terre laboris quem propter hoc specialiter mittimus exequaris et de hiis que fuerint in castris ipsis inventa fiant tria puplica instrumenta etc.

LXXX.

Anno 1271. 19 Marzo 14ª indizione — Acerra.

Carlo primogenito e Vicario di re Carlo spedisce ordini onde siano confiscati gli altri feudi a Guido di Monfort per l'assassinio commesso.

Ivi Reg. Ang. 1268. O. n. 2. fol. 100 t.

Eodem die (1) ibidem (2) scriptum est Madio Rubeo Magistro Portulano etc. Cum terras Montisfortis. Cicale. Nole. Tripaldi. Furine casalia eorum cum pertinentiis eorumdem totamque aliam terram concessam per excellentiam Regiam Guidoni de Monteforti quas per Galeotum militem et familiarem domini Regis et Sergium Pintum

(1) XVIIII Martii XIIIIe indictionis. (2) Apud Acerras.

vicesecretum in Terra Laboris propter scelera eiusdem Guidonis nuper apud Viterbium perpetrata pro parte Curie revocare mandavimus nec non bona omnia mobilia eiusdem Guidonis capienda per eos ad opus Curie de mandato nostro assignare tibi. per eosdem pro parte Curie mandamus. quibus exinde scribimus per te in antea fideliter pro parte Curie procurandum tibi etc. quatenus predictas terras cum casalibus et pertinentiis earumdem. ac omnia bona mobilia ipsius guidonis. ab eisdem pro parte curie recipias. que tibi assignabunt et ea fideliter studeas in antea pro parte curie procurare de ipsarum vero terrarum et bonorum mobilium receptione fieri volumus quattuor puplica et consimilia. Instrumenta unum penes te et aliud penes dictos galeotum. et Sergium remanendum et tertium ad Regiam cameram. ac quartum ad Magistros racionales etc. transmittendum in quibus. contineri districte mandamus. quantitates. qualitates. et species bonorum mobilium predictorum. cautus. quod ad venditionem seu alienationem predictarum Rerum. de eisdem bonis mobilibus aliquatenus non procedas.

Eodem ibidem scriptum est galeoto Militi et Sergio pinto etc: quod omnia que ceperant de bonis Guidonis. de monteforte sive stabilia sive mobilia. assignent Madio Rubeo etc. in forma proxima. procedente.

LXXXI.

Anno 1271. 24 Marzo 14ª indizione — Viterbo.

Alla presenza di Carlo I di Angiò convengono Baldoino Imperadore di Costantinopoli, ed Errico di Lucteburgo Conte di Rapens e stabiliscono una tregua per dieci anni.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 97 t.

Karolus etc. per presens scriptum notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod excellens princeps dominus Baldoynus Constantinopolitanus Imperator Illustris et Magnificus Vir Philippus primogenitus et heres ipsius dilecti consanguinei nostri ex parte una. Ac Egregius Vir Henricus Lucteburgensis et Rapensis Comes ac Marchio Arleonensis ex altera in nostra presentia constituti super omnibus controversiis questionibus. querelis. atque rationibus que inter ipsos sunt vel habentur. Treuguas inter se usque ad decennium computandum a kalendis Aprilis proximo venientibus iurantes promiserunt hinc inde bona fide occasione ipsarum controversiarum questionum querelarum sive rancorum nullum sibi invicem malum. dapnum offensam molestiam seu iacturam aut iniuriam per se vel alios infra ipsum decennium computandum illaturos aliquatenus aut facturos quinimmo. siquid alterum procurari sive tractari sciverunt quod in dampnum vel malum alterutrorum esset cum bona fide impedierit et sibi utrinque quam citius poterint significare curabunt. ac observabunt inviolabiliter Treuguas huiusmodi aliaque omnia expressa superius usque ad decennium supradictum. In cuius rei testimonium ad Requisitionem Imperatoris primogeniti et Comitis predictorum presens scriptum exinde fieri et sigillo maiestatis nostre Iussimus communiri. Cui etiam Scripto iidem Imperator primogenitus et Comes sua apposuerunt Sigilla ad

ipsius Rei credentiam pleniorem. Datum Viterbii Anno domini Millesimo ducentesimo Septuagesimo primo mense Marcii XXIIII° eiusdem. XIIII° Indictionis Regni nostri anno sexto.

LXXXII.

Anno 1271. 6 Aprile 14ª indizione — Roma.

Re Carlo I emana editto col quale mette sotto la sua real protezione tutti i monasteri, le chiese, i vassalli, i beni e quanto altro possiede la basilica di San Pietro di Roma nel Regno.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 98 t.

Universis etc. presentes licteras inspecturis. etc. Et si apud cunctos catholicos principes aliosque fideles veneranda principis apostolorum de Urbe basilica merito venerabilis et celebris habetur. nos tamen illam in qua et bonorum nostrorum primordia et Regium suscepimus diadema precipuo colentes affectu. solliciti ad omnia reddimur. quibus iura ipsius basilice maxime in nostra iurisdictione manentia nostri favoris presidio serventur illesa et a quibuslibet molestationibus sint quieta. hinc est igitur quod nos ob reverentiam ipsius apostolorum principis obtentu quo Venerabilis patris domini. R. sancti Angeli dyaconi cardinalis archipresbiteri basilice supradicte inscripta monasteria et ecclesias cum personis ipsorum. nec non Castra vassallos possessiones redditus atque iura que sita sunt in Regno nostro et ad predictam basilicam immediate pleno iure pertinere dicitur aliasque omnes ecclesias castra vassallos possessiones et iura que in ipso Regno in presentiarum rationabiliter dicta basilica tenet et possidet sub nostra protectione et defensione tenore presentium recipimus speciali. Universis officialibus et fidelibus nostris sub obtentu gratie nostre districtius inhibentes ut monasteria ecclesias personas bona vel iura eorum predicta contra presentem protectionis nostre tenorem turbare molestare vel offendere quoquomodo presumant. vel offendi ab aliis patiantur quicumque autem secus presumpserit indignationem. etc. monasteria vero et ecclesie ac castra. vassalli. possessiones redditus et iura nominatim expressa sunt hec. In primis monasterium Sancte Marie de bominato ordinis sancti Benedicti Valvensis dyocesis cum castro Bominati et vassalli. Castro sancti pii de fonticulis et vassallis. habitantibus in castro fonticularum. Ecclesia Sancti Petri et sancti Sabini de fonticulis cum iuribus suis. Monasterium sancti Benedicti in perillo cum Casale et vassallis ac ecclesiis suis cum iuribus earumdem. Monasterium de tufo. cum Casale et vassallis eiusdem monasterii. pennensis dyocesis. et omnibus iuribus et rationibus ipsius. Monasterium sancte Marie de apamia quod vulgariter apinianati dicitur. Marsicane dyocesis cum vassallis iuribus et rationibus suis. Monasterium sancti Salvatoris de Magella. Theatine dyocesis. cum casalibus suis videlicet Castellari et Colle. ecclesiis possessionibus. iuribus et rationibus ipsius. Monasterium sancti Martini de Valle. cum vassallis possessionibus etc. Ecclesia sancti petri in Troia cum vassallis et Monasterium sancte Marie de fara. cum vassallis etc. in besonti ecclesia sancti Laurentii de pironico. Ecclesia sancti Antonii de ofena. Ecclesia sancti Joannis de Marana. Ecclesia sancti Johannis de or-

tecle. Ecclesia sancti Angeli de fonticella. Ecclesia sancti Georgii de Gordiano. hospitale de petro Jaconio. Ecclesia sancte agathe de sulmona. Ecclesia sancti Jacobi de popero. Datum Rome. VI.° aprilis. (*XIIII.e indictionis*).

LXXXIII.

Anno 1271. 11 Aprile 14a indizione — Roma.

Re Carlo nella qualità di Senatore di Roma ordina che siano riedificate le case e le torri de' fratelli Giovanni e Pandolfo Savelli nella città di Roma a spese di que' seguaci e fautori del Senatore D. Errico di Castiglia che le demolirono.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 158.

Scriptum est Vicario Urbis Domino Bertrando domino Baucii etc. ex parte Nobilium Virorum Johannis et Pandulphi de Sabello de Urbe fratrum devotorum nostrorum fuit expositum coram nobis. quod cum nonnulle domus munitiones et turres quas ipsi tenebant et possidebant in Urbe per Dompnum Henricum tunc Senatorem Urbis consilio instigatu et opere quondam Petri Romani de Cardinali et Stephani Alberti Normanni et quorumdam aliorum Civium Romanorum sequentium et fautorum eiusdem Dompni Herrici emulorum seu inimicorum nobilium predictorum dirute fuerunt et destructe necnon alia dampna multa et iniurias iniuste et inrationabiliter fuerunt perpessi propter quod post electionem de nobis factam peramodum in Senatorem per statutarios Urbis statutum iuste fuerit et ordinatum ut dicti Stephani vel filii et heredes eorum quilibet scilicet in solidum dampna ipsis nobilibus illata occasionibus supradictis redderent et restituerent sicut et quantum ipsi Nobiles suo sacramento firmarent prout in Capitulo statutorum dicte Urbis plenius asseritur contineri. Quia vero hucusque statuta ipsa non sunt executioni mandata supplicarunt humiliter super hiis per nostram Excellentiam secundum iustitiam provideri Quorum iustis petitionibus benignius inclinati fidelitati tue firmiter et districte mandamus quatenus elegere debeas quatuor probos viros de Urbe fidedignos et etiam non suspectos receptoque ab eis corporale iuramento quod in hoc non amore parte vel pretio timore vel odio moneantur cum eorum consilio extimes illam pecunie quantitatem ad quam sumptus reedificationis domorum munitionum et turrium predictarum poterit ascendere et deinceps filios et heredes predictorum Petri et Stephani et alios quoslibet se etiam in solidum cum quantum convenerit cohercione compellas. ut vel reedificare faciant et in statum pristinum reduci domos munitiones et turres predictas vel quod estimationem eisdem supplicantibus solvant per te et dictorum virorum consilio exinde faciendum ita tamen quod post reedificationem huiusmodi vel in solutione extimationis predicte supplicantes ipsi filiis et heredibus predictis et quibuslibet aliis plenam quietationem et cautionem faciant quod decetero ipsos vel alios in hiis non imputant nec molestent. de aliis vero dampnis et iniuriis tunc temporis nobilibus prefatis illatis eisdem facias plene iustitie complementum. Cavens attentius quod nullam in hoc committas etc. Sicut nostram gratiam etc. et indignationem etc. Datum Rome. XI. Aprilis. XIIII° Indictionis. Regni nostri anno Sexto.

LXXXIV.

Anno 1271. 16 Aprile 14ª indizione — Roma.

Re Carlo scrive al Giustiziero di Abruzzo che l'indomani egli partirà da Roma per ritornare a Napoli, tenendo la via di Celle e di Avezzano, perciò stia attento a non fare mancare il frodo lungo quel cammino.

Ivi Reg. Ang. 1272. A. n. 13. fol. 131.

Scriptum est eidem Justitiario aprutii. Cum nos cras die Veneris. XVII°. presentis mensis aprilis de urbe discedere et per viam celle et avezani et deinde usque aquilam nostros gessimus dirigere deo propitio intendamus. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus statim receptis presentibus omni mora et occasione preposita. panem. vinum carnes ordeum aliaque ad fodrum necessaria per viam ipsam habundanter destinare procures. ita quod nos vel gentes nostras defectum etc. Caveas etc. Datum Rome XVI Aprilis etc.

LXXXV.

Anno 1271. 28 Aprile 14ª indizione — Napoli.

Il Principe Carlo, Vicario del Regno per suo padre Carlo I, ordina procedersi alla Inquisizione contro Giovanni Villano partigiano di Corradino, e socio di Riccardo de Rebursa.

Ivi Reg. Ang. 1268. O. n. 2. fol. 30 t.

XXVIII° Aprilis ibidem (1). Scriptum est magistro Jacobo de Novis clerico. iudici Bertholino de Regio et notario Thomasio de Graniano inquisitoribus in terra laboris et comitatus Molisii etc. Quia intelleximus nuper in Regia Curia quod Johannes Villanus de Aversa multa commisit facinora que in subscriptis capitulis continentur de quibus volumus diligenter inquiri devotioni vestre ex regia etc. quatenus contra eundem Johannem super capitulis infrascriptis caute et diligenter inquisitionem facere studeatis et inquisitionem ipsam factam et in scriptis redactam fideliter sub sigillo vestro magistris Rationalibus Magne Curie nobiscum morantibus ac Vice magistro Iustitiario et Judicibus eiusdem Regie Curie destinetis. Cauti existentes ne aliud quamquomodo inde sibi inquisiveritis et scripseritis ullo unquam tempore per alium valeat inveniri. Capitula vero super quibus inquirendum est. contra. Johannem predictum sunt hec in primis inquiratur contra ipsum si tempore turbationis Conradini cum Bonifacius de Galiberto miles erat iustitiarius terre laboris idem Johannes recepit ab eodem iustitiario. uncias auri decem pro emendo frumento assignando castellano castri Averse. pro substentatione eius et servientium ipsius castri. Item si requisivit eundem castellanum ut exiret ca-

(1) Neapoli.

strum ad recipiendum ipsum frumentum et nolebat ut aliis reciperet frumentum ipsum pro parte eiusdem castellani nisi ipse castellanus. Item si ipsum frumentum eidem castellano minime assignavit. et si sibi remansit. Item si pluribus astantibus cum eodem castellano idem Johannes confessus est se recepisse predictas uncias a dicto iustitiario. Item si hec omnia supradicta commissa sunt per predictum Johannem in preiudicium dicti castellani et servientium omnium ipsius castri. Item si tempore turbationis predicte quando Riccardus de Rebursa deviavit a fide Regia cuius fautor et consors idem Johannes erat bona mobilia dicti Riccardi pro maiori parte auctoritate propria asportavit et asportari fecit ad domum suam. Item si seducendo dictum castellanum verbis preparabat sibi insidias pro capiendo eo de persona cum multis hominibus armatis primum positis prope ecclesiam sancte Marie que est iuxta castrum Averse Item si tempore turbationis Corradini ipse fuit consors dicti Riccardi proditoris eo tempore quo proditorie egit faciendo guerram publicam in Aversa sicut alii publici et capitanei proditores domini Regis. Item si ipse postmodum fuit magister iuratus Averse et pretextu ipsius officii capiebat homines de persona et usus est privato carcere in eosdem et postmodum autoritate propria liberabat eos pretio mediante. Item si noctis temporibus ibat per casalia Averse assaliendo multas personas in domibus eorum et spreta defensa Regia expellebat ipsas de domibus suis et pro reducendis ipsis ad domus eorum unde ipsos expulerat recipiebat ab eis certam pecunie quantitatem Item si tempore quo ipse erat magister iuratus citabat homines auctoritate propria ad curiam de homicidiis. furtis. et de pluribus criminosis. et multa mandata pro parte Regia faciebat et postmodum abire permittebat mandata omnia et citationes. pro pretio quod recipiebat ab hominibus quibus talia iniugebat. Datum ut supra.

LXXXVI.

Anno 1271. 21 Maggio 14ª indizione — S. Gervasio.

Essendosi morta Elena, la vedova di re Manfredi, fin dal febbraio di questo anno, re Carlo in questo giorno scrive al castellano del castello di Nocera, che ora essendo superflui 30 inservienti a custodia di quel castello, ne congeda 20, ritenendone soli dieci.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 108.

Scriptum est Castellano Castri nostri Nucerie. Licet provisum fuerit ut servientes triginta ad dicti Castri custodiam morarentur. quia tamen pro ipsius Castri custodia tot servientes ad presens necessarii non videntur (1). fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus amotis XX.ti minus ydoneis ex servientibus memoratis decem de melioribus et fidelioribus pro dicti Castri custodia totum studium retines. Datum apud Sancti Gervasii. XXI Madii XIIII. Indictionis.

(1) Morta Elena, tosto ne fu spedito avviso a re Carlo, il quale nel giorno 11 di marzo di questo anno, stando a Sutri inviò ordini al Castellano di Nocera di subito liberare dalla custodia le damigelle e la servitù della defunta, avendo egli già dato gli ordini opportuni a Niccolò Boucelle pel loro salvacondotto, onde libere andassero ovunque loro piacesse. Vedi il Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 95. Nel giorno poi 18 di luglio

LXXXVII.

Anno 1271. 4 Giugno 14ª indizione — Trani.

Giovanni di Salvatore ricorre al re Carlo per essere mantenuto nella consuetudine pel modo di pagare le contribuzioni.

Ivi Reg. Ang. 1272. A. n. 13. fol. 127.

Scriptum est iusticiario principatus et baiulo Ravelli et Scale presentibus et futuris Ex parte Johannis de Salvatore fidelis nostri fuit nobis etc. quod licet ipse de Ravello cum tota eius familia suum in terram Scale transtulerit incolatum, tamen apud Ravellum in collectis et gravaminibus aliis cum hominibus terre ipsius concitari compellitur minus iuste. unde cum de consueto totius ducatus Amalfie esse asserat quod quando aliquis de una terra transfert ad aliam incolatum cum civibus ipsius terre a qua recedit per recessum per annum mensem septimanam et diem in collectis talliis subventionibus et aliis oneribus que per Curiam imponuntur eidem universitati concitari tantum et si ibidem bona immobilia habet teneatur ipsiusmodi vero nisi in terra in qua habitat debeat de dictis oneribus concitare compelli maiestati nostre etc. Ideoque fidelitati vestre presentium tenore mandamus quatenus si premissis veritas suffragetur dictum Johannem super premissis contra consuetudinem ipsam de cetero nec vos molestetis nec permittatis etc. Datum trani IIII iunii XIIII Indictionis.

LXXXVIII.

Anno 1271. 5 Giugno 14ª indizione — Trani.

Il re Carlo manda il milite Giovanni de Nantolio in Contado di Molise e nella Valle del Fortore per ricercare 12 cani forti da presa ed esperti alla caccia.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 114.

Scriptum est Castellanis Baiulis Iudicibus Magistris Iuratis. nec non et Universis baronibus seu nobilibus per Comitatum Molisii et Vallis Fortoris constitutis etc. fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus Johanni de Nantolio militi latore presentium ad requisitionem ipsius usque ad duodecim canos fortes ad succursum (1) et ad venandum expertos pro parte nostra comodare curetis. In hoc autem etc. Datum Trani. V°. Junii etc. (*XIIII° Indictionis*).

---

dell'anno medesimo Errico della Porta castellano di quel castello di Nocera portò nella città di Napoli e consegnò a Pietro Farinelli, regio tesoriere, nel Regio Tesoro, sito nel castello dell'Uovo, tutti i mobili lasciati dalla defunta Elena nel predetto castello di Nocera, di cui presentò l'inventario. Vedi il *Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 203. ed il Reg. Ang. 1278. A. n. 29. fol. 138 t.*

(1) Cani mastini detti da presa, ovvero cani a simiglianza de' cani del S. Bernardo, i quali vengono in soccorso degli uomini, che s'imbattono in qualche pericolo sia per terra, che in mare.

LXXXIX.

Anno 1271. 6 Giugno 14ª indizione — Trani.

Assegno vitalizio alla moglie del proditore Filippo de Manerio.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 41 t.

Scriptum est eidem (1). pridem tibi scripsisse recolimus etc. Ut Nobili mulieri Constantie Sorori quondam bone memorie. P. Sancti Georgii ad Velum aureum diaconi Cardinalis uncias auri Triginta tres et tarenos decem pro alimentis ipsius de proventibus videlicet terrarum olim Philippi de Manerio proditoris nostri mariti sui ad manus curie nostre devolutas vel si forte terre ille aliquibus per nostram celsitudinem essent congesse de quacumque pecunia curie nostre officii tui que esset etc. exhiberi curares sique nuper pro parte mulieris eiusdem fuit expositum coram nobis etc. tu in contemptum mandati nostri nichil inde sibi solvere voluisti asseris te prius a nobis mandatum aliud recepisse ut nemini de pecunia curie nostre exiberis nisi prius Castra nostra tue iurisdictionis munires nec habere aliquo modo de proventibus officii tui anni presentis posse eidem mulieri satisfecere de pecunia supradicta Nos hoc grave satis et molestum fientes quod mulierem ipsam voluimus et volumus omnibus in huiusmodi solutione preferri. fidelitati tue sub obtentu gratie nostre et pena Centum unciarum auri. firmiter precipimus et districte quatenus statim receptis presentibus omni occasione et difficultate remotis predictas Triginta tres uncias auri et Tarenos decem ponderis generalis prefate mulieri vel suo pro ea nuntio presentes licteras deferenti procures et solvere iuxta predictarum priorum nostrarum continentiam licterarum predicto mandato nostro tibi facto de muniendo castris seu quolibet alio huic contrario etc. mandata nostra taliter implettura etc. alioquin post indignationem nostri culminis quam inde incurreres a te pena predicta inremisibiliter extorqueri mandabimus et expensas singulas dicta mulier pro hac obtinenda pecunia decetero fecerit sibi de tuo proprio resarciri. Datum Trani. VI° Junii XIIII° indictionis.

LXXXX.

Anno 1271. 10 Giugno 14ª indizione — Trani.

Re Carlo I essendo stato informato dal Console Veneto che i pirati di Almesia non sono sudditi della Repubblica, rivoca gli ordini dati contro i Veneziani.

Ivi Reg. Ang. 1270. C. n. 9 fol. 224 t.

Eodem ibidem Scriptum est magistro portulano. prothontino portulanis magistris Juratis et officialibus singulis per terras maritime in apulia constitutis. presentes littêras inspecturis. Thomas quirinus consul venetorum in Apulia nobis etc. quod Nobilis

(1) Secreto Principatus Terre Laboris et Aprutii.

Vir Drugo de Bellomonte etc. occasione quod per pirratos Almesii vascellum quoddam in quo vehebantur eiusdem Marescalci et Archiepiscopi Tranensi (1) homines equi et bona alia captum fuit et cum eisdem personis bonis et equis per pirratos eosdem detentum vobis officialibus expresse mandavit ut presonas et bona Raguseorum. Jadratinorum et aliorum Dalmaticorum fidelium Nobilis Viri. Domini Ducis Venetiarum detinere et arrestare deberetis. nec ipsos dimittere vel relaxare absque ipsius Marescalli licentia et mandato. Cumque asserat predictis Consul homines ipsius Castri Almesii non esse de districtu seu iurisdictione Venetiarum set inmediate ad Illustrem Dominum Regem Ungarie pertinere et supplicaverit ut securitas venetis et fidelibus ducis Venetiarum indulta per Regiam maiestatem illesa servetur. Vobis universis et singulis etc. quatenus venetos ipsos et fideles eiusdem ducis occasione mandati per eundem Marescalcum facti vobis vel alium loco sui in personis vel bonis eorum non molestetis nec faciatis ab aliis molestari. set eos in terris domini Regis permittatis permanere securos. sicut hiis per maiestatem Regiam est indultum.

LXXXXI.

Anno 1271. 8 Luglio 14ª indizione — Napoli.

Capitoli comunicati al giudice Giovanni de Amicis di Barletta per eseguire l'inquisizione amministrativa nei Giustizierati di Capitanata e di Terra d'Otranto.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 124 t.

Capitula super quibus inquirendum est per Judicem Johannem de Amicis de Barolo.

In primis in quibus Juribus et Redditibus consistunt proventibus subscriptarum terrarum. castrorum et casalium. videlicet. Castri Botelli siti in Justitiariatu Capitanate. Terrarum Castellaneti Massafre. et Genisii. Neritonis. Castri Furciniani. Casalium Belvidere. Troicelle. Sagine. et Trecase sitarum in Justitiariatu terre Ydronti. et que et qualia sunt singula iura ipsa seriatim particulariter et districte per membra qualibet singulorum Jurium Reddituum eorumdem. cum annuo valore ipsorum. et cuiuslibet membri per se in pecunia. vel rebus aliis quibuscumque.

Item in quibus redditibus proventibus et iuribus consistit Baiulatio terrarum. Ca-

(1) Nel 16 di settembre dell'anno 1270 il re Carlo fece armare e riccamente addobbare tre galere per condurre la sua figliuola Isabella, la quale andava sposa in Ungaria a Ladislao figliuolo primogenito del re Stefano, ed altri vascelli per servire di scorta. A Comandante della piccola flotta fu destinato Filippo di Santacroce protontino di Barletta e di Monopoli, ed a Niccolò Arcivescovo di Trani ed a Drogone de Beaumont maresciallo del Regno, il re affidò la giovane sposa per menarla in Ungaria. Eseguita la missione l'Arcivescovo ed il Maresciallo se ne tornavano in Napoli, quando furono catturati col vascello e con tutto il loro seguito ed averi da alcuni pirati dalmati detti *Almesii*, e quindi furono costretti a riscattarsi. Di questo avvenimento sdegnato re Carlo subito spedì ordini a tutti gli uffiziali delle città e terre marittime de' suoi stati che rigorosamente s'impadronissero di tutte le prede e di tutti i beni de' Ragusei, degli Jadrantini e di tutti gli altri Dalmati sudditi Veneziani. Di siffatti ordini rigorosi avvertito il Console Veneto residente in Puglia, ricorse subito a re Carlo facendogli conoscere che i pirati *Almesii* anzi che veneti erano sudditi del re di Ungaria; e perciò il re assicuratosi della verità rivoca l'ordine dato.

strorum et Casalium singulorum ipsorum que etiam et qualia sunt proventus redditus et iura ipsa seriatim per membrum ət quantum quolibet membrum et quantum quolibet membrum per se volebat hactenus et quantum etiam valent ad presens in pecunia. vino victualibus. aut rebus aliis quibuscumque.

Item si aliqua de hiis que tenebant hactenus domino eorumdem. Restituta sint Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis aut aliis quibuscumque quo etiam iure. seu titulo. et per quos. ac de cuius mandato in dictis terris et pertinentiis earum. que etiam et qualia sint singula bona huiusmodi restituta cum particulari valore annuo singulorum bonorum ipsarum seriatim et distincte modo predicto.

Item que et qualia Bona locabantur in Cabellam in singulis Terrarum. Castrorum et Casalium. predictorum per eos qui tenuere eam. et officiales eorum quam incredentiam procurabantur et quoquomodo et quantum. proveniebat eisdem de qualibet Cabella seu credentia in quibuscumque redditibus modo prescripto.

Item que et qualia retinebantur in demanio suo pro Massariis Solatiis. vel causis aliis quibuscumque. et quantum etiam. et quid pervenire poterat ex eis seriatim particulariter et distincte.

Item si sunt in dictis terris. Castris. et Casalibus et pertinentiis cuiuslibet eorumdem de iuribus ipsius et pertinentiis ipsis per quondam Imperatorem et natos eius post sententiam depositionis locata et quibus per quos etiam teneantur ad presens. et quid possent valere particulariter modo predicto.

Item eodem modo inquiratur de quibuscumque illicite alienatis. vel distractis. aut quoquomodo occupatis de iuribus et pertinentiis ipsis et per quos teneantur cum valore similiter annuo eorumdem.

Item eodem modo de bonis stabilibus proditorum siqui fuerant in dictis terris. Castris seu Casalibus cum distinctione particularis valoris ipsorum quem proveniebat eisdem.

Item sunt aliqui feudatarii. in dictis Terris. Castris seu Causalibus qui teneantur servire dominis ipsorum et non Capite Curie nostre qui etiam sint pheudatarii ipsi et que etiam et qualia. servitia ipsorum singuli facere teneantur ratione adoharum seu alterius iuris. in pecunia vel equis seu Roncinis sicut fit in diversis terris Baronum.

Item si sunt aliqui in quacumque terrarum. Castrorum seu Causalium eorumdem que de personalibus servitiis teneantur. et qui et quot. et ad que servitia teneantur singuli eorum et quantum servitia ipsa valere possent in pecunia.

Item de redditibus victualium pecunie. nec non gallinarum et pullorum et fetibus etiam iumentorum cum particolari similiter valore annuo singulos Redditus ipsorum.

Item quantum forfacture et quecunque alie acquisitiones ex quibuscumque casibus valent dominis eorumdem in qualibet terrarum Castrorum et Casalium predictorum et pertinentiis cuiuscunque et quantum etiam tota terra. Castrum vel Casale predictorum in hiis. et predictis omnibus. ac quibuslibet aliis proventibus. redditibus. seu iuribus domino ipsius valebit. et quantum etiam ipsa omnia valent presentium domino uniuscuiusque. terre. Castri vel Casalis ipsorum in pecunia. vino. victualibus. angariis. redditibus hominum. et pheodatariorum. fetibus iumentorum. aut aliis quibuscumque seriatim. particulariter et distincte.

De quibus omnibus supradictis et aliis circumstantiis singulis ita quod nichil prorsus de contingentibus. ommictatur inquirendo est. diligenter. studiose. fideliter et caute. Ita quod non perveniat ad notitiam dictarum Terrarum. Castrorum et Casalium eorumdem. per Baiulos procuratores seu Rectores qui fuerunt tempore dominorum ipsorum et abinde usque non in terris Castris et Casalibus ipssis. et per homine tam eorumdem Terrarum Castrorum et Casalium quam locorum circumadiacentium antiquos et fide dignos. ac rei conscios per quos melius inde poterit veritas indagari secundum formam

predictorum Capitulorum et per omnem alium modum per quem melius et subtilius inquirere poterit de premissis.

Item eodem modo inquiratur de iuribus proventibus. et redditibus. Bisacie. Montis Nigri. Debceri. et Varoniis eorumdem terrarum.

LXXXXII.

Anno 1271. 12 Luglio 14ª indizione — Napoli.

Conto di Guglielmo de Gaubert chierico de' balestrieri.

Comptus Petri et Simoni de bonis factus Capue per me Guillelmum de Gaubertano balistariorum Illustris Regis Sicilie Clericum pro se. Jacquecto de Arrella et Gilberto eorum sociis balistariis equitibus silicet pro dicto Petro. A primo die Maii currente M°. CC°. LX°. V°. IXᵉ Indictionis usque ad vicesimum quintum Julii currente M°. CC. LX° VIII°. silicet de Mille Centum quatraginta duobus diebus ipsis duobus diebus computatis quinque solidis turonensium per diem valentes ducente quatranginte quindecim libre. decem solidi turonensium. Item pro Simone a primo die Maii eiusdem Incarnationis et Indictionis usque ad quintumdecimum Septembris currente. M°. CC°. LX°. IX°. XIIIᵉ Indictionis. summa de Mille quingentis quatuorviginti decem et octo diebus valentes trecente quatuorviginti decem et novem libre turonensium ipsis duobus diebus computatis. V. solidis turonensium per diem.

Idque pro predictis Jaquecto et Gilberto. A XV° Junii currente M°. CC°. LX°. VII. XIᵉ indictionis. usque ad quintum Januarii currente M°. CC°. LX° VIII. XIIᵉ indictionis silicet de Mille Centum Viginti octo diebus valentibus ducente qutraviginti quatuor libre. decem solidos turonensium. Habuit inde iidem predicti Petrus et Simon pro se et predictis eorum sociis per diversas partes trecente quinquaginta duas libras decem et septem solidos turonensium et quinque denarios turonensium et non plus prout in scriptis predecessorum plenius continetur. Et sic Restat. quod debentur eidem sexcente viginti quinque libre duodecim solidi septem denarii turonensium. Datum Capue XXII. Januarii XIIIᵉ indictionis.

per istum computum debentur dicto Simoni et sociis sexcente viginti quinque libre duodecim solidi et septem denarii turonensium pro cuius summe solutione scriptum est Justitiario et Erario Calabrie ut solvant proinde dicto Simoni pro parte sociorum predictorum uncias ducentas quinquaginta tarenos septem et grana undecim sub datum. Neapoli XII Julii XIIIIᵉ Indictionis.

LXXXIII.

Anno 1271. 14 Luglio 14ª indizione — Napoli.

Carlo I di Angiò ordina pagarsi l'assegno a Costanza moglie del proditore Filippo de Minerio.

Ivi Reg. Ang. 1271. B. n. 10. fol. 44.

Scriptum est secreto Principatus terre laboris et Abrutii in hac forma dudum per nostras litteras vestro predecessore dedimus in mandatis ut Nobili mulieri Constantie sorori bone Memorie. P. Sancti Georgii ad velum aureum diaconi Cardinalis uxori Philippi de Minerio proditoris nostri si dicta Constantia invenierit erga nos fideliter se gessisse nec consensisse malitiis viri sui alimenta de proventis terrarum que fuerunt dicti viri vel si ille aliis per nos collatis forent de quacumque pecunia Curie nostre exiberi curarent iuxta forma et modo quibus consuevimus scribere de prestandi alimenta uxoribus proditorum cum igitur factam inquisitionem supor hiis diligentem computum fuerit eam erga Nos se gessisse fideliter nec malitiis Viri consensisse Ac. visis institutionibus dotis eiusdem estimationis fuerit servata forma licterarum nostrarum triginta tres uncias et decem tarenos auri ponderis generalis secundum quantitatem dotis dicto viro tradite fore ipsi Constantie per nostram Curiam pro alimentis suis annis singulis exibendis nec aliquid ad hunc perceperit de eodem fidelitati vestre sub pena gratie Nostre districte precipiendo mandamus quatenus predictas triginta tres uncias et decem tarenos auri ad generale pondus Regni de proventis terrarum que fuere dicti Philippi si hec que nunc sunt in mandatis Curie Nostre ad id suficiunt alioquin de alia pecunia ipsius Curie que est vel erit per manus vestras eidem Constantie vel suo certo nuntio eius nomine annis singulis ab eo videlicet tempore quo terre dicti Philippi fuere ad manus Nostre Curie revocate et in antea a primo videlicet proximo preterito mense septembris usque per totum mensem Augusti proximo adventurum presentis XIIIIᵉ indictionis integraliter et sine difficultate qualibet exiberi curetis recepturi de hiis que dederitis ad vestram cautelam idoneam apodixam non obstante aliquo mandato nostro contrario per quem posset effectus presentem impedire. Datum Neapoli XIIIIº Julii XIIIIᵉ indictionis Regni nostri anno septimo.

LXXXXIV.

Anno 1271. 12 Settembre 15ª indizione — Melfi.

Re Carlo scrive a' Secreti di Puglia, di Principato e Terra di Lavoro, di Calabria e di Sicilia che arrivando nelle rispettive province ambasciadori dall'Acaia, dalla Servia, dalla Bulgaria, dall'Albania e dall'impero ovvero regno del Sagarach latori di lettere e di ambasciate de' loro sovrani, li provvedano de' mezzi necessarii al viaggio per venire alla sua presenza, e diano ad essi il salvacondotto.

Ivi Reg. Ang. 1272. A. n. 13. fol. 1. t.

Scriptum est Secreto Apulie fidelitati tue etc. quatenus si processum temporis aliquos ambassatores seu nuncios de partibus Achaye Servie. Bulgarie Albanie aut de imperio vel de Regno de Sagarach deferentes aliquas litteras seu ambassarias a dominis ipsarum partium vel Regnorum ad portus vel maritimas Jurisdictionis tue declinare contingat eis nullum aliud super hoc mandatum nostrum expectans expensas equitaturas et securum conductum pro ipsis et eorum familiis usque ad nostram presentiam sine difficultate qualibet exhibere procures. Recepturus etc. Datum Melfie XII° Septembris anno domini etc.

Similes facte sunt Secreto Principatus et Terre Laboris.
Similes facte sunt Secreto Sicilie.
Similes facte sunt Secreto Calabrie.

LXXXXV.

Anno 1271. 8 Decembre 15ª indizione — Ruvo.

Re Carlo scrive al Giustiziero ed a tutte le autorità governative di Terra d'Otranto ordinando loro di subito tener pronte alcune navi nel porto di Brindisi per imbarcarsi gli ambasciadori de' Cardinali, i quali unitamente a' suoi regî messi debbono andare ad incontrare il nuovo Sommo Pontefice che di Soria viene a sbarcare in Regno.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 206.

Item scriptum est Justitiario vel locum suum tenenti erario moranti cum eodem. Secreto vel Vicesecreto. Magistris portulanis. et portulanis. et Magistris Tercianatuum Terre Ydronti nec non et Magistris Sicle Brundusii presentibus etc. Cum in transitu nuntiorum dominorum Cardinalium et nostrorum etiam ad presentiam Summi Pontificis nullum velimus intervenire defectum. fidelitati vestre. sub pena CC. unciarum auri cuilibet vestrum. mandamus quatenus si vasa parata in portu Brundusii pro transitu

predictorum forsitan cum aliquibus de predictis nuntiis transfretarunt statim occasione qualibet et dilatione remotis ad requisitionem Magistri Bernardi de Albamalla Clerici et familiaris nostri alia vasa paretis et oportunis omnibus muniatis de quacunque pecunia officii vestri subventionis. pretii nove monete. et quacunque alia pecunia curie que est vel erit etc. ita quod propter defectum vassellorum et aliorum necessariorum nuntios Cardinalium vel nostros quicumque ad transfretandi forsitan remanserunt. non contingat in aliquo retardari. et quicumque de vobis officialibus super hoc primiter fuerit requisitus presens mandatum nostrum celeriter exequatur sicut nostram gratiam caram habetis et non vultis personarum et rerum periculis subiacere. Datum Rubi VIII° decembris (*XV Indictionis*).

LXXXXVI.

Anno 1271. 11 Decembre 15ª indizione — Corneto.

Re Carlo spedisce a Costantinopoli Giovanni di Costantinopoli, il quale deve eseguire una missione presso varî Comuni d'Italia, prima di mettersi in viaggio per l'Oriente.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 216 t.

Item scriptum est. rectoribus potestatibus. et aliis amicis Sancte Romane ecclesie ac suis etc. Cum Nos Johannem de Constantinopolo. dilectum etc. ad partes ipsas specialiter destinemus. Nobilitatem Vestram etc. quatenus eidem Johanni que vobis super eiciendis inimicis nostris. vel capiendis eisdem. et aliis pertinentibus ad utilitatem. et honorem nostrum. et vestrum. et comunis vestri ex parte nostra retulerit. fidem velitis plenarie adhibere. illaque si placet effectus mancipare. Datum Corneti XI. decembris (*XV Indictionis*).

LXXXXVII.

Anno 1271. 11 Decembre 15ª indizione — Corneto.

Re Carlo avendo saputo che Roberto de Cornay à catturato Miccliano del Bene di Cava capobrigante, gli ordina di subito farlo giudicare unitamente agli altri briganti e proditori, e quelli che saranno condannati farli trascinare per terra e poi sospenderli alle forche; ed in fine che senza più ricevere da lui ulteriore autorizzazione ciò esegua per gli altri che catturerà.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 216 t.

Item scriptum est Robberto de Cornay etc. Nuper ad audientiam nostram pervenit quod tu Miccliamum de Bene de Cavea manifestum proditorem nostrum et qui magister et caput latronum erat effectus noviter de persona cepisti illumque detines carceri

mancipatum. de quo studium et sollecitudinem tuam in premissis habitam plurimum commendantes. Volumus quod statim receptis presentibus predictum proditorem de consilio Judicis tui et omnes alios proditores et latrones captos per te seu capiendos de cetero. aliud a nobis non expectando mandatum. trahi per terram facias et postmodum furca suspendi. et circa nostra servitia. sic more solito. te geras fideliter et prudenter quod tu possit fidelitas in conspectu nostro per effectum operis merito commendari. Datum Corneti. XI°. decembris etc. (*XV Indictionis*).

LXXXXVIII.

Anno 1271. 12 Decembre 15ª indizione — Corneto.

Re Carlo scrive a'Giustizieri di Terra di Otranto e di Terra di Bari ed a tutte le autorità governative di quelle province, di ricevere con ogni onore il Sommo Pontefice, che sarà per isbarcare in quelle contrade, e di fornirgli tutto quello potrà occorrergli.

Ivi. Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 206 e t.

Scriptum est Justitiario et erario Terre Ydronti. Secreto vel vicesecreto illarum partium. Siclariis. ac ceteris officialibus per Justitiariatum terre Ydronti constitutis. ad quos presentes littere pervenerint etc. Cum sicut intelleximus Summus Pontifex portum iam Brundusii applicarit. vel in proximo dante domino ibidem. vel in aliis eiusdem Justitiariatus partibus sit venturus. Nosque volumus eum per vos plusquam nostram honorare personam. fidelitati vestre sub pena gratie nostre firmiter et districte precipiendo mandamus quatenus eundem Summum Pontificem ubicumque ipsum per partes decrete vobis provincie. declinare contigerit. in omnibus et per omnia tanquam nostram honorantes personam de omnibus expensis. videlicet. pane. vino. carnibus. ordeo. vestibus. equitaturis et omnibus aliis necessariis habundanter et liberaliter pro se. suaque familia. ac equitaturis ipsorum de quacumque pecunia Curie nostre que est vel erit per manus vestras. nulla pecunie specie exinde prorsus exempla providere curetis. ita quod eos defectu substinere in aliquo non contingat. vestraque possit fidelitas in conspectu nostro per effectum operis merito comendari. Sciturì pro firmo. quod si negligentes in hoc vel remisi fueritis. taliter contra vos procedimus quod vobis erit ad penam. et audientes. ad terrorem. non obstante etc. Volumus tamen quod vos predicti Secreti vel vice Secreti. nec non et siclarii. in exhibendis necessariis supradictis predicto Summo Pontifici sueque familie. iuxta provisionem predictorum Justitiarii et erarii procedatis. Datum Corneti. XII. decembris (*XV Indictionis*)

In simili forma Scriptum est Justitiario et erario Terre Ydronti (1) pro eodem Summo Pontifice. Datum ut supra.

---

(1) È errore dello amanuense della regia Cancelleria, perchè deve dire *Terre Bari*.

LXXXXIX.

Anno 1271. 14 Decembre 15ª indizione — Corneto.

Re Carlo con gravi minacce chiede a Bartolommeo di Sorrento giustiziero di Abruzzo, 400 once di oro, perchè a lui urgentemente bisogna danaro per le spese necessarie nel ricevere il nuovo pontefice, il quale dalla Siria viene a sbarcare nel Regno.

Ivi Reg. Ang. 1269. B. n. 4. fol. 205 t.

Item scriptum est Bartholomeo de Surrento etc. pridem tibi per nostras sub certa forma dedimus litteras in mandatis ut circa recollectionem residuorum ex quacumque causa in Justitiariatu Aprutii. nostre Curie pro tempore quo in eadem provincia Justitiariatus exercuisti officium debitorum diligenter insisteres. et quadringentas uncias auri ponderis generalis ad Cameram nostram per totum Instantem Mensem Januarii. de pecunia residuorum huiusmodi destinares verum quia quidam nuntii nostri quos in occursum Sanctissimi patris et domini. domini nostri. Sancti Pontificis specialiter miseramus. nuper nobis per suas litteras intimarunt. quod idem Summus pontifex. de Civitate Acconensi recessit. et ad partes istas primo salutis autor accedens in brevi per Regnum nostrum transitum est facturus. Nos tanto domino non sine Magnis expensis et sumptibus honorifice occurrere omnia disponentes. ipsum tanquam nostrum in Christo patrem et dominum specialem. pro ut tenemur et convenit honorare. Volimus et fidelitati tue sicut districtius possumus precipiendo mandamus. quatenus. attendens provide quod pro huiusmodi negotio. quod multum imminere debet et imminet Cordi nostro pecunia est Camere nostre plusquam presentibus. possimus exprimere oportuna. Considerans insuper quantum graviter nos offenderes si predictum mandatum nostrum quod tibi ex quadam imminente necessitate dixerimus efficaciter non impleres. statim receptis presentibus sicut nostram gratiam caram habes. et persone tue periculum desideras evitare. prefatum mandatum nostrum omni excusatione. occasione. ac difficultate remotis. iuxta predictarum litterarum nostrarum tenorem studeas efficaciter. et celeriter adimplere. ita quod infra huiusmodi terminum predicte quadringente uncie per te in eadem Camera infallibiliter assignentur. Actentius provisurus. ne in exeqútione predicti mandati aliquam committas negligentiam vel defectum. Scire namque te volumus. et pro certo teneri. quod si quod absit predicte quadringente uncie infra eumdem terminum in eadem Camera per te non fuerint assignate preter ducentarum unciarum auri penam in predicto mandato contemptam quam exigi et recipi a te proculdubio faciemus. persone tue periculum cum huiusmodi negotio sicut prediximus specialiter insideat cordi nostro. poteris merito formidare. Datum Corneti. XIIII°. decembris (*XV Indictionis*).

C.

Anno 1272. 25 Febbraio 15ª indizione — Napoli.

Carlo I. scrive a Gazo Echinard suo vicario nel regno di Albania conferendogli alti poteri sopra tutti gli uffiziali, ed autorità governative, sull'esercito e sulla flotta dimorante ivi.

Ivi Reg. Ang. 1268. O. n. 2. fol. 87 t.

Karolus Dei gratia Rex Sicilie et Albanie etc. Gazoni Chinardo militi suo in Regno Albanie Vicario Generali dilecto etc. de tua prudentia et fidelitate plenam fiduciam obtinentes. amovendi et puniendi tam in Regno Albanie quam in exercitu et extolio nostris destinatis ad ipsum Regnum omnes officiales tam Castellanos quam baiulos et alios quoslibet. et eis alios ydoneos subrogandi. plenam et liberam tibi mandamus tenore presentium. potestatem. Datum Neapoli XXV. Februarii (*Indictione XV.ª*)

CI.

Anno 1272. 10 Maggio 15ª indizione — Roma.

L'arcivescovo di Benevento ricorre al re Carlo I di Angiò per rivendicare alcuni beni pertinenti alla sua chiesa, tolti alla stessa dall'imperadore Federico 2° e da Manfredi suo figliuolo.

Ivi Reg. Ang. 1268. O. n. 2. fol. 106.

Item scriptum est eidem etc. (1) Ex parte Venerabilis patris C. (2) ecclesie Beneventane electi. fuit etc. quod cum olim Hugolinus Beneventanus. archiepiscopus predecessor. ipsius nomine et pro parte Beneventane Ecclesie. haberet ius et esset in possessione vel qui regendi curiam de quibusdam vassallis. quos eadem ecclesia tunc habebat in Montesarculo. quos etiam adhuc habet et habuit longis temporibus retroactis. esset etiam idem archiepiscopus in possessione percipiendi. quosdam decimas redditus a quondam Frederico tunc Imperatore pro territorio Montis in quo situm est Castrum Montisfusculi spectantes ad dictam Beneventanam ecclesiam. dictus quondam Fredericus pro sue voluntatis arbitrio civitatem Beneventanam destruxit. et dictum archiepiscopum nomine ecclesie sue Beneventane. et ipsam Ecclesiam predictorum omnium possessione vel qui possessione privavit. propter eiusdem ecclesie vacationem diutinam malitia etiam temporis attendente per memoratum Fredericum. suosque heredes et fautores. nec non et per nostram curiam post adventum nostrum in Regnum. et per Nobiles viros Henricum

(1) Cioè al Giustiziero di Principato e Terra Beneventana.

(2) Costui è Capoferro de Capoferris, il quale nato a Benevento di famiglia patrizia, fu eletto arcivescovo di quella chiesa nell'anno 1254. Per avere assistito alla incoronazione di re Manfredi, fu scomunicato, e poi assoluto due volte, prima da Clemente IV e poi da Gregorio X nel 1273 nel Concilio di Lione.

Valdemontis et Ariani comitem cui terram Montisfusculi. et Iohannem de Lagonessa cui terram Montissarculi de liberalitate nostra concessimus. predicta omnia sunt detenta. Jacobus etiam de Aquino tenens castrum. predictum. Montissarculi. tempore Manfridi olim principis Tarantini. construxit in territorio dicti Castri in solo et terra dicte ecclesie Beneventane. domum et piscariam unam. quas idem Johannes de Lagonessa. dicitur detinere in grave eiusdem ecclesie preiudicium et iacturam. Unde Maiestati nostre fuit humiliter supplicatum ut super restitutione possessionis vel qui. predictorum restitutione etiam domus et piscarie. predicte eidem ecclesie et electo providere etc. Ideoque fidelitati tue etc. quatenus vocatis possessoribus predictorum bonorum seu Baiulis aut procuratoribus eorumdem de iure utriusque partis inquisitionem facias diligentem et quidquid inde inveneris fideliter in scriptum redactum. ad Curiam nostram sub sigillo tuo debeas destinare. Datum Rome per eumdem X° Madii.

CII.

Anno 1272. 3 Luglio 15ª indizione — Pisa.

Carlo I di Angiò per mezzo di suoi speciali procuratori stipulò il trattato di pace col Comune di Pisa.

Ivi Reg. Ang. 1272. C. n. 15. fol. 140.

In nomine domini. Orlandus de Nauachio prior ancianorum pisani populi pro se et sociis suis ancianis pro comuni pisano et eius vice et nomine per stipulationem sollepnem convenit et promisit dominis philippo minutolo Canonico Neapolitano et Alramo Lavandario civi placentie. Ambassiatoribus procuratoribus et nunciis Serenissimi domini Karoli Regis Sicilie et Vicarii Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam generalis ad hoc specialiter constitutis ut āpparet per litteras ipsius domini Regis Sigillo Cere Virmilie pendenti sue maiestatis munitas quarum tenor inferius continetur pro ipso domino Rege recipientibus et agentibus sub pena IIII^or^ milium marcarum argenti stipulatione premissa quod comune Pisanum ab hodie ad dies. XX. proximos dabit vel dari faciet eidem domino Regi vel alii legitime persone pro eo in civitate pisana duo milia unciarum auri pro satisfactione offensionum a pisanis factarum et penis illis impositis post pacem inter ipsum dominum Regem et comune pisanum factam. et omnibus aliis preteritis que dictum dominum Regem tangunt et quod de predictis uncis sic solvendo ut dictum est super comune pisanum ad requisitionem et voluntatem superscriptorum ambassatorum et procuratorum prestabit eisdem Ambassatoribus et procuratoribus pro dicto domino Rege recipientibus in Civitate pisana fideiussores ydoneos et sufficientes de civitate pisana et quod ipsum comune pisanum a Kalendis Januarii proximo venturis ad annos duos proximo completos tantam omni anno in ipso termino duorum annorum eliget. IIII.^or^ potestates que sint de amore dicti domini Regis et parte ecclesie quas IIII^or^ potestates primi anni eliget hinc ad per totum mensem Augusti proximo venturum et nomine ipsarum IIII^or^ potestatum presentari faciet dicto domino Regi. et IIII^or^ potestates secundi anni eliget de alio mense Augusti tunc proximo et ipse dominus Rex habet potestatem quolibet predictorum duorum annorum acceptandi et confirmandi unam ex predictis IIII^or^ potestatibus quam voluerit et acceptaverit et

ille debet esse pisanorum potestas et debet iurare ad breve et statuta pisani comunis et populi et observabit statuta et ordinamenta omnia et singula comunis pisani et populi. Que non sint contra Romanam Ecclesiam quam acceptationem et confirmationem dictus dominus Rex facere debet quolibet anno quorum duorum annorum infra quindecim dies proximos a die presentationis ipsarum potestatum numerandos quod predicti duo anni computari debent in termino quo pisanum comune ex forma pactorum dudum initorum inter eum et dictum dominum Regem tenetur eligere potestates de amicis dicti domini Regis Sicilie et Vicarii Imperii. et parte ecclesie et in gibellinis extraneis expellendis de pisa et districtu et in habendo Capitaneum populi et potestatem de amore domini Regis et parte ecclesie et in aliis que in conventionibus continentur comune pisanum pacem observabit inter ipsum dominem Regem et eos olim habitam et tractatam iure singularium pisanorum in omnibus semper salvo. Quapropter predicti Ambassatores procuratores et nuncii. predicti domini Regis Sicilie et Vicarii Imperii procuratorio nomine pro dicto domino Rege Sicilie et Vicario Imperii per stipulationem Sollempnem convenerunt et promiserunt suprascripto orlando de nauacio Anciano et priori suprascriptorum Ancianorum. pisani populi pro comuni pisano recipienti sub eadem pena IIII^or^ milium marcarum argenti stipulatione premissa quod prestita predicta fideiussoria cautione predictarum duarum milium Unciarum auri uti superscriptum est ipsi Ambassiatores nuncii et procuratores predicti domini Regis Sicilie et Vicarii Imperii procuratorio nomine pro ipso domino Rege Sicilie et Vicario Imperii facient comuni pisano vel eius sindico pro ipso comuni recipere pro predictis duabus milibus unciarum auri finem et refutationem remissionem et generalem transactionem et pactum de non petendo et de non imbrigando decetero de predictis offensionibus a pisanis factis et penis illatis impositis post predictam pacem sique facte aut illate apparerent et earum occasione et omnibus aliis preteritis que ipsum dominum Regem Sicilie et Vicarium Imperii tangunt salvo in omnibus iure Singularium pisanorum et cartam inde ei facient pro comuni pisano recipere ita quod dicta pena IIII^or^ milium marcarum argenti si contingat committi soluta vel non Nichilominus contractus pacis iam habitus cum pena ibidem abiecta siqua est integraliter perseveret et sic pro predictis omnibus firmis tenendis et inviolabiliter observandis predicti contrahentes oscula pacis ad firmitatem omnium predictorum sibi invicem prebuerunt. Tenor vero predictarum litterarum domini Regis et mandati dictorum Ambassatorum et procuratorum dicti domini Regis talis est. Karolus dei gratia Rex Sicilie etc. Actum pise in domo ecclesiis Sancti Sepulcri presentibus dominis Comite Hugolino de Donoratico et Johanne Sodabi et Nicolao benigni Iudicibus. et Girardo de fapiano iuris professore anno domini. M°.CC°.LXXII° Indictione XV^a^. quarto Nonas. Iulii.

De predictis pactis et conventionibus factum fuit puplicum instrumentum continens tenorem conventionum et pactorum ipsorum. quod incipit. In nomine domini nostri Jhesu Christi amen. Anno incarnationis eiusdem M°CCLXXII°. die tertio Januarii prime indictionis Regnante domino nostro Karolo. etc. Regni eius anno octavo feliciter amen. Nos Berardus de Pacentro puplicus auctoritate imperiali notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocatus et rogatus presenti scripto puplico notum facimus Universis presentibus et futuris. quod predictus Magnificus princeps dominus Karolus dei gratia Rex Sicilie volens certificari de pactis et conventionibus factis nomine suo per magistrum philippum minutulum Canonicum Neapolitanum. et Alerarinum lavandarium civem placentie procuratores suos cum sindicis Comunis Pisani nomine eiusdem Comunis fecit vocari dictum magistrum philippum in sua presentia et iniunxit ei ut diceret veritatem plenarie de omnibus pactis et conventionibus que ipsi philippus. et Ale. socii fecerunt simul cum sindicis comunis pisani qui Philippus iuravit super sancta dei evangelia in presentia dicti domini Regis et predictis omnibus dicere veritatem. et dixit sub sacramento quod ipse philippus cum dicto Ale. fecit pacta et conventiones infrascripti tenoris et

nullas alias Tenor autem pactorum et conventionum talis est. In nomine domini Amen. Orlandus de Nauatchio etc.

Concluditur postea in fine Actum Neapoli in Castro Capuano Anno mense die et indictione predictis presentibus Venerabilibus et discretis Viris Guillelmo decano Sancti Petri virorum Johanne Archidiacono panormitano Petro de baiocis Canonico Cenomano. Nicholao boucello Canonico Turensi domino Robberto de lavena iuris civilis profexore. et Johanae de Maffiettis. Et ad maiorem certitudinem omnium premissorum dictus magister philippus huic instrumento sigillum suum apposuit in testimonium veritatis

Et ego Berardus de pacentro puplicus auctoritate imperiali Notarius de predictis mandato eiusdem domini Regis. et dicti Magistri philippi minutuli. inde feci presens publicum instrumentum Quod propria manu scripsi et solito sigillo signavi.

CIII.

Anno 1272. 30 Agosto 15ª indizione — Monteforte.

Re Carlo spedisce ordine a' doganieri del porto di Messina di pagare le spese a Fra Matteo di Castellammare dell' ordine de' Predicatori, inquisitore contro gli eretici nella Calabria ed in Sicilia, ed al suo socio e familiari.

Ivi Reg. Ang. 1272. A. n. 13. fol. 212 t.

Penultimo eiusdem (1) ibidem (2). Scriptum est dohaneriis cabellotis seu credenceriis dohane portus Messane anni prime indictionis proximo future ut fratri Matheo de castro maris ordinis fratrum predicatorum inquisitori heretice pravitatis per totam Calabriam et Siciliam a sancta romana ecclesia constituto vel eius certo nuncio ad requisitionem suam de pecunia curie officii vestri que est etc. exhibere sine difficultate qualibet debeatis expensas pro se uno fratre socio suo uno notario tribus servientibus et equis suis ad rationem de tarenis auri septem et granis decem ponderis generalis per diem pro toto presenti anno videlicet pro diebus trecentis sexaginta quinque pro primis mensibus septembris octubris novembris decembris ianuarii et februarii huius prime indictionis ad presens et deinde in antea usque per totum annum indictionis eiusdem ad rationem eamdem ita videlicet quod in principio cum requisiti fueritis ab ipso fratre solvatis ei simul pro omnibus supra enumeratis sex mensibus et deinde ad requisitionem eiusdem fratris solvatis eidem pro toto marcio aprile madio iunio iulio et augusto immediate sequentibus ita quod in principio ipsius mensis martii sit ei de tota quantitate expensarum ipsarum totius eiusdem anni integre et sine diminutione aliqua satisfactum. Non obstante etc. receptis etc. caventes ne deffectu expensarum huiusmodi tam pium et laudabile negocium quod per ministerium eiusdem fratris geritur impediri valeat vel differri quia preter indignationem nostri culminis quam propterea si in exhibendis eiusdem expensis moram aliquam commiseritis vel defectum incurretis penam dupli ipsius quantitatis pecunie quam de vestro proprio exigi proculdubio nostra curia demandabit.

---

(1) Augusti XVª indictionis.
(2) Apud Montefortem.

CIV.

Anno 1272. 2 Settembre 1ª indizione — Monteforte.

Re Carlo I spedisce suoi messi al re di Tunisi per esigere il tributo di questo anno.

Ivi Reg. Ang. 1269. A. n. 3. fol. 29.

Scriptum est Philippo de Tussiaco Regni Sicilie amirato. Cum de beneplacito excellentie nostre procedatur ut Adam morier noster in Sicilia Vicarius generalis. vel Johannes de Bullays senior aut Robertus infans dilecti milites familiares etc. ad partes Tunisii pro petenda et recipienda pecunia Camere nostre a Magnifico Rege Tunisii. secundum conventiones et pacta inter nos et predictum habita. pro presenti anno. prime indictionis debita. festinanter accedat Volumus et fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus statim receptis presentibus. galeam dictam viridem in portu brundusii prout credimus existentem. faciatis sive ibi sive alibi fuerit decenter armari. et muniri personis ydoneis et fidelibus. ac etiam victualibus. et aliis oportunis. ipsamque taliter armatam atque munitam ad portum trapani assignandam illi ex predictis militibus qui eam petierit pro huius negotio sine difficultate qualibet transmittatis. attentius provisurus. sicut nostram Caram habetis gratiam ne super hoc aliquam committatis negligentiam. vel defectum. cum exinde posset nobis dampnum. non modicum imminere. Et ecce Secreto Apulie per alias nostras litteras sub pena Centum unciarum auri. damus in mandatis. ut vobis ad requisitionem vestram pecuniam. panaticam. et alia ad hoc necessaria pro uno mense de pecunia officii sui. que est vel erit per manus suas omni mora occasione ac difficultate pospositis studeat assignare mandato aliquo quantumcumque expresso per quod huiusmodi mandati nostri executio. impediri vel differri valeat non obstante. Datum apud Montemfortem per eumdem (1). II° Septembris prime indictionis.

CV.

Anno 1272. 3 Settembre 1ª indizione — Monteforte.

Re Carlo I spedisce suoi ambasciadori al re di Tunisi per ricevere il tributo di quest' anno.

Ivi Reg. Ang. 1272. C. n. 15 fol. 109.

III° Mensis Septembris. prime Indictionis. Apud Montemfortem. Scriptum est Adde Morrier. Regni Sicilie Marescallo. In Sicilia Vicario Generali. dilecto militi etc. Cum nos de prudentia. fide. et legalitate tua plenam ab experto fiduciam obtinentes constituerimus te ac fratrem Jacobum de Taxy. priorem Domus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in Messana. Johannem de Bullays. Seniorem. Johannem de Lentino milites. Nicolaum

(1) Magistrum Symonem de Parisius Regni Sicilie Cancellarium.

da Lademonia de Panormo et Matheum de Riso fideles nostros. procuratores et nuncios nostros speciales. ad presentandos vos vel duos vestrum coram Magnifico Viro.. Rege Tunisii et ad petendum ac recipiendum ab eo. seu. Camerario ipsius totum Aurum quod idem Rex nobis tenetur solvere secundum pacta et conventiones que et quas facimus cum eodem. Nos volentes quod in huiusmodi negotio cum omni cautela qua convenit procedatur. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus duas bonas personas ad hoc idoneas in examinatione ac cognitione monete sufficienter expertas. ac duos bonos interpretes fideliores quos poteris invenire. unum videlicet de Panormo et alium de Messana queri sollicite facias. et pro eodem negotio tecum ducas attencius provisurus quod huiusmodi pecunia in qua nobis Rex predictus tenetur non recipiatur in miliarensibus. set pocius in duplicibus auri de miro. Si hoc poterit optineri. Volumus insuper et mandamus quatenus Robertum Infantem Justitiarium Sicilie ultra flumen Salsum dimittas in Siciliam Vicarium loco tui. qui quamdiu exinde absens extiteris exerceat idem huiusmodi officium Vicariatus. et quia nostra intencionis omnino existit ut tota Summa pecunie que recipietur hac vice a Rege predicto sine diminutione aliqua in nostra Camera integraliter assignetur tibi tenore presentium districtius inhibemus ne de illa pro aliqua causa quacumque urgente seú expressa quacumque minuas vel expendas seu minui aut expendi quoquomodo permictas. Cum alias super omnibus que sunt necessaria predicto negotio per Sicilie Secretum ac in ipsorum defensa. per eumdem Justitiarum mandamus sufficienter et congrue provideri.

CVI.

Anno 1272. 10 Settembre 1ª indizione — Monteforte.

Re Carlo I di Angiò ordina al Secreto di Terra di Lavoro di procedere alle formalità per l' apertura del testamento di Ruggiero dell' Aquila, di cui è esecutore Fra Tommasó d' Aquino domenicano (1).

Ivi Reg. Ang. 1269. n. 3. fol. 126.

Scriptum est Secreto Terre Laboris. Cum Venerabilis et Religiosus Vir frater Thomas de Aquino. ordinis predicatorum testamenti quondam Rogerii de Aquila executor existat. Volumus et tue fidelitati precipiendo mandamus quatenus viso testamento dicti Rogerii. de mobilibus ipsius Rogerii presentibus et futuris predicto fratri Thomasio tanquam executori testamenti supradicti iuxta formam testamenti ipsius ut eius voluntas et dispositio celeriter valcant adimpleri. sine alicuius difficultatis obstaculo responde procures. Recepturus de eo quod sibi dedis ydoneam apodixam iure nostro in omnibus semper salvo. Datum apud Montem Fortem. X. Septembris. prime Indictionis.

---

(1) Costui è il tanto illustre santo Tommaso d' Aquino, detto l' *Angelico dottore*.

CVII.

Anno 1272. 13 Settembre 1ª indizione — Monteforte.

Re Carlo I di Angiò prende a servire nel suo esercito il suo consanguineo Baldovino imperadore di Costantinopoli con tutta la sua comitiva, assegnandogli 2445 once di oro e 15 tarì annui, da pagarglisi in 4 rate trimestrali.

Ivi Reg. Ang. 1272. C. n. 15. fol. 202.

XIIIº Septembris prime indictionis aput Montemfortem. Scriptum est Tenore presentium notum esse volumus universis quod Nos attendentes presentiam Excellentissimi et Magnifici Principis. B. Dei gratia Imperatoris Constantinopolitani carissimi Consanguinei nostri et totius Comitive sue. nobis esse honorabilem. utilem et acceptam. pro Gagiis hospitii sui et undecim militum morantium cum eodem. ita quod quilibet eorum habeat Scutiferum unum armatum. Milone de Galathas vexillifero pro duobus militibus computato. de proventibus Regni nostri annuatim in unciis auri duobus milibus Quadringentis Quatraginta quinque et tarenis quindecim. dividendis per quatuor terminos anni incipientis. a primo Septembris huius prime Indictionis. de tertio in tertium mensem successive usque ad nostre beneplacitum voluntatis. sibi duxerimus providendum. Ita quod de summa ipsa per Justitiarium terre Bari uncie auri Sexcente undecim ac tareni undecim. et grana quinque. et per Justitiarium Basilicate totidem uncie tareni et grana. per Secretum vero Apulie uncie auri Mille ducente viginti due. tareni viginti duo. et grana decem. eidem Imperatori vel suo nuntio annis singulis persolvantur. et quod in fine cuiuslibet anni. quamdiu in societate nostra in Regno nostro. vel extra Regnum moram trahet. eidem Imperatori vel suo nuntio pro parte sua de predictis duobus Milibus Quatringentis Quadraginta quinque unciis. et tarenis quindecim. integre satisfiat. In cuius etc.

CVIII.

Anno 1272. 20 Ottobre 1ª indizione — Napoli.

Filippa di Antiochia moglie di Manfredi Maletta è tenuta in carcere sotto vigile custodia.

Ivi Reg. Ang. 1272. B. n. 14. fol. 143 t.

Item scriptum est Luchisino de florentia. capitaneo Aquile etc. Insistentibus aput nos pluribus pro liberatione Nobilis mulieris philippe uxoris manfredi malette. ac petentibus eam. nobili viro fortibrachio de Romania. dilecto etc. custodiendam commicti. nos ipsam secundum infrascriptam formam providimus custodie ipsius fortibrachii committendam. videlicet. quod ipse fortibrachius tibi recipiente nostro nomine promittat et se sollempniter obliget. quod ipsa philippa. de sua custodia sine nostro speciali mandato vel licentia non recedet. set eam ad mandatum nostrum in custodiam nostram

reducet. quodque ipsa dum in sua erit custodia. viro suo non mittat litteras. vel nuncios. aut pecuniam. neque sibi consilium. aut auxilium aliquod exhibebit. nec etiam recipiet ab eodem. neque cum ipso. aut aliquo alio tractabit. vel praticabit. aliquid. quod in dampnum aut dispendium nostrum vel Regni nostri. aut nostrorum fidelium valeat redundare. pro quibus omnibus observandis obligabit tibi nostro nomine totam terram specialiter quam tenet in Regno. et generaliter aliam terram suam ubicumque consistat et super obligatione huiusmodi conficietur publicum Instrumentum. per manus notarii publici. ut moris est eiusdem fortibrachii sigilli munimine roboratum. igitur volumus et mandamus quatenus obligatione huiusmodi a predicto fortibrachio cum consilio nobilis viri petri domini bellimontis etc. quem super hoc requiras si poterit interesse et aliorum sapientum nostrorum fidelium sub premissa forma. sollempniter nomine nostro recipias. et de obligatione ipsa confici facias Instrumentum publicum per manus notarii roboratum. sigillo predicti fortibrachii. prout super est expressum. quod ad presentiam nostram mittas actentius provisurus ne de sollempnitatibus in obligatione huiusmodi adhibenda. aliquid omictatur. Datum ibidem (1) ut supra.

CIX.

Anno 1272. 20 Ottobre 1ª indizione — Napoli.

Filippa di Antiochia moglie di Manfredi Maletta è rigorosamente custodita in carcere.

Ivi Reg. Ang. 1272. B. n. 14. fol. 143.

Item scriptum est Nobili Viro fortibrachio de Romania dilecto consiliario etc. Insistentibus aput nos pluribus. pro liberatione nobilis mulieris philippe uxoris manfredi malette. ac petentibus eam. tibi custodiendam commicti. nos ipsam secundum infrascriptam formam providimus tue custodie committendam. Videlicet quod tu luchisino de florentia capitaneo Aquile. dilecto militi etc. recipiente nostro nomine permittas et te sollempniter obliges. quod ipsa philippa de tua custodia. sine nostro speciali mandato vel licentia non recedet. set eam ad mandatum nostrum in custodiam nostram reduces. quodque ipsa dum in tua erit custodia viro suo non mittat litteras. vel nuncios. aut pecuniam. neque sibi consilium seu auxilium aliquod exhibebit. nec etiam recipiet ab eodem neque cum ipso. aut aliquo alio tractabit vel praticabit. aliquid. quod in dampnum aut dispendium nostrum vel Regni nostri. aut nostrorum fidelium valeat redundare. pro quibus omnibus observandis obligabis predicto capitaneo recipienti nostro nomine totam terram specialiter quam tenes in Regno. et generaliter aliam terram ubicumque consistat et super obligatione huiusmodi conficietur publicum instrumentum. per manus notarii publici. prout moris est tui sigilli munimine roboratum quibus peractis. predictam philippam tue tradi custodie faciemus. Datum Neapoli anno domini etc. mense octubris XX° eiusdem (*prime indictionis*).

---

(1) Datum Neapoli anno domini etc. Mense octubris XX° eiusdem prime indictionis.

CX.

Anno 1272. 22 Novembre 1ª indizione — Aversa.

Re Carlo I di Angiò restringe il numero de' giudici in Roma.

Ivi Reg. Ang. 1272. C. n. 15. fol. 65.

Scriptum est vicario urbis (1). Intellecto laudabili testimonio quod de fide ac legalitate Johannis porcarii. et Nicholai malaspine de urbe Judicum perhibetur volumus et fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus eosdem iudices cum aliis sex iudicibus forensibus. Judicibus palatinis. et non plures de urbe tecum studeas retinere. aliquo statuto ipsius urbis. contrario non obstante cum ipsi duo de urbe satis noscantur sufficere cum aliis sex forensibus supradictis. Datum Averse XXII° novembris prime Indictionis.

CXI.

Anno 1272. 7 Decembre 1ª indizione — Corfù.

Giordano di Sanfelice Vicario nell'isola di Corfù per re Carlo I di Angiò, manda al suo sovrano relazione della sua presa di possesso.

Ivi Reg. Ang. 1272. C. n. 15. fol. 171 t.

Sacre Regie Maiestati. Jordanus de Sancto Felice familiaris et miles suus ubique fidelis ac suus in Insula de Corpho Vicarius generalis osculum ante pedes Celsitudini vestre tenore presentium patefiat quod cum magna difficultate et maris impetu et ventorum quoque contrarietate una cum equitibus et peditibus meis sociis vestris stipendiariis brundusii inviti moram traximus longiorem ultimo Novembris primi preteriti presentis prime indictionis applicuimus in dictam vestram Insulam de Corpho et populo morante in Civitate et dicta Insula pro maiori parte insimul convocato ac mandato vestre Celsitudinis mihi per sacras vestras litteras assignato ibi a Judice Tadeo de Florentia dudum in eadem Insula vestro Vicario cum magna recepto reverentia et ab eodem populo ac pleniter intellecto predictus Vicarius mihi Castra vestra Corpho et dictam Insulam pro parte vestre Celsitudinis assignavit sequenti vero die Castrum novum de Corpho cum suis infrascriptis omnibus guarnimentis iuxta mandatum vestrum Guiardo servienti vestro pro parte vestri Culminis assignavi custodiam vero et curam castri Veteris de Corpho cum suis omnibus guarnimentis commisi Bertrando paludo pro parte vestre Eminencię una cum Judice supradicto cui Bertrando dudum custodia dicti Castri novi commissa fuerat per Judicem supradictum. Tertio vero die una cum predicto Judice Tadeo et Guiardo equitavimus in Castrum Sancti Angeli et ipsum Castrum cum suis

(1) Berardo de Rayano dilecto consiliario familiari et fideli nostro.

guarnimentis Frisoni de Marsilia dudum Castellano dicti Castri Veteris assignavi. Arma et guarnimenta dicti Castri Sancti Angeli sunt hec. In primis pancerie de ferro duodecim. Balista de cornu ad Tornum una. Baliste de cornu duorum pedum due. Baliste de cornu unius pedis IIII. Balista de ligno duorum pedum una. Cappellus de ferro unus. Arma Castri Veteris sunt ista. In primis pancerie de ferro decem et septem. Barbute de ferro sex. Collarii de ferro quinque Baliste de ligno duorum pedum novem. Baliste de cornu duorum pedum quatuor. Baliste de cornu ad tornum due. pavisii unius pedis de cornu tredecim. Baldenerii tres. Tornus de ligno unus. Cervellerie de ferro veteres tres. Helmus de ferro unus. Casie plene carrellis tres. Scuta decem. pavisii magni quatuor. Cappelline de corio quindecim. Par tubarum de here unum. Securis una de ferro. Catena una de ferro. Dextre de ferro tres. Par unum follium. Mallei de ferro duo. Par unum tenaclarum de ferro. Mola una. Paria ferrorum pro captivis tria. Molendinum unum cum toto apparatu. Guarnimenta Castri novi sunt hec In primis pancerie de ferro viginti due. Collarii de ferro tres. Manica de ferro una. Caliga de ferro una. Barbuta una. Balderii veteres sine trocis viginti duo. Baliste de ligno duorum pedum quinque. Baliste de cornu ad tornum due. Baliste de cornu duorum pedum due. Balista de cornu fracta duorum pedum una. Baliste de cornu unius pedis tres. Teleria Balistarum de ligno quinque. Arcus veteres de cornu quinque. Cassie plene carrellis decem. Torni de ligno duo. Scuta viginti unum. Pavisii magni quinque. Cappelli de ferro triginta unus. Cappellerie de corio cum viseriis de ferro tredecim. Palus de ferro unus. Ancore de ferro septem. Molendinum unum cum toto apparatu. Par follium unum. Jncus una de ferro magna et una parva. Mola ad acuendum una. Vegetinola una ad purganda arma. paria ferrorum pro captivis viginti. Dextra de ferro una. Acuti de ferro qui dicuntur perones Centum triginti quinque. Lammie de ferro fracte quatuor. Decolitra de ferro de miliaco et de extracto ducenta. Henses Rubiginosi sine vaginis decem. Stupparolorum de ferro. VII^m^. Acutorum parvorum de computo. VII^m^. Decalitri lini canapi duodecim. Par unum tubarum de here. Caldaria una magna. Perpuncti de panno pleni bombice decem. Que predicta Guarnimenta ego una cum predicto Guiardo recepi per manus Judicis Tadei predicti. de animalibus vero et aliis rebus que sunt de massaria vestra existentibus in Insula supradicta Maiestati vestre non possum aliquid scribere in presenti. quoniam in confectione presentium predicta animalia nondum mihi per predictum vicarium fuerant assignata, que quarto die post descessum meum in Insulam fuerunt conscripte occasione quod navis recedere intendebat. Noverit insuper vestra Sublimitas quod in Castro novo predicto recepimus infrascripta alia guarnimenta In primis pancerias de ferro novem. Barbutas de ferro tres. Par calligarum parvarum de ferro unum. paria cohopertarum de ferro duo. Paria gamberarum duo. Balistam unam de cornu ad tornum. Balistam duorum pedum de cornu unam. et aliam unius pedis. Par unum cohopertarum ad rete cum costeria de ferro. Cohopertarum de panno par unum. et unam testeriam de panno. Perpunctos de panno decem. Par lammiarum de ferro unum. Scuta viginti quinque. Cappellos de ferro tres. et Cappellinam de corio unam.

CXII.

Anno 1273. 26 Gennaio 1ª indizione — Sangermano.

Carlo I di Angiò spedisce ordine al Vicario, che Carlo suo primogenito tiene in Puglia, di non immischiarsi affatto in tutto quello riguarda i Castellani e gl' inservienti de' castelli di Monte S. Angelo e di S. Maria del Monte, ora che essi sono venuti in mano della Regia Corte.

Ivi Reg. Ang. 1272. C. n. 15. fol. 149 t.

XXVIº Ianuarii prime Indictionis aput Sanctum Germanum scriptum est Vicario Karoli primogeniti etc. in Apulia. Cum Castra Montis Sancti Angeli et Sancte Marie de Monte nuper ad manus curie nostre recepta faciamus nostro nomine custodiri. fidelitati tue per te precipimus fieri et exequi quatenus sicut nostram gratiam caram habes de Castris ipsis. Castellanis et servientibus ibidem morantibus et quibuscumque negotiis ad Castra Castellanos et servientes ipsa spectantibus te intromittere absque nostro speciali mandato aliquatenus non presumas. Datum ut supra.

CXIII.

Anno 1273. 20 Marzo 1ª indizione — Capua.

Carlo I di Angiò rimuove dall' uffizio di Castellano delle isole di Malta e del Gozzo Bertoldo de Real, e ne investe Roberto Caforio suo Vicario in quelle isole; però al de Real affida la custodia de' castelli con diversi poteri ed obblighi.

Ivi Archivio della Regia Zecca 1272-1276 vol. IV. n. 191.
Arca I. Mazzo 36. n. 16 fascicolo XIX.

Karolus dei gratia Rex Sicilie ducatus apulie et principatus Capue Alme Urbis Senator. Andegavie Provincie el Forcalquerii Comes. ac romani Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam ecclesiam vicarius generalis. Bertaldo de Real. Castellano castrorum Malte et Gaudisii fideli suo. gratiam suam et bonam voluntatem. Cum Robbertum caforium fidelem nostrum magistrum Insularum nostrarum Malte et Gaudisii et Camerarium usque ad nostrum beneplacitum. te exinde ammoto duximus. statuendum. fidelitati tue precipimus. quatenus de percipiendis et procurandis Iuribus et proventibus insularum ipsarum. nec non de procurandis massariis. animalibus et rebus aliis omnibus Curie nostre ibidem existentibus te nullatenus intromictas. Set ea omnia predicto Robberto assignes. per ipsum decetero ad opus nostre Curie procuranda. de quorum assignatione fieri facias tria puplica consimilia Instrumenta. quorum unum tibi retineas. Aliud magistris Rationalibus magne Curie nostre mittas. et tertium eidem Robberto debeas assignare. Commictimus tantum tibi castrorum ipsorum custodiam et quod de questionibus criminalibus et causis que penam sanguinis irrogant. tantum cognoscas et punias delinquentes.

iuxta qualitatem criminis et prout postulat ordo Juris. et si que composiciones seu transacciones in questionibus ipsis contigerit fieri inter partes. pecunia que promictetur a partibus in modum composicionis vel alio modo. eidem Robberto pro parte nostre Curie assignetur. et idem Robbertus teneatur exinde. nostre Curie ponere rationem. prout in commissione sua habet per nostras litteras in mandatis. Et quia pro Salubriori custodia castrorum ipsorum. servientes Centum quinquaginta ultramontanos ad presens propter Incursus Januensium et aliorum nostrorum hostium providimus deputari. De quibus servientes ultramontani quinquaginta per Vicarium Sicilie ad te transmitti precipimus. Quia alios Centum Intelleximus te habere quibus predictis quinquaginta servientibus per eumdem Vicarium gagia solvi mandamus pro itinere usque castrum fidelitati tue precipimus. quatenus servientes quinquaginta recipias. et una cum aliis Centum servientibus ad ipsorum castrorum custodiam deputes prout melius videris expediri. Rescripturus Camerario et magistris rationalibus. ac magistro balistariorum nomina et cognomina omnium predictorum. De solvendis vero gagiis tibi et servientibus ipsis eidem Robberto per easdem litteras nostras precipimus ut tibi per te de pecunia proventuum curie nostre exhibeant Gagia consueta. et servientibus ipsis. ad racionem de Turonensibus octo pro qualibet ipsorum per diem exhibeat de predictis proventibus iuxta statutum Curie Singulis tribus mensibus sicut alia castra solvuntur. vel ante si videris esse necesse. Actente Curans quod nullus alius serviens. in custodia castrorum ipsorum ponatur. nisi sit Ultramontanus. Volumus preterea et mandamus ut una cum predicto Robberto Caforio de singulis animalibus servis. et rebus aliis mobilibus. nec non Juribus et Redditibus. Insularum ipsarum. et Valore annuo earumdem. Inventaria tria fieri facias. quorum unum tibi retineas aliud Camerario, et tertium magistris Racionalibus magne nostre Curie debeas destinare. Datum Capue per Johannem de mesnilio panormitanum archidiaconum de mandato nostro tenentem locum magistri Symonis de parisius. Cancellarii regni Sicilie. a nostra curia nunc absentis. anno domini M.° CC.° LXX III.° mense marcii. XX° eiusdem. prime Indictionis Regni nostri anno octavo.

CXIV.

Anno 1273. 23 Marzo 1ª indizione — Capua.

Re Carlo I scrive ad Emiramominino Maometto re di Tunisi e Signore di Africa che avendo egli stabilito alcuni trattati col Comune di Genova, non solamente quel Comune non mantenne i suoi obblighi, ma gli recò altresì delle offese, nè si è curato di rendergli la dovuta soddisfazione, benchè spesso richiestone. Per la qual cosa avendo dichiarati suoi nemici i Genovesi, in forza del trattato fra loro stipulato, gli ricorda di dovere espellere da'suoi stati i Genovesi, e gli espulsi che ritornano, arrestarli.

Ivi Reg. Ang. 1272. B. n. 14. fol. 167.

✠ In nomine Sancte. et individue trinitatis. Patris. Fiiii. et Spiritus Sancti. Amen. Karolus dei gratia etc. Magnifico viro. hemiramominino. Machometto. Regi Tunisii. et domino Africe agnitionem veritatis. cum timore divini. nominis et amore.

ad Noticiam vestram presentium tenore deducimus quod cum Nos certas conventiones cum comuni Janue. haberemus. Capitanei dicti Comunis et Comune ipsum conventiones huiusmodi temerarie violantes. Nos et gentem nostram multipliciter offenderunt. nec curaverunt de offensis satisfacere sepius requisiti. Quare Nos eis tamquam puplicis hostibus indiximus. et fieri fecimus vivam guerram. Cum igitur ex conventione inter nos et vos habita teneamini nostros inimicos non permictere in terra vestra morari. Set exinde ipsos expellere ac expulsos. capi facere. si postmodum redierint. ad eandem. magnitudinem vestram requirimus et rogamus actente quatenus iuxta conventionem predictam. Januenses ipsos mercari. vel morari decetero in terra vestra nullatenus permictatis. Set eos expelli exinde. ac expulsos capi. si redierint faciatis. ita quod exinde vobis dignas referre gratias teneamur. Datum Capue. anno Domini. M°.CC°.LXXIII°. Die XXIII° Marcii prime Indicionis Regni nostri anno octavo.

CXV.

Anno 1273. 24 Marzo 1ª indizione — Nola.

Carlo I di Angiò fa consegnare al Castellano del castello dell'Uovo di Napoli il finto Manfredi, onde lo metta in ceppi e lo custodisca colla massima diligenza.

Ivi Reg. Ang. 1272. B. n. 14. fol. 160 t.

Scriptum est Castellano Castri Sancti Salvatoris ad mare de Neapoli. fidelitati tue districte precipimus quatenus captivum illum nomine Manfridum quem Nicholaus de urgeth. miles familiaris et fidelis noster tibi pro parte nostra duxerit assignandum ab eo recipiens. ipsum cum summa diligentia facias custodiri. et eum ponas in vinculis. sic quod de ipso. nullum possit evenire sinistrum quod absit. Datum nole XXIIII. marcii prime indictionis.

CXVI.

Anno 1273. 26 Marzo 1ª indizione — Negli accampamenti presso Monteforte.

Carlo I di Angiò scrive lettere commendatizie per Federico Spigri ambasciadore del re di Boemia, che viene a lui.

Ivi Reg. Ang. 1272. B. n. 14 fol. 167.

Scriptum est universis presentes litteras inspecturis etc. Noverint Universi quod Nos Friderico Spigri nuncio illustris Regis Boemie veniendi. morandi. et redeundi directe ad nostram presentiam una cum Raynono de Santorono familiari nostro latore presentium liberam concedimus facultatem. Rogantes amicos et subditis iniungentes

ne aliquis impedimentum aliquod predictis venientibus inferre presumat. Set eis adsistant in quibus poterint auxilio. consilio oportunis. favorabiliter et benigne. Datum in Castris prope montem fortem. XXVI°. Marcii prime Indictionis.

CXVII.

Anno 1273. 13 Aprile 1ª indizione — Foggia.

Carlo I di Angiò scrive al Secreto di Puglia che permetta al nunzio del Duca di Patera di vendere mille libbre di seta liberamente in quella provincia senza pagamento di diritti fiscali.

Ivi Reg. Ang. 1274. B. n. 21. fol. 18 t.

Scriptum est Secreto Apulie. fidelitati tue precipimus quatenus nuncium Egregii Viri Ducis Patere karissimi amici nostri mille libras Sete ipsius Ducis libere in partibus Jurisdictionis tue vendere absque iure aliquo paciaris. quem etiam nuncium permittas emere in Jurisdictione ipsa alias merces licitas Jure curie nostre debito et statuto pro ipsis mercibus exoluto. Datum Fogie. per Johannem (1) etc. XIII° Aprilis prime indictionis.

CXVIII.

Anno 1273. 5 Maggio 1ª indizione — Trani.

Ivi Reg. Ang. 1269 A. n. 3. fol. 139.

Carlo I di Angiò fa quietanza a' suoi ambasciadori per le somme ricevute dal re di Tunisi tanto pel tributo di questo anno, che per la guerra combattuta contro Tunisi.

Karolus etc. Notum facimus universis quod Religiosus vir frater Jacobus de Taxis prior hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in Messina. Johannes de lentino et Mattheus de Riso milites et fideles nostri missi olim una cum Roberto infante Justitiario Sicilie ultra flumen salsum et Nicolao de Lademonia de Panormo fidelibus nostris. per Excellentiam nostram ad magnificum Virum hemiramomininum machumettum Regem Tunisii et dominum Africe pro petendo et recipiendo ab eo vel Camerario suo toto auro quod idem Rex nobis solvere tenebatur secundum pacta et conventiones que fecimus cum eodem tam ex eo quod ipse ac sui antecessores consueverunt mittere Regibus Sicilie et Frederico quondam Romanorum Imperatore quod debemus recipere duplicatum. quam etiam tertia parte nos contingente de quantitate debita per Regem eundem. magnifico principi domino philippo Regi francorum karissimo domino et nepoti nostro Nobis aliisque nobilibus ac Baronibus qui cum ipso Rege in obsidione Tunisii

(1) De Mesnil.

extiterunt. Assignaverunt in camera nostra. die lune primo et sequenti die martis presentis mensis madii huius prime indictionis apud Tranum tam pro parte sua quam predictorum sociorum suorum de curia nostra tunc absencium. Magistro Nicolao Bucelli. dilecto clerico. thesaurario consiliario et familiari nostro ac magne curie nostre magistro Rationali. nomine et pro parte dicti Regis Tunisii de predicta tertia parte nos contingente. certam quantitatem millarisiorum et placcarum de Argento pro unciarum auri decem et septem milibus et quingentis ad generale pondus Regni nostri Sicilie ad rationem videlicet de quinquaginta Turnensibus grossis de Argento in pondere pro uncia auri una eiusdem ponderis nec non et in millarisiis de Argento Bisantiorum triginta triamilia trecentas triginta tres et tertiam partem unius Bisantii missa nobis ab eodem Rege ad rationem de millarisiis decem pro uno Bisantio pro Tributo presentis anni dicte prime indictionis ut dixerunt nuncii supradicti. In cuius Rei memoriam et ipsorum Nunciorum cautelam presentes sibi de predicta pecunia in nostra Camera sicut superius distinguitur assignata fuit et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri Datum Trani per Johannem de mesnilio Arch.m panormitanum. Regni Sicilie vicecancellarium anno domini M° CC LXXIII V° madii prime indictionis.

CXIX.

Anno 1273. 9 Maggio 1a indizione — Trani.

Carlo I di Angiò avendo ricevuto lettere da Giovanni figliuolo del defunto imperadore Ascalo, con le quali dandogli notizia di essere fuggito dalle mani del Paleologo, desidera portarsi a dimorare ne' suoi Stati, si congratula con lui di essere campato da tanto pericolo, e che a suo talento potrà venire a dimorarvi.

Ivi Reg. Ang. 1269. A n. 3. fol. 63.

Scriptum est Excellenti viro Johanni filio quondam Imperatoris Ascali dilecto Amico etc. Gratanter recepimus vestras litteras quas per Calogero patrem vestrum in Christo nobis noviter destinastis et intellecto tam per litteras quam per nuntium quatenus omnipotens Dominus sua miseracione vos eruit de Palleologi faucibus. vos crudeliter persequentis letati sumus quamplurimum dignas exinde laudes altissimo referentes. Et quia idem Calogerus cui per nos super referendis ex parte vestra credi petistis. nobis ex parte vestra retulit vos habere propositum ad nostram presentiam veniendi atque morandi nobiscum. sic vobis duximus respondendum quod gratum gerimus et acceptum ut salvi atque securi et veniatis ad nos et in terris nostris moremini ac exinde recedatis. quotiescunque et quandocunque de vestra processerit voluntate ut autem de hiis habeatis certitudinem pleniorem has nostras patentes litteras etc. Datum Trani VIIII Madii prime Indictionis.

CXX.

Anno 1273. 18 Maggio 1ª indizione — Pescara.

Carlo I. di Angiò dona alcune terre nella Valle di Ebu a Sebasto Paolo Gropa in compenso di servizi prestati e che presterà.

Ivi Reg. Ang. 1269. A. n. 3. fol. 4.

Karolus etc. per presens privilegium notum facimus universis tam presentibus quam futuris. quod nos attendentes grata et accepta servitia que Nobilis Vir Sevasto paulus Gropa fidelis noster serenitati nostre devotus exhibuit et exhibiturum in postremo speramus eundem Casalia Radicis maioris et radicis minoris. nec non Cobochetes Zuadigoriza. Sirclani et Craye. Zessizan sitam in valle de Ebu. dummodo non sint de pertinentiis Regni nostri Albanie neque Regni Servie. nec terrarum datarum in dotem per quondam Michaelem despotum quondam Elene filie sue. uxori quondam Manfridi olim principis Tarentini. nec excedant valorem annuum quadringentorum yperperorum damus concedimus et donamus in perpetuum de liberalitate mera et gratia speciali eidem Sevasto paulo et eius heredibus de ipsius corpore legitime descendentibus natis iam et nascituris sub servitiis usibus et consuetudinibus Imperii Romanie. ut autem huius nostra donatio et concessio plenum robur obtineat firmiter. presens privilegium fieri et aurea bulla typario maiestatis nostre impressa iussimus communiri. Datum piscarie per Johannem de Manellis etc. XVIII. Madii. prime indictionis.

CXXI.

Anno 1273. 8 Giugno 1ª indizione — Orvieto.

Carlo I. di Angiò loda i magnati ungaresi per la fede serbata al defunto loro re Stefano, e li incita a continuare la loro affezione verso Ladislao novello loro sovrano, promettendo rimunerazioni corrispondenti ai servigi che presteranno.

Ivi Reg. Ang. 1269. A. n. 3. fol. 90 t.

Scriptum est Magnifico viro Albret et aliis Nobilibus Cumanis dilectis amicis suis etc. Multiplicibus offerimus laudibus fidelitatis vestre constantiam quam et erga clare memorie Dominum S. (1) Illustrem Regem Ungarie servavistis et servatis etiam incensanter erga iuniorem Dominum Regem Landizlaum heredem ipsius filium carissimum strenue sibi atque potenter contra hostes pronptis animis assistendo. super quo licet vestrum impleatis debitum quoeidem Juniori Regi. nationis indentitas. vos astringit. Nos tantum qui honorem et exaltationem ipsius nec aliter quam nostros prosequamur constituimus vobis exinde specialiter debitores. proponentes autore Deo. collata et conferenda. per vos nobis in ipso Rege servantia condignis retributionibus iuxta meri-

(1) Stefano.

torum vestrorum exigentiam compensare. de impediendo autem per nos. dicto Regi subsidio contra hostes scire vos volumus quod sicut per nostros frequentes nuncios et litteras iam respondimus. parati semper sumus. de gente ac rebus nostris magnifice ac potenter ei succurrere quotiescumque fuerimus requisiti. Rogantes devotionem vestram attentius et ortantes. quatenus solitos. vestre ferventis fidei. ad dictum Regem affectus. pariter et effectus. indesinenter continuare curetis sicque vos in omnibus ad incrementum honoris eius spectantibus indefensis. studiis exercere. quod et apud ipsum et nos etiam pro multiplicatis meritis. multiplicetur vobis cumulus premiorum Datum apud urbemveterem VIII° Junii prima indictionis.

CXXII.

Anno 1273. 18 Luglio 1ª indizione — Firenze.

Carlo I. di Angiò ordinò citarsi il signor di Prata ed altri che combattettero per Corradino contro di lui.

Ivi Reg. Ang. 1272. B. n. 14. fol. 113 t.

Scriptum est potestati senensi etc. Cum domini prate de marenama. olim in conflictu habito in valle. arni contra marescalcum et gentem nostram cum gente quondam Corradini. aliisque rebellibus Sancte Romane ecclesie atque nostris. ac postmodum in exercitu de colle contra vicarium nostrum in tuscia et alios ipsius ecclesie nostrosque fideles personaliter processisse. dicantur. fidelitati tue etc. quatenus dominos predictos ex parte nostra peremptorie citare procures ut VI° die post citationem tuam personaliter compareant coram nobis super huius excessibus nostris mandatis et beneplacitis parituri. diem citationis etc. Datum Florentie XVIII. Julii (*prime indictionis*).

CXXIII.

Anno 1273. 7 Agosto 1ª indizione — Siena.

Re Carlo I. di Angiò ordina che Margarita sua figliuola ed il piccolo Carlo suo nipote, figliuolo del Principe Carlo suo primogenito, dal castello del Salvatore a mare di Napoli passino ad abitare in quello di Lucera.

Ivi Reg. Ang. 1269. A. n. 3. fol. 100 t.

Scriptum est Castellano lucerie Christianorum fideli suo etc. Cum velimus Margaritam filiam nostram et Karolum parvulum filium Karoli primogeniti nostri etc. nepotem nostrum de Castro Salvatoris. ad mare de neapoli ad Castrum nucerie Chri-

stianorum transferri. moraturos ibidem fidelitati tue. precipiendo mandamus quatenus filiam et nepotem predictos honore quo decet recipere studeas. et tractare ac circa ipsorum. curam et sollecitudinem adhibeas diligenter. Datum Senis. VII° Augusti prime indictionis.

CXXIV.

Anno 1273. 5 Settembre 2ª indizione — Montefiascone.

Carlo I. di Angiò fa preparativi per celebrare in Foggia gli sponsali di Beatrice sua figlia con Filippo da Courtenay figliuolo primogenito di Baldoino imperadore di Costantinopoli.

Ivi Reg. Ang. 1272. B. n. 14 fol. 183.

Scriptum est eidem Justitiario (1) Cum karissima filia nostra B. (2) primogenito Illustris Constantinopolitani Imperatoris tradere decrevimus in uxorem. nuptiarum sollempnia in quindena proximi futuri mensis octobris apud Fogiam celebrare volumus et fidilitati tue precipiendo mandamus quatenus quadraginta milia scutellarum lignearum sic festinanter apud alifium fieri facias et emas pretio quo poteris meliori de pecunia presentis generalis subventionis seu quacumque alia curie nostre pecunia que est vel erit penes manus tuas etiam si oportetur te ad hoc de proprio mutuare. quod infra tres edomadas a data presentis mandati scutellas huiusmodi cuicumque mandabimus possis infallibiliter assignare. provisurus attente sicut indignationem nostram desideras evitare quodquod facere debeas. quod nullomodo deficias in premissis. Datum apud Montem Flasconem per Joannem venerabilem Panormitanum Archiepiscopum. Regni Sicilie Vicecancellarium. V° Septembris II° Indictionis.

CXXV.

Anno 1273. 5 Ottobre 2ª indizione — Alife.

Carlo I. di Angiò divide il Giustizierato di Abruzzo in due, cioè al di quà ed al di là del fiume Pescara.

Ivi Reg. Ang. 1272 B. n. 14. fol. 174 t.

Die Jovis. quinto Mensis octubris. secunde indictionis apud Alifiam de mandato domini. Regis. Justitiariatus Aprutii divisus est in duas partes videlicet a flumine piscarie citra. factus est Justitiarius. Petrus de Tyunvilla. pro ut in commissione sua denotatur. que commissio. scripta est in quaterno extravagantium infra Regnum. sub datum Alifie. V.° octubris II° indictionis. et ultra flumen piscarie. factus est Justitiarius egidius de Sancto liceto. pro ut in commissione sua similiter continetur.

(1) Terre Laboris et Comitatus Molisii. (2) Beatrice.

CXXVI.

Anno 1273. 27 Ottobre 2ª indizione — Foggia.

Carlo I. di Angiò fa quietanza al milite Ugo Eraldo Castellano del Castello di Monte S. Angelo per avere egli consegnato in Foggia al regio tesoriere tutti gli oggetti mobili di pertinenza di Filippa di Antiochia ora defunta in quel castello, moglie del proditore Manfredi Maletta *olim* detto Conte Camerario.

Ivi Reg. Ang. 1273 A. n. 18 fol. 254 t.

XXVII.° eiusdem octubris (1) apud Fogiam Scriptum est. Tenore presentium notum facimus universis quod Hugo Eraldi miles Castellanus Castri Montis Sancti Angeli fidelis noster. presens in Curia vicesimo quarto die presentis mensis octubris secunde indictionis apud Fogiam. Assignavit in Camera nostra. Venerabili viro Magistro Nicolao Boucello etc. res subscriptas ob obitum quondam philippe de Antiochia uxoris Manfredi Maletti olim dicti Comitis Camerarii proditoris nostri. que in dicto Castro detinebatur ad manus nostre Curie per excadentiam devolutas. et habitas per predictum Castellanum. sicut ipse idem dixit videlicet Corrigias (2) de argento tres ponderis novem marcharum duarum unciarum et decem sterlingorum. octoginta boctones de pernis parvis sine caudis (3) Boctones septuaginta novem de ambra superdeoratos. et subscriptas alias res fere consumatas vetustate et modici vel quasi nullius valoris. videlicet corrigiatas (4) paria duos de serico. Nodellos (5) octoginta de ambra nigra. Cirothecarum (6) paria duo de serico. panniculum lineum unum. quod vocatur exemplar tordurarum. pro duabus. pettem (7) unum de ebore. pannum de virmilione pro coportorio uno. corrosum vermibus. linteamina (8) septem. Cofanos (9) duos vacuos. Cultram unam punctitam (10) mataracium et capitale (11) unum de Bombice. Carpitas (12) duas. Concas duas de ere alteram silicet magnam et alteram parvam. Coqueniardum (13) de ere unum. Bocallia parva duo pro danda aqua ad lavandum manus et Bonettam (14) unam magnam. In cuius rei memoriam etc.

CXXVII.

Anno 1274. 10 Febbraio 2ª indizione — Lecce.

Capitoli per la inquisizione contro tutte le autorità ed uffiziali dello Stato.

Ivi Reg. Ang. 1272. B. n. 14. fol. 227.

Capitula inquirenda. contra Vicarios. Justitiarios. Secretos. Vicesecretos. Magistros portulanos. et alios sub officiales. eorum statutos. olim in Sicilia ultra flumen salsum. Videlicet.

---

(1) Secunde indictionis. (2) Coregge, Cinte. (3) Senza pedicino. (4) Strisce, cinte. (5) Bottoncini. (6) Guanti. (7) Pettine. (8) Lenzuola. (9) Casse, forzieri. (10) Coperta imbottita. (11) Capezzale, Guanciale lungo quanto la larghezza del letto. (12) Carpite, ossia coperte da letto vellose. (13) Cogoma, cioè vaso da scaldare le bevande. (14) Caffettiera.

Inquiratur de Vicariis. Justitiariis Secretis Vicesecretis. Judicibus et Notariis eorum executoribus prisoneriis familiaribus collectoribus et aliis officialibus. quibuscumque. ipsorum quantum receperunt tempore officii eorum sive ipsi sive subofficiales sui. et qui officiales. et a quibus. ex qua causa. et a quibus. terris et locis. ab anno videlicet decime Indictionis proximo preterite usque per totum annum prime indictionis distincto tempore uniuscuiusque officialis et distincta provincia. unicuique decreta. et generaliter inquiratur. de omni pecunia. animalibus. vasis argenteis. Joyettis armis. pannis de seta. Servis victualibus. et rebus aliis quibuscumque.

Item si mutua fuerunt contracta per aliquos ipsorum quo tempore et quantum. et a quibus personis. terris et locis. et si restituta. fuerunt in tempore vel in totum. et quibus fuerunt restituta et quantum.

Item quantum receperunt pro superfluo pondere. et pro conficiendis et sigillandis. quaternis apodixis et litteris et a quibus.

Item si ipsi. vel subofficiales vel familiares eorum intulerunt aliquas iniurias molestias vel oppositiones contra Justitiam. Universitatibus quibuscumque seu aliquibus specialibus personis.

Item si aliqua bona. manifestorum proditorum stabilia sive mobilia. occupata sunt per aliquos et aquibus et qua bona. et cuius valoris. sint. per annum ipsa bona stabilia.

Item Inquiratur contra Secretos. pro quanta pecunie quantitate. tempore officiorum concesserunt singula Jura nostra. et quibus et si diminuerunt quantitatem pecunie pro qua primo concessa erant et mutaverunt pacta in Curie. lesionem. etsi in locatoribus ipsorum Jurium observaverint solemnitates consuetas.

Item si solverunt integre. decimas prelatis. an non et in quantum augumentatoribus vel non et quibus.

Item si officiales nostri solverunt in totum vel in partem ea que emptores curie Karissimi nepotis nostri Regis Francie et aliorum dominorum emerunt pro usu eorum et gentis sue olim dum per partes ipsas transitum habuimus cum eisdem.

Item Inquiratur contra Magistros portulanos et portulanos si fecerunt extrahi aliquam victualium quantitatem et quantam de portubus sive de non portubus decrete eis provincie. In quibus vasellis. et quibus personis extrahentibus et quantum habuerunt et a quibus pro Jure exiture. et pro litteris et apodixis.

Item quod et quantum habuerunt ipsi vel dohanerii tam salis quam aliarum dohanarum et a quibus pro expeditione vassellorum aliquorum que forte detenta fuerunt occasione alicuius inhibitionis facte per Curiam vel alia tam per eos et quantum habuerunt de naufragiis et de quibus vassellis.

Item si alique possessiones curie nostre indigent reparationes. que et qua. Datum licii. per Magistrum G. etc. X°. februarii II° indictionis (1).

---

(1) Simili Capitoli e con la stessa data Carlo fa per il Giustizierato di Sicilia citra. Ivi fol 227.

Simili Capitoli, meno l'articolo dove parla del re di Francia, fa per i giustizierati di Principato e Terra Beneventana, di Abruzzo citra, di Abruzzo ultra, di Terra di Lavoro e Contado di Molise, di Terra di Bari, di Terra di Otranto, di Valle del Crati e Terra Giordana, di Calabria, di Capitanata e dell' Onore di Monte S. Angelo, e di Basilicata. Datum Trani per eumdem G. XXVIII° Aprilis II° indictionis. Ivi fol. 261.

CXXVIII.

Anno 1274. 29 Marzo 2ª indizione.

Statuto fatto da Carlo I. di Angiò per le paghe delle milizie.

Ivi Reg. Ang. 1273. A. n. 18. fol. 172 il 2º t.

Statutum Regis super stipendiariorum tale est videlicet quod dominus Rex vult quod quilibet miles gallicus qui habebit quatuor equos et vallettum armatum. habeat quatuor Uncias. per mensem et qui non habebit Scuterium armatum non habebit nisi tres uncias et habebit. tres equos quorum unus erit cohopertus. Scuterius Gallicus qui habebit duos equos quorum unus sit ad arma habebit duas uncias per mensem. Qui vero non habebit nisi unum equum non recipiet nisi unam unciam Illo equo tamen existente sufficienti. Et si sint duo Scuterii qui velint habere tres equos placet Regi et eis dabuntur tres uncie per mensem. Milites ad Bancriam habebunt Otto uncias per Mensem.

Milites terrerii Regis tam magni quam alii qui morantur in Curia per mandatum Regis habebunt duas uncias per mensem quanto tempore erunt in Curia et de hoc credentur per iuramentum suum.

Alii vero terrerii qui sunt in Curia sine mandato Regis nulla habebunt stipendia set poterunt commedere ad Curiam si placet eis.

Equi Stipendiariorum appretiati erunt tali modo. Scuterius habens unum equum et dimidium habebit equum valentem quatuor uncias ad minus. habens vero duos equos habebit equum pretii quinque unciarum. ad minus.

Miles sine Scuterio armato habebit equum pretii otto unciarum ad minus Et miles habens Scuterium armatum habebit equum pretii decem unciarum ad minus.

Stipendiarii examinabantur hoc modo. Primo Stipendiarii et eorum Asenarii iurabunt quod stipendiarius qui iurat moratus fuit continue in servitio et societate Regis nisi habuerit licentiam per Marescalcum eundi foras et quod servierunt videlicet Scuterius ad duos equos et miles ad Quatuor equos cum Scuterio armato et pro omnibus diebus quibus fuerunt foras sine licentia Marescalli non recipientur Stipendia. Et pro quolibet equo deficiente de numero supradicto retinebitur unus tarenus pro quolibet die et quod non offendant equum nisi eorum proprios equos.

Item iurabunt quod nichil capient in Regno nec cibaria nec res alias violenter. Et si inveniretur contrarium punientur sicut disrobatores.

Item iurabunt quod non recedent de Regno sine speciali mandato domini Regis.

CXXIX.

Anno 1274. 20 Luglio 2ª indizione — Lagopesole.

Capitoli del trattato di pace tra Carlo I. di Angiò ed il Comune di Asti.

Ivi Reg. Ang. 1274. lettera B. N. 20. fol. 73 t.

Hec sunt Capitula sub quibus concordia tractari poterit per Philippum de Lagunessa Senescalcum nostrum Lombardie et Robertum de Laveno iuris civilis professorem Consiliarios et familiares nostros nostro nomine. inter nos ex parte una et Astenses qui in discordia sunt nobiscum ex altera.

In primis.

Si Astenses nostris vel nostrorum pro parte nostra Officialium manibus Marchionem montis ferrati et yspanos Captos assignabunt quoque conventiones nobiscum facient sicut Albanenses fecerunt. Castra et fortellicias quelibet ipsorum nostris resignando manibus. nos Astenses eosdem ad nostram recipiemus gratiam et Amorem. et prisiones Astenses sub potestate nostra sistentes faciemus a carcere liberari.

Quod si hidem Astenses prefatos Marchionem et yspanos capere et nobis ut dictum est assignare nollent. Aut forte non possent factis pro eis conventionibus pro ut Albanenses fecerunt ac assignatis in potestate nostra Castris et fortelliciis omnibus. soluta quoque per ipsos nobis aliqua magna pecunie summa que debetur esse bona propter magnas expensas quas in Guerra fecimus ad gratiam nichilominus et amorem nostrum recipiemus eosdem. et prisionerios ipsos liberari faciemus ut superius est expressum.

Si vero prefati Astenses alterum predictorum duorum Capitulorum adimplere voluerint placet nobis ut prefati Philippus et Robertus cum eis compositionem faciant ut est dictum. et ad nostram illos recipiant gratiam et amorem. non est intentionis nostre quod aliqua pacta vel conventiones fiant cum eisdem Astensis nisi alterum predictorum duorum Capitulorum per totum adimpleatur. ad hoc quod debeant firmari nobis inconsultis quantumcunque meliora pro nobis pacta et conventiones iidem Philippus et Robertus possint facere cum eisdem. placet nobis quod addantur aliqua si eis videantur utilia ultra alterum Capitulorum ipsorum set nichil eosdem mutare vel minuere volumus in predictorum duorum Capitulorum altero nostra conscientia inconsulta.

Item si predicti Astenses alterum duorum primorum Capitulorum adimplere nollent vel forte non possent et vellent alios tractatos facere et offerre aliquid quod eisdem Philippo et Roberto videatur fore conveniens tractent cum illis ac faciat quod melius pro nobis videbitur tamen nichil inde firment nostra conscientia inconsulta. set rescribant nobis totum quod fecerint cum eisdem. ac rationes que eos in hac parte movebunt. ut informati per illos super hoc melius respondere ipsis et plenius valeamus. ligent quod eosdem Astenses pro ut melius poterunt. dando obsides vel Castra. vel magnam pecuniam in sequestro ponendo. ita quod non possint a tractatu per eosdem Philippum et Robertum cum illis hinito resilire. si nobis tractatum ipsum placeat acceptare. quod si nobis nequaquam placeat permittant eis bona fide restituere obsides. Castra. et pecuniam sequestratam et si tractatus ipse nobis placeat et Astenses vellent ab ipso forsitan resilire. obsides. Castra. et pecuniam sequestratam volumus tanquam nobis cessa ex vi pacti quod interponi volumus tradi nobis et nostris manibus resignari. Datum apud Lacumpensilem. per magistrum Guillelmum. XX°. Julii. II° indictionis.

CXXX.

Anno 1274. 11 Agosto 2ª indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò concede libera uscita dal porto di Trani e di Brindisi a Costantino Ianni ambasciadore del Duca di Patera, il quale mena seco 40 cavalli ed altro.

Ivi Reg. Ang. 1273. A. n. 18. fol. 108 t.

Scriptum est eidem Ursoni Rufulo Magistro procuratore et portulano in Apulia etc. Fidelitati tue presentium tenore precipimus quatenus latorem presentium Constantinum de Janni nuntium Magnifici Viri Calo Johannis Ducis Patere dilecti amici nostri

ad eundem Ducem de nostra licentia redeuntem transire cum familia et rebus suis et extrahere de portu Trani et Brundusii in Vassello conducendo per eum equos. XL. et pro annona ipsorum ordei salmas. XL. nec non pannos pro vestibus suis et familie et fenum libere et sine molestia qualibet patiaris. proviso. quod maior equorum numerus et maior ordei quantitas vel aliqua alia prohibita nullatenus extrahantur, Datum apud Lacumpensilem. per M. G. (1) XI° Augusti II° Indictionis.

CXXXI.

Anno 1274. 11 Agosto 2ª indizione — Lagopesole.

Re Carlo I di Angiò dà libera uscita da qualunque porto del Regno a Maometto, ed a Guglielmo Saval ambasciadori del re di Tunisi.

Ivi Reg. Ang. 1273. A. n. 18. fol. 108 t.

Scriptum est Magistro Portulano portulanis. ceterisque officialibus ac Universis fidelibus suis per Regnum Sicilie constitutis presentes litteras inspecturis. Cum Magomettus et Guillelmus Saval nuncii Regis Tunisii latores presentium ad propria revertantur. fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus ipsos ire ac exhire de regno nostro de quocunque portu voluerint libere permittas nullam in personis vel rebus molestiam inferentes. proviso quod nil per eos feratur vel referatur quod nostre sit contrarium maiestati. presentibus post tres menses minime valituris. Datum apud Lacumpensilem per M. G. (2) XII° Augusti II° Indictionis.

CXXXII.

Anno 1274. 2 Settembre 3ª indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò fa lettere commendatizie a'nunzii di Maria imperadrice di Costantinopoli, i quali ritornano a lei in Francia.

Ivi Reg. Ang. 1274. B. n. 19. fol. 122 t.

Scriptum est Universis tam amicis quam fidelibus presentes litteras inspecturis etc. Cum Theobaldus de Villa nova clericus et Gualterius armiger. nuncii et familiares Magnifice et egregie mulieris Domine Marie Imperatricis Constantinopolitani consanguinee nostre in Franciam ad eandem dominam de nostra licentia revertantur. amicos. attente requirimus et rogamus. fidelibus districtius iniungentes. quatenus predictos nuncios. nostri contemplacione nominis. cum omnibus bonis eorum habentes favora-

(1) Magistrum Guillelmum de Farumvilla Decanum Sancti Petri Virorum Aureliani Regni Sicilie Vicecancellarium.

(2) Magistrum Guillelmum de Farumvilla decanum Sancti Petri Virorum Aureliani Regni Sicilie Vicecancellarium.

biliter commendatos nullam eis in personis vel rebus molestiam inferatis vel ab aliis permictatis inferri quin immo de securo conducto ad requisitionem ipsorum. si necesse fuerit. liberaliter provideatis eisdem. Ita quod vobis amicis speciales propterea referre gratias teneamur. vosque fideles possitis exinde in conspectu nostro merito commendari. presentibus post tres menses minime valituris. Datum apud Lacumpensulem II° Septembris III° Indictionis.

CXXXIII.

Anno 1474. 3 Settembre 3ª indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò concede libera uscita da' porti di Trani e di Barletta al Conte Giorgio ambasciadore del re di Servia, il quale caccia dal regno cavalli ed altre cose.

Ivi Reg. Ang. 1274. B. n. 21. fol. 313.

Scriptum est eidem Justitiario (1) etc. Cum Comes Georgius nuntius Illustris Regis Servie dilecti Amici nostri ad eundem Regem de nostra licentia revertatur fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus eundem Comitem. cum personis decem et octo secum redeuntibus Roncinis Tribus. et duobus Equis ad arma quos secum ducit de quibus extrahendis licentiam sibi duximus concedendam si in portu Trani vel Baroli est aliquod vassellum paratum quod ad partes illas debeat navigare. in quo decenter et comode ire possint cum naulo per te pro parte Curie nostre solvendo. vel in ipsius defectu in aliquo alio vassello ad hoc ydoneo quod statim invenire et conducere studeas. de quacunque fiscali pecunia et etiam de pecunia presentis generalis subventionis que est vel erit per manus tuas. aliquo mandato non obstante etc. usque Jadaram vel aliam terram illarum partium. quam ipse elegerit celeriter per mare facias transfretare. Recepturus etc. Datum apud Lacumpensulem per M. G. (2) III° Septembris III° Indictionis.

CXXXIV.

Anno 1274. 6 Settembre 3ª indizione — Napoli.

Carlo I di Angiò permette che D. Errico di Castiglia bene scortato e custodito possa cavalcare un mulo nel circuito del castello di S. Maria del Monte.

Ivi Reg. Ang. 1274. B. n. 19. fol. 170

Scriptum est Castellano Sancte Marie de monte etc. Quia volumus Dopnum Herricum qui sub tua custodia detinetur aliquid in habilitatione Corporis indulgeri. fidelitati tue

(1) Terre Bari.

(2) Magistrum Guillielmum de Faronvilla decanum Sancti Petri Virorum Aureliani Regni Sicilie Vicecancellarium.

precipiendo mandamus quatenus Eundem Dopnum Herricum equitare cum uno mulo extra Castrum ipsum per circuitum interdum in Septimana permictas. faciens eum curialiter sociari. Cautus tamen esistas et diligenter attentus quod antequam Castrum exeat per diligentes et oculatas escubias circumquaque perquiri facias. ac curatius custodiri set quod de ipsius fuga vel sinistro quovis alio nulla dubietas vendicet sibi locum. sicut nostram gratiam curam habes. et persone tue periculum pertimescis. Datum Neapoli die VI° Septembris III° Indictionis.

CXXXV.

Anno 1274. 27 Ottobre 3ª indizione — Foggia.

Carlo I di Angiò ordina costruirsi in Barletta il sepolcro di marmo a Baldoino imperadore di Costantinopoli.

Ivi Reg. Ang. 1274. B. n. 19. fol. 151.

Scriptum est Maraldo Curtesio de Barulo. etc. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus Philippo de Sancta Cruce militi etc. ad ipsius requisitionem de marmoribus Curie qui penes te sunt. in quantitate sufficienti pro faciendo fieri sepulcro quodam in Barulo. ubi corpus. B. (1) quondam Imperatoris Constantinopolitani clare memorie. recondatur. debeas assignare. recepturus ab eo de assignatione marmorum huiusmodi ad tui cautelam ydoneam apodixam et responsurus Magistris Rationalibus etc. quantitatem ipsorum quam sibi duxeris assignandam. Datum Fogie XXVII° octobris III° Indictionis.

In simili forma scriptum est Magistro Jurato Syponti novelli. de assignandis eidem philippo de marmoribus. quondam Manfridi Malecte dicti Comitis Camerarii existentibus in Syponto. Datum ut supra.

CXXXVI.

Anno 1275. 8 Agosto 3ª indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò spedisce suoi ambasciadori per trattare confederazione col Duca di Baviera e suoi nipoti.

Ivi Reg. Ang. 1274. B. n. 20 fol. 53.

Scriptum est Magistris Johanni de Maffleto et Petro de Latina. dilectis etc. de vestra prudentia et legalitate plenam fiduciam obtinentes tractanda nomine nostro cum magnificis viris . . . (2) Duce Bavarie. suisque nepotibus amicitiam et confederationem

(1) Balduini.

(2) Qui manca il nome ed invece vi sono tre punti.

nec non et de conventionibus et pactis super hoc interponendis prout honori nostro videritis expedire. plenam vobis et alterius vestrum concedimus tenore presentium potestatem. Datum apud Lacumpensulem VIIII° Augusti III° Indictionis.

CXXXVII.

Anno 1276. 28 Gennaio. 4ª indizione — Capua.

Carlo principe di Salerno e vicario del Regno per lettera ricevuta dal padre, ordina a tutti i prelati del continente e dell'isola di Sicilia di fare cantare solennemente il *Te Deum* nelle rispettive chiese per la elezione del nuovo Pontefice.

Ivi Reg. Ang. 1291. A. n. 54 fol. 83.

Item scriptum est Venerabili in Christo Patri domino.. (1) Archiepiscopo Capuano etc. per licteras domini Regis nuper nobis transmissas licteras accepimus quod Sancta Romana Ecclesia per obitum felicis recordationis domini Gregorii pape decimi pastoris solatio destituta Reverendi patres ipsius Ecclesie Cardinales convenientes in unum Spiritus Sancti gratia invocata non sine inspiratione divina sanctissimum in Christo patrem et dominum. dominum. P. (2) tunc Ostiensem et Velletrensem Episcopum virum utique providum in spiritualibus et temporalibus circumspectum scientie fulgore preclarum. vite ac morum sanctitate conspicuum in Summum Pontificem unanimiter et concorditer elegerunt. Cum igitur omnes christiani nominis zelatores illi debeant devotas laudes exolvere qui Petri naviculam fluctibus diversis expositam in tempore necessitatis non desereris eidem ecclesie hiis diebus sic celeriter de tali pastore providit qui eam et totum populum christianum sibi commissum sciet et poterit divina favente clementia salubriter gubernare. Paternitatem vestram ex parte predicti domini Regis de ipsius speciali mandato nobis super hoc facto requirimus et rogamus attente quatenus in singulis ecclesiis vestre Civitatis dyocesis ac provincie ad Regis Regum honorem mandantes propter hoc Te Deum laudamus et alias laudes debitas pulsatis campanis sollempniter decantari apud Altissimum devotis precibus insistatis et insisti et suffraganeis vestris et aliis prelatis ecclesiarum earumdem Civitatis dyocesis ac provincie cum devotione qua convenit faciatis. ut ipse eidem domino nostro Summo Pontifici tribuat ex alto virtutem prefatam ecclesiam et fidei christiane cultores salubriter gubernandi. detque sibi ad laudem sui nominis diuturna tempora et tranquilla. Datum Capue XXVIII°. Januarii.

Similes facte sunt omnibus prelatis Ecclesiarum Regni Sicilie. Item scriptum est singulis Justitiariis Regni et Vicario Sicilie quibus lictere ipse transmisse fuerunt ut eas prelatis decrete eorum provincie quibus diriguntur facerent assignari et ob id posite fuerunt et Registrate in isto Registro.

---

(1) Nella pergamena manca il nome ed invece stanno due puntini. Questo arcivescovo è Marino Filomarino, il quale fu creato nel 13 di gennaio del 1251 dal pontefice Innocenzo IV, e della età di 80 anni si morì nell'anno 1285.

(2) Costui è Pietro da Tarantasia, Generale dell'ordine domenicano e insigne teologo, creato cardinale dal pontefice Gregorio X e poi eletto papa il 21 di gennaio di questo anno 1276. Si morì il 12 del mese di giugno dell'anno stesso.

CXXXVIII.

Anno 1276. 14 Marzo. 4ª indizione—Napoli.

Re Carlo avendo saputo che Fra Matteo di Castellammare dell'ordine dei PP. Predicatori, inquisitore nel regno contro gli eretici, avendo trovato nella città di Benevento tre patareni, cioè *Andrea di Vivo Mercato* di Lombardia, il giudice *Giovanni di Ceccano*, e *Tommaso Russo* di Macchia Saracena, li fece arrestare e li fece bruciare vivi, subito scrive a Giovannuccio de Pando Maestro Portolano e Procuratore di Principato e di Terra di Lavoro, onde si metta sollecitamente in possesso de' beni caduti in confisca, di que' tre patareni, e di rimettergliene poi l'inventario.

Ivi Reg. Ang. 1270. C. n. 9. fol. 39 t.

XIIII marcii. Neapoli. Scriptum est Johannutio de Pando Magistro portulano et procuratori. Curie in Principatu et terre laboris. etc. Quia ex insinuatione fratris Mathei de Castro Maris Inquisitoris in Regno Sicilie heretice pravitatis intelleximus quod idem frater Matheus nuper invenit in Civitate beneventana tres patarenos. unum videlicet lombardum nomine Andream de Vivi Mercato. Alium nomine Judicem Johannem de zeccano. et tertium Thomasium Russum nomine de Maccla Saracena quos Judicavit relapsos et tradi fecit ignibus et comburi. quorum bona omnia sunt Regie Curie tanquam bona Patarenorum iuste et rationabiliter applicata. Devotioni tue etc. quatenus statim receptis presentibus de bonis omnibus tam stabilibus quam mobilibus et semoventibus ipsorum Patarenorum cum omni diligentia inquirere studeas. quibus inventis et captis debeas ea pro parte Curie fideliter procurare. faciens redigi in quaterno uno transumptum inquisitionis ipsius. in quo quaterno contineantur etiam bona omnia que ceperis. quantitatem et qualitatem ipsorum in quibuscumque consistant. et ubi ac valorem annuum eorumdem. quem quaternum cum literis tuis continentibus processum tuum totum quem in premissis huiusmodi sub sigillo tuo. M. R. etc. sine dilatione trasmittas. in quo quaterno similiter redigi facias formam presentium literarum. Datum Neapoli ut supra.

CXXXIX.

Anno 1276. 21 Marzo. 4ª indizione—Roma.

Re Carlo I di Angiò fa lettere commendatizie per gli Ambasciadori del re di Boemia che ritornano in patria, e che egli fa accompagnare da un suo valletto.

Ivi Reg. Ang. 1275. B. n. 23. fol. 88.

Scriptum est universis tam amicis quam fidelibus suis presentes litteras inspecturis etc. Cum Venerabilis Pater. Clu. Sacconensis episcopus. Magister Domedeus plagensis canonicus. et Johannes plebali de Licha Capellanus. Nuncii Illustris Regis Boemie karissi-

mi amici nostri ad ipsius Regis presenciam redeant. vos amicos requirimus et rogamus actente. fidelibus distinctius iniungentes. quatenus eosdem nuncios cum per vos transitum fecerint transire libere permictatis. nullam eis in personis vel rebus in transeundo vel redeundo molestiam inferentes quinimmo de securo conducto si opus fuerit et vos exinde requisiverint. nostri consideratione liberaliter provideatis eisdem. et ecce Martinum Vallectum. familiarem et fidelem nostrum mittimus pro ipsis nunciis conducendis presentibus post duos menses minime valituris. Datum Rome. XXI° Marcii IIII° Indictionis.

CXL.

Anno 1276. 18 Giugno 4ª indizione—Napoli.

Carlo I di Angiò fa battere la nuova moneta nella Zecca di Brindisi e nella Zecca di Messina.

Ivi Reg. Ang. 1275. A. n. 22. fol. 140 t.

XVIII° eiusdem (1) ibidem (2) Scriptum est Sergio Bovi Ravellensi habitatori Botonti Pastekarulo de Trano et Jacobo Píronto de Ravello Magistris Syclariis Regie Sycle Brundusii etc. Devotioni vestre ex Regia parte firmiter et expresse precipimus quatenus Novam denariorum monetam quam ad presens in Regia Sicla Brundusii pro parte Regie Curie laborari et cudi mandavimus laborari et cudi sine mora qualibet faciatis. sicut datum est vobis per vestre commissionis litteras in mandatis. et in termino vobis per easdem litteras designato distribui valeat et expendi quequidem moneta sit forme et Cunei infrascripti videlicet ab una parte sit forme et cunei huius

et ex alia parte sit forme et cunei huius super cuius monete pretio celeriter colligendo illam diligentiam apponatis et apponi etiam faciatis. ut tota pecunia pro ipsius pretio debita infra mensem unum ad tardius. preter terminum quo moneta ipsa debet distribui sit totaliter recollecta quam sicut successive recolligitur in Regia Camera assignetis. Datum ut supra (3).

Eodem die ibidem. Similes facte sunt. Johanni Píronto de Ravello. Bartholomeo Salinpepe de Messana ėt Socio Magistris Syclariis Regie Sycle Messane. que quidem moneta sit forme et Cunei infrascripti. videlicet ab una parte sit forme et cunei huius

et ex alia parte forme et cunei huius super cuius etc. ut supra

---

(1) Junii IIII° indictionis 1276. (2) Neapoli. (3) Neapoli.

CXLI.

Anno 1276. 4 Luglio. 4ª indizione—Roma.

Carlo I di Angiò scrive al Siniscalco ed agli uffiziali di Provenza e di Forcalquier di dare consigli e braccio forte e Fra Bertrando della Rocca francescano, inquisitore contro gli eretici di quelle contee. E nello stesso tempo comunica loro alcune istruzioni all'oggetto.

Ivi Reg. Ang. 1274. B. n. 20. fol. 91.

Scriptum est senescallo aliisque officialibus province et forchalquerii comitatuum fidelibus suis etc. Religiosus vir frater Bertrandus de Rocca ordinis minorum dilectus noster in nostra constitutus presentia Celsitudini nostre supplicavit humiliter ut cum ipse in comitatibus provincie et forchalquerii contra hereticos et contra reprobos christianos qui de christianitate ad iudaismum veniunt. ac fautores receptatores et defensores ipsorum et contra iudeos inducentes christianos ad Judaismum inquisitor sit per summum pontificem ordinatus. Idemque officium sibi commissum exercere comode nequeat nisi auxilii et favoris nostri presidio fulciatur providere super hoc ipsis nostra serenitas dignaretur cum igitur nos qui fidei exaltationem catholice inter mundi principes alios ferventer appetimus petitiones in hac parte ipsius benignius exaudire volentes fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus predictum inquisitorem notarios eiusque familiam commendatos habentes eum in commisso sibi per summum pontificem super premissis officio non impediatis in aliquo vel turbetis sed adsistatis eis in hiis ad requisitionem ipsius ope consilio et auxilio opportunis. Bona vero sive stabilia sive mobilia quecumque idem inquisitor ratione huiusmodi commissi sibi officii ipsum capere vel arrestare contigerit faciatis ad opus nostre curie procurari sollicite et cum diligencia custodiri. volumus insuper et mandamus ut eidem inquisitori pro se eiusque famulis quousque in dicte inquisitionis traxerit moram officio expensas necessarias prout inquisitoribus aliis in terris illustris Regis francie per officiales Regis exhibentur eidem de pecunia curie nostre que est vel erit per manus vestras studeatis sine mora et dispendio ministrare. Datum Rome IIII° Julii IIII° indictionis.

CXLII.

Anno 1276. Giugno Luglio ed Agosto 4ª indizione.

In uno de' conti resi alla Regia Camera nell'anno 1276 e propriamente de' mesi di giugno, di luglio e di agosto, si dà notizia de' seguenti pagamenti eseguiti in quei mesi.

Ivi Reg. Ang. 1268. O. n. 2. fol. 128.

Predicto quondam Narzono Regni Sicilie Amirato necessarias pro armatione et aliis necessariis unius Galee quam de mandato predicti quondam Regis Ungarie idem Amiratus fecit armari pro passagio Petri de Insula militis tunc de mandato nostro missi

ad partes Romanie pro negotio Curie nostre que tunc temporis incumbebant pro mensibus duobus. uncias centum sexaginta novem tarenos quindecim et grana octo. Eidem Petro de Insula militi misso ut dictum est ad predictas partes Romanie pro servitio eiusdem nostre Curie pro expensis suis trium mensium in eodem viagio ad rationem de unciis auri quindecim per mensem Uncias quatragintaquinque. Sabinetto de guinis olim misso per nos ad Principatum Achaye. pro citando Principe Principatus eiusdem. consorteque ipsius ac Ducissa Athenarum ex parte nostra. quod iuxta festum Nativitatis Dominice tunc primo futurum comparerent in Provincia coram nobis per sollempnem et legitimum procuratorem super controversia que vertebatur inter nostram Curiam et eosdem auri uncias quatuor . . . . Venerabili in Christo Patri domino Demetrio Herenico Archiepiscopo Mitilensi. Johanni Angelo magno interpreti imperii Romanie et Johanni de Sensuri nuntiis Paleologi pro expensis eorum eis per nostram Curiam ordinatis dierum quatraginta novem quibus morati fuerunt Brundusii ad rationem de unciis duabus per diem uncias nonaginta octo predicto Narzono dicti Regni Sicilie Amirato convertendas per eum in armatam unius galee Curie nostre necessarie pro transvehendis tam nuntiis nostris quam predictis nuntiis paleologi ad partes Romanie et pro naulo aliorum vascellorum conductorum per eumdem Amiratum pro transvehendis familiis rebus et animalibus omnium nuntiorum predictorum ad partes easdem auri uncias sexagintaquatuor tarenos duos et grana quinque. Petro de Suria militi misso per Curiam nostram cum predictis nuntiis pro expensis suis auri uncias Centum.

CXLIII.

Anno 1276. 27 Settembre 5ª indizione — Viterbo.

Carlo I di Angiò fa costruire il sepolcro al pontefice Innocenzo V.

Ivi Reg. Ang. 1268. A. n. 1. fol. 26.

XXVII° eiusdem (1) aput Viterbium. Scriptum est Magistro Hugoni de Bisuncio Camerario Urbis etc. Quia Sanctissimus pater et domiuus noster dominus Innocentius. papa. Quintus apud Urbem ubi habemus Regimen fuit viam universe carnis ingressus. et Intelleximus quod aliquis se non Intromictit de faciendo tumulo pro eodem volumus et tibi precipiendo mandamus. quatenus per Urbem Inquiras et inquiri facias diligenter si aliqua Conca porfidis. vel alicuius alterius pulcri lapidis. prout ille que sunt in Sancto Johanne laterani poterit inveniri quam si inveneris emas de pecunia Curie nostre. que est vel erit per manus tuas. et in ea corpus dicti Summi pontificis reponi. facias diligenter in ecclesia Sancti Johannis predicti. in aliquo loco eminenti. et si conca predicta non poterit inveniri. Volumus quod de predicta pecunia. Curie nostre. fieri facias Sepulturam consimilem illi comitisse Atrebatensis. et etiam si fieri poterit pulcriorem. in qua corpus eiusdem Summi pontificis. sollempniter reponatur. Datum ut supra.

(1) Septembris V° indictionis

CXLIV.

Anno 1276. 7 Decembre 5ª indizione — Napoli.

Carlo Principe di Salerno e Vicario del Regno comunica i Capitoli agli inquisitori contro il Giustiziero e gli altri uffiziali di Terra d'Otranto.

Ivi Reg. Ang. 1270. C. n. 9. fol. 264 t.

Capitula inquirenda contra Justitiarios. Secretos Vicesecretos. Magistros portulanos et officiales alios infrascriptos statutos olim in terra Ydronti. Videlicet.

Inquiratur de Justitiariis Secretis Vicesecretis Judicibus et Notariis eorum executoribus presoneriis familiaribus Collectoribus et aliis officialibus quibuscumque ipsorum quantum receperunt tempore officii eorum sive ipsi vel officiales sui et qui officiales et a quibus ex qua causa et a quibus terris et locis ab anno videlicet decime indictionis usque per totum annum prime indictionis primo preterite distincto tempore uniuscuiusque et distincta provincia unicuique decrete et generaliter inquiratur de omni pecunia animalibus. Vasis argenteis. Johectis. Armis pandis de Seta Servis. Victualibus et rebus aliis quibuscumque.

Item si mutua fuerunt contracta per aliquos ipsos ipsorum quo tempore et quantum et a quibus personis. terris et locis et si restituta fuerunt in parte vel in totum et quibus fuerunt restituta et quantum.

Item quantum receperunt pro superfluo pondere et pro conficiendis et sigillandis quaternis apodixis et litteris et a quibus.

Item si ipsi officiales vel subofficiales aut familiares eorum intulerunt aliquas iniurias molestias vel oppressiones contra Justitiam. Universitatibus quibuscumque seu aliquibus specialibus personis.

Item si aliqua bona manifestorum proditorum stabilia sive mobilia occupata sunt per aliquos et a quibus et que bona et cuius valoris sint per annum ipsa bona stabilia.

Item inquiratur contra Secretos pro quanta pecunie quantitate tempore officiorum eorum contempserunt singula iura Curie et quibus et si diminuerunt quantitatem pecunie pro qua primo concessa erant et mutaverunt pacta in Curie lesionem. et si in locationibus ipsorum iurium observaverunt sollempnitates consuetas.

Item Si solverunt integre decimas Prelatis vel non et incantus Augumentatoribus vel non et quibus.

Item inquiratur contra magistros portulanos et portulanos si fecerunt extrahi aliquam victualium quantitatem et quantum de portubus sive de non portubus decrete eis provincie in quibus vassellis et quibus personis extrahentibus et quantum habuerunt et a quibus pro iure exiture. et pro licteris et apodixis.

Item Quid et quantum habuerunt ipsi vel dohanerii tam salis quam aliarum dohanarum et a quibus pro expeditione vassellorum aliquorum que forte detenta fuerunt occasione alicuius inhibitionis facte per Curiam vel alia causa per eos et quantum habuerunt de Naufragiis et de quibus vassellis.

Item si alique portiones domorum Curie indigent reparatione que et qua.

Datum Neapoli per M. N. etc. VII°. Decembris (*V.ª Indictionis*).

CXLV.

Anno 1277. 8 Gennaio 5ª indizione — Viterbo.

Carlo I. di Angiò scrive rigorosi ordini a' Giustizieri delle varie province del Regno, perchè puniscano i loro subalterni e tutti gli uffiziali della rispettiva giurisdizione, i quali commettono soprusi ed oppressioni contro i suoi sudditi.

Ivi Registro Ang. 1276. 1277. A. n. 27. fol. 6.

Scriptum est eidem Justitiario (1) etc. Gravi quamplurium fidelium nostrorum conquestione culmini nostro innotuit quod stipendiarii cum Justitiariis Regni nostri ad nostra servitia deputati sive in comitiva Justitiariorum ipsorum per provincias eisdem decretas discurrant sive pro recollectione fiscalis pecunie vel aliis nostris servitiis transmittantur non contenti eorum sufficientibus et statutis gagiis que ipsis per nostram Curiam quolibet trimestri tempore exhibentur necnon familiares ipsorum emptores precipue et Magistri hospitiorum ac etiam alii officiales et familiares nostri. qui pro diversis servitiis pro tempore destinantur et familiares eorum preter alia gravamina et presuras que fidelibus nostris Regnicolis temerarie inferunt bona eorum victui oportuna non tantum ea que affluentur ipsis stipendiariis officialibus et familiaribus communi pretio venalia exponuntur. sed ea que fideles ipsi pro usibus eorum sibi reservant violenter extorquent pretio pro eis aliquo non soluto. quin potius quod horribilius reputatur pro pretio venditoribus rependunt iniurias ipsosque afficiunt contumeliis verberibus et molestiis aliis et lectos etiam quos pro eorum comoditatibus in terris in quibus morantur. eos auferre contingit. postquam de locis ipsis ad alia loca se transferunt secum asportant et pluries. pro utilitatibus propriis distrahunt quodam quasi more predonio. in evidens fidelium ipsorum dispendium. et turbationem status eorum pacifici non absque nostri nominis et honoris iniuria manifesta. quod grave ferentes et pati nolentes fideles ipsos quibus benigne compatimur. indebitis subiacere pressuris. fidelitati tue sub pena ducentarum unciarum auri et ammissionis gratie nostre firmiter et expresse precipimus. quatenus omnes stipendiarios nostros tecum morantes ac familiares tuos. quibus statim presens mandatum nostrum puplices et ostendas. ac alios tam officiales quam officiales quoslibet qui in partibus Jurisditionis ipsius pro quibuscumque servitiis et negotiis fuerint cuiuscumque condicionis existant. et familiares eorum presentis edicti nostri tenore ipsis exposito. a talibus arceas nec per eos. similia aliquatenus fieri. cum honorem nostrum non deceat patiaris. omnem diligentiam et cautelam per quam a similibus arceantur. studiosius habiturus. et ne de commissis huc usque letentur impune. et ex impunitate delicti. summant audaciam delinquendi. caute. fideliter. et diligenter inquiras. per quos. ex stipendiariis aut officialibus et familiaribus ipsis in quibuscumque partibus iurisdictionis tue. et ubi contra quos aliquid super predictis vel aliquo predictorum extitit hactenus attentatum et quicquid per eos a quibuscumque fidelibus nostris Jurisdictionis ipsius inveneris dicto modo fuisse ablatum. facias dampna passis per stipendiarios de gagiis que a te recepturi sunt. pro familiaribus vero tuis de tuo proprio. cum pro eis et de ipsorum defectu. respondere et satisfacere tenearis et per alios officiales et personas alias et familiares ipsorum de propria eorum substantia. integre resarciri. et si deinceps talia presumpserint mandatum nostrum temerarie contempnentes. facias post puplicationem presentium ablata ipsa in maiorem penam temeritatis inferentium. dicto modo

(1) Aprutii

compessari et emendari in duplum Simplo videlicet emende ipsius dampna passis. et reliquo nostre Camere applicando et si forte aliqui eorum prerogativa dignitatis aut officii per te non fuerint compellendi. nomina et cognomina eorum necnon quantitatem et qualitatem dampnorum illatorum et quibus distincte et seriatim. culmini nostro significes. ut contra ipsos procedi. pro ut de iure fuerit iniungamus. Sciturus quod si negles in executione presentium aut desidiosus extiteris. statim quod de hiis iterata querimonia perferetur commissa huiusmodi omnia de tuo proprio restitui faciemus iuxta verbum conquerentium simpliciter. absque alicuius inquisitionis indagine proponenda. preter aliam penam gravem tibi proinde de contemptu mandati. iuxta nostrum arbitrium infligendam. quod quidem mandatum nostrum ad maiorem ipsius observantiam per omnes et singulas partes iurisdictionis tue. puplice facias divulgari et inviolabiliter. ac firmiter observari. et ut specialiter de executione ipsius mandati quod etiam ad successores tuos omnes extendi volumus docere tui ratiocinii tempore tenearis. nec illud occultare presumas. mandatum ipsum in duobus Registris Curie nostre fecimus registrari. Tu igitur post ammotionem tuam ab officio. illud sub sigillo tuo. inter alia mandata pendentia tuo in eodem officio successori assignes. ut per eum tempore sui officii observetur. et deinde ipso ammoto. successori suo. similiter illud assignet. per eum et singulos alios. successores. successive singulis successoribus. prout successerint assignandum et tempore eorum officii observandum. et nichilominus magistris Rationalibus Magne Curie nostre significes sub sigillo tuo diem receptionis presentium cum forma eorum et quali er predictum mandatum fueris exequtus. Datum Viterbii VIII° Januari V^e Indictionis.

Similes facte sunt singulis Justitiariis tam citra quam ultra farum. Datum ut supra.

CXLVI.

Anno 1277. 10 Gennaio 5^a indizione — Castrovillari.

Capitoli della inquisizione pe' beni restituiti a' baroni e ad altri alla venuta in Regno di Carlo I di Angiò.

Ivi Fascicolo Angioino n. 46. fol. 122-123.

Capitulum de bonis restitutis tam Baronibus quam personis aliis quibuscumque.

X° die mensis Januarii V° Indictionis apud Castrumvillarum manentes in eadem terra commissarii supradicti pro facienda inquisitione de bonis Ecclesiarum que hodie prelati ipsarum Ecclesiarum tenere noscuntur ratione Ecclesiarum quas habent: processerunt ad faciendam inquisitionem de bonis restitutis quibuscumque personis per dominum nostrum Regem Karolum post felicem ingressum suum in Regnum sicut inferius continetur.

In Castrovillaro Iudex Johannes Panzamerilla iuratus et interrogatus que bona restituta fuerunt per Dominum Regem in partibus istis post felicem ingressum suum in Regnum dixit quod tota baronia Cyrclarii restituta fuit per dominum Regem quondam domino Conrado de Amicis. cum hominibus iuribus et pertinentiis suis. cuius baronie terre sunt infrascripte. videlicet Cyrclarium. Casale Sancti Antonii. Casalenovum. Ca-

sale Sclavorum. Casale Platachi. Casale Sancti Helye. Albydona. bona pheudalia que tenuerat in Ordeolo et Casali Galati. et in Cusentia pheudum unum quod dicitur pheudum de Suberito.

Interrogatus de annuo valore terrarum ipsarum dixit quod terra Cyrclarii cum Casali Sancti Antonii valebat predicto domino Conrado in omnibus proventibus suis computatis terragiis vineis et molendinis et quibuslibet aliis iuribus in summa. auri unciarum L.

Item Casalenovum valebat eidem domino Conrado in predictis membris et iuribus aur. unc. XXX.

Item Casale sclavorum valebat eidem. aur. unc. IIII.

Item Casale platachi valebat sibi aur. unc. IIII.

Item Casale sancti Helye valebat eidem domino Conrado aur. unc. III.

Item Albydona valebat sibi in predictis membris et iuribus aur. unc. XL.

Bona vero pheudalia que tenebat in Ordeolo et Casali Galiti valebat sibi in predictis omnibus aur. unc. X.

Item pheudum in Cusentia quod dicitur de Suberito valebat sibi per annum unc. XV.

Iudex Athanasius. Riccardus Fillinus. Leo Musitanus. Iudex Johannes de domino Milino. Iudex Jacobus. Guillielmus de Drogeno. Sergius Marinus. Donadonus de Cigaria. Iurati et interrogati singulariter sicut decet dixerunt idem per omnia quod Iudex Johannes Panzamerilla.

Interrogati predicti testes si de restitutione predicta facta domino Conrado de baronia predicta viderunt licteras Regias dicerunt quod sic. et ipsas licteras audiverunt puplice legi in Castrovillari.

Item interrogati quod ius habet Regia Curia in predicta baronia dixerunt se nichil aliud inde scire nisi quod quondam dominus Rogerius de Amicis pater dicti domini Conradi. sicut dicebatur fuerat in conspiratione facta contra Imperatorem Fredericum per Tipaldum Franciscum et plures alios barones Regni. et hac occasione dictus dominus Rogerius dicitur fuisse captus per eumdem dominum Imperatorem et in carcere mortuus fuisse. et sic dominus Conradus predictus exivit de Regno.

Item predicti testes de Castrovillaro iurati et interrogati concorditer dixerunt quod post adventum domini nostri Regis facta fuit restitutio de mandato suo. domino Tancredo de Morano de baronia Morani. Silicet de Castro Morani. Castro Crisolie. et Casali Churelle. cum hominibus Juribus et pertinentiis suis.

Interrogati de annuo valore ipsius Baronie. dixerunt quod tota predicta baronia valet in omnibus proventibus suis computatis terragiis vineis molendinis. et quibuslibet aliis redditibus et Juribus suis in summa auri unciarum. C.LX.

Interrogati predicti testes si de restitutione ipsa facta eidem domino Tancredo de baronia Morani viderunt litteras Regias. dixerunt quod sic dixerunt etiam quod audiverunt eas legi in Castrovillari.

Item interrogati quod ius habet Regia Curia in predicta baronia dixerunt se nichil aliud inde scire nisi quod Imperator Fredericus fecit baroniam ipsam revocari ad demanium suum occasione quod Guillelmus maior frater predicti domini Tancredi quod tunc erat dominus Morani dicebatur fuisse in conspiratione facta contra ipsum imperatorem per Tipaldum Franciscum et alios barones Regni. et propter hanc causam dictus dominus Tancredus dicitur exivisse de Regno.

In Bisiniano

Robbertus Ferramundus iuratus et interrogatus si qua bona fuerunt restituta quibuscumque personis in Bisiniano et partibus illis per dominum nostrum Regem post felicem ingressum suum in Regnum dixit se scire quod domino Matheo de Luciis qui fuerat extra Regnum. et cum domino nostro Rege Regnum intravit facta fuit restitutio

de mandato regio de Castro Lucii. Casali Piscarie. Casali quod vocabatur Modium. et medietate Casalis Ordicarii. cum hominibus et pertinentiis ipsarum terrarum.

Interrogatus de annuo valore terrarum ipsarum dixit quod tota ipsa baronia. Silicet Castrum lucii. Casale piscarie. Casale modii. et Medietas Casalis ordicarii. valet in omnibus proventibus suis computatis terragiis. vineis. molendinis. et quibuslibet aliis redditibus et iuribus eorum unc. auri C. XX. per annum. et plus.

Item interrogatus si de restitutione ipsa facta domino Matheo predicto vidit litteras Regias dixit quod sic.

Item Interrogatus quod ius habet Regia Curia in predicta Baronia. dixit se nichil aliud inde scire. nisi quod audivit dici quod dominus Perrus maior frater predicti domini Mathei. occasione conspirationis facte contra Imperatorem Fredericum de pluribus baronibus Regni captus fuit de persona de mandato Imperatoris et missus in exilium in Insula Malte ubi mortuus fuit. Audivit etiam dici quod occasione predicte conspirationis idem Imperator fecit capi duas Sorores dicti Perri. et eas comburi cum aliis pluribus apud Neapolim. Item dixit quod idem Imperator tenuit predicta bona in manu Curie per se vel per alios quibus ipsa concedebat usque ad obitum suum. et deinde Rex Conradus. et post Princeps Tarentinus usque ad adventum domini nostri Regis.

Nicolaus de Prisinachio. Andreas de Spingna. Notarius Guillelmus. Robertus de Tricarico. Nicolaus de Perrono. Notarius Goffridus. Iurati et interrogati singulariter sicut decet concorditer dixerunt idem per omnia quod Robbertus Ferramundus.

CXLVII.

Anno 1277. 23 Gennaio 5ª indizione — Viterbo.

Carlo I di Angiò comunica i Capitoli del proprio uffizio a' Giustizieri di Abruzzo, di Calabria e di Sicilia citra.

Ivi Reg. Ang. 1276-1277. A. n. 27. fol. 7-8 t.

Scriptum est Guillelmo de Auberviller Justitiario Aprutii etc. Cum post felicem Ingressum nostrum in Regnum plura statuta et constitutiones super diversis edita fuerint que tibi. mitti et assignari. mandavimus. per te. infra tempus predicti Justitiariatus officii observanda. fidelitati tue. precipiendo mandamus quatenus Constitutiones et statuta nostra sub sigillo tuo assignes Johanni Scotto. tuo. in dicto officio successori observanda per eum infra tempus sui officii. prout sibi damus. nostris litteris in mandatis apodixam ab eo de hiis que sibi. assignaveris recepturus. Datum Viterbii per Magistrum Guillelmum de Farumvilla prepositum ecclesie Sancti Amati Duacensis Regni Sicilie Vice Cancellarium. Anno domini etc. die XXIII° Januarii V° Indictionis.

Similes facte sunt Fulconi de Roccafilia Justitiario Calabrie de assignandis predictis constitutionibus. Goffrido de Polysy militi Justitiario Calabrie. Datum ut supra.

Similes facte sunt Lodoyco de Royre Justitiario Sicilie citra flumen. de assignandis predictis constitutionibus Petro de Mores militi Justitiario Sicilie citra flumen. Datum ut supra.

Karolus etc. Johanni Scotto militi Justitiario Aprutii etc. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus in executione officii Justitiariatus Aprutii tibi per excellentiam

nostram commissi. Infrascripta Capitula serves et facias inviolabiliter observari. Capitula autem sunt hec videlicet In primis per decretam tibi provinciam frequenti immo continua discursione perquirens deum et beneplaciti nostri votum habendo pre oculis universis et singulis de Jurisdictione tua potissime ecclesiis et personis ecclesiasticis. pupillis. orfanis. viduis et personis. miserabilibus sine ecceptione aliqua personarum quantum ad tuum spectat officium. debeas sine fraude Justitiam ministrare. et provincialium dispendiis. ipsos ad remota loca. pro Justitia non vocando. nec trahendo post Curiam parcere quantum poteris cum salubritate procures expediendo quam cito poteris. conquirentes infra triduum sacris constitutionibus comprehensum. Item quod malefactores omnes ad hoc qui maleficia vel excessus in provincia tibi decreta commissa. nulla transeant impunita iuxta criminum et excessuum qualitatem punire intendas. specialiter autem fragrantia maleficia in longum non protrahas. set ea in locis in quibus ipsa perpetrata repereris studeas sine dilatione punire. Item ab omnibus litigantibus et ab aliis ex quacunque causa. notatis ad Judicium tam ordinarium quam extraordinarium. coram te nichil prorsus. per te recipias. nec per tuos Judicem vel Notarium percipi patiaris. nisi illud tantum. quod pro exculento et poculento. per dictas sacras constitutiones per eos percipi est provisum. Item quod occasione promissionum. quas Curie fieri contigerit. coram te. pro obtentis sententiis super questionibus ordinario Judicio. terminatis nec non et pro aliis compositionibus. super delationibus. inquisitionibus et transgressionibus. quibuscunque extraordinario Judicio faciendo. ultra debitum componentes. nec ipsos per provinciam propter hoc trahendo post Curiam. laborum et sumptuum vexatione fatiges. Set illas promissiones reputes competentes quas Judex. et notarius actorum qui apud te fuerint sufficere pro earum excessuum. qualitate censebunt quod docere in positione tui ratiocinii tenearis. et nichil prorsus ultra. vel aliud ab ipsis componentibus quam id quod pro compositione predicta Curie dare promiserint. tu vel Judex. et notarius recipere vel extorquere aliquatenus presumatis et si contingat alioquin. de sententiis per te latis in causis habitis coram te. Instrumenta peti et confici pro subscriptoribus eorum a petentibus instrumenta ipsa tu Judex et notarius pro scribendo instrumento ipso illud tantum recipiatis. quod per Sacrarum Imperialium constitutionum seriem est taxatum et alias a lucris turpibus ex quibus officiales ea captantes efficiuntur infames et ab illicitis muneribus que plerumque pervertunt homines et eos faciunt a veritatis tramite deviare manus mundas et liberas habituri. Sciturі quod si secus in premissis. vos gesseritis aliud forte ultra id quod premittitur ut est dictum recipere presumendo. totum id quod per vos receptum vel exactum extiterit preter penam periurii. ad quam propterea subiacebitis quatruplum fisco nostro compones. Item cures attente quod omnem pecuniam et res alias ad te pro parte Curie proventuras tam de predictis compositionibus. quam generalibus subventionibus et aliis proventibus undecunque autoritate commissionis et diversorum mandatorum tibi proinde mittendorum ad te pro parte Curie provenerint in quaterno introytus tui. in numero quantitatis et qualitatis quibus fuerint debeas annotare nichil prorsus ex eis ad opus tuum in fraudem nostre Curie subtrahere presumendo. de quibus si quid contra presentis edicti seriem subtrahere temeraria presumptione temptaveris preter periurii penam tibi propterea infligendam. totum id quod inde subtraxeris. Curie compones. et novum secundum veteres divorum principum Sanctiones. Item quia consuevit frequenter accidere quod apodixe per Justitiarium collectoribus et aliis pecuniam sibi pro parte Curie solventibus simpliciter facte. nulla alia cautela nisi tantum Sigilli ipsius Justitiarii appositione. munite falsificantur vel per Sigillum appositum. vel per aliud consimile de novo confectum et aliquando contra eos. apodixe alie fabricantur. appositis in eis Sigillis huiusmodi per quas apparet maiorem et aliam quam receperunt quantitatem pecunie recepisse. ex

quo Curia frequenter leditur et ipsi Justitiarii in talibus innocentes. infamie macula nequiter resperguntur ut huiusmodi malitiis obvietur de omni pecunia quam ex predictis vel aliis quibuscunque causis pro parte Curie tui officii ratione receperis statim ea recepta. de omnibus et singulis. pagis et solutionibus nullas ut hactenus cedulas faciendas nec etiam expectato. quod de multis et diversis solutionibus una fieri debeat apodixa. statim de recepta pecunia eam assignantibus. ipsis etiam non requirentibus per manus tui actorum notarii. infra diem receptionis ipsius debitam fieri facias apodixam quam idem notarius apposito nomine suo in conclusione ipsius scripsisse manu propria fateatur. que postmodum sigillo tuo. subscriptione tui Judicis et consueto sigillo tuo roborata eis qui solverint pecuniam assignetur. te pro appositione Sigilli. Judice pro subscriptione et notario pro scriptura ipsius apodixe nichil penitus recepturis. omnibus predictis apodixis. per predictum notarium in quaterno uno. cum conscientia Judicis redigendis in scriptis. tam per eundem Judicem quam per predictum notarium. Sub sigillis eorum post depositum eorum officium Curie presentando. Item quod omnem pecuniam ad te tam de generali subventione. quam aliunde ratione tui officii proventuram. ad pondus generale recipias. et totam quantitatem eiusdem subventionis et exactionum quarumlibet que per te in decreta tibi provincia colligetur ad idem generale pondus. recipi facias. Ita quod nec per collectores hii qui pecuniam eisdem solverint supradictam nec per te collectores ipsi in assignatione ipsius pecunie occasione maioris ponderis defraudentur. toto eo quod contra eiusdem edicti seriem occasione maioris ponderis contingerit extorqueri per te in quatruplum persolvendo. Item omnem pecuniam quam ad Cameram destinabis sub sigilli tui impositione transmittas. quod si aliter feceris id quod de summa pecunie quam ad Cameram misisse te scripseris in pecunia ipsa in Camera assignanda forte defecerit a nuntiis per quos pecuniam miseris. vel ab universitate que nuntios ipsos elegerit sicut fiebat hactenus. aliquatenus exigere non presumas cum tibi tantum defectus huiusmodi debeat imputari. Item quod in decreta tibi provincia ab hominibus iurisdictionis tue durante officii tui tempore bona stabilia vel aliqua alia emere ab universitatibus terrarum et locorum eiusdem provincie exenia propter que collectam in terris. per quas mittebantur contingit imponi et tali occasione longe maior pecunie. quantitas extorquetur. quantum exenii valor exposcit recipere aliquatenus non presumas. Item quod in aliqua terra vel loco Jurisdictionis tue. collectas vel exactiones seu taxationes vel tallias imponi vel exigi nullatenus patiaris sine mandato nostri culminis speciali. Item quod Judicem et Notarium actorum alios tecum non habeas quam per Curiam tibi datos et quod notarium Camere vel aliquos alios. de terris Jurisdictionis tue qui ratione amicitie vel consanguinitatis. seu occasione inimicitiarum quas habent pluries inhonesta commictunt et ad id etiam Justitiarios secum inducere proposse conantur vel notarium vel aliquem alium. qui de familia precessoris tui. fuerit. in familia tua non debeas retinere notarium autem Camere talem habeas. qui omnino incorruptibilis et fidelis sit. cum de fide sua et aliorum tuorum familiarium tibi Curia nostra prorsus incumbat. Item quod omnes malefactores vel alios coram te delatos. quos in defectu fideiussionis. te oportebit capere de personis brevi manu studeas prout ratio suadet. absolvere vel punire et si forte qualitas obiecti criminis vel causa seu occasio captionis super absolutione seu contempnatione ipsius temporis spatium exigat. longioris. in aliquo castrorum Jurisdictionis tue in carcere ipsum custodiendum assignes usque dum ad absolutionem vel condempnationem ipsius possit vel debeat de iure procedi. Item quod pro tuis vel aliquorum de familia tua. arnesiis deferendis. vel equitatu eorum equitaturas aliquas non auferas vel auferri. per aliquem de tua familia patiaris et si forte aliquando equitatura aliqua. tibi sit necessaria. vel eisdem conducas. vel conduci facias et soluto prius patronis earumdem. per predicte constitutionis seriem loerio consueto ducas

eamdem vel duci pro tuis et tuorum servitiis patiaris. Ita tamen quod equitature ipse sint hominum terre vel loci in quo. te morari. contigerit. equitaturis alienigenarum que ibidem intererint pretermissis. Item quod in ingressu tui officii per terras et loca singula Jurisdictionis tue expresse facias puplice inhiberi quod nullus Comes. Baro. Miles. Burgensis. et quilibet alius cuiuscunque conditionis existat in defensis et forestis ad nostra solatia deputatis. versari vel aliquo modo venari presumat. et quod nullus de predictis in locis quibuslibet aliis versetur. ad ingenium vel ad artes. nec aliquis etiam venetur ad fortiam vel versetur. eo tamen Comitibus. Baronibus. et nobilibus aliis reservato. quod in terris eorum vel alibi. preterquam in defensis venari ad fortiam liceat et versari. Burgensibus. quoque liceat. aversando. exclusis. uti tamen aliis venationibus licitis sit permissum. Rusticis autem quos agriculturis tamen vacare oportet. omnibus prorsus venationibus interdictis. Item in distribuenda generali subventione in Jurisdictione tua. formam observes. tenaciter infrascriptam: videlicet quod de imponenda subventione. ipsa mandato recepto. statim universitatibus singulis terrarum et locorum decrete tibi provincie. per litteras tuas expresse iniungas. ut de nominibus omnium et singulorum tam in terris ipsis habitantium quam bona stabilia burgensatica. ibidem habentium. licet ubilibet habeant incolatum. quaternum unum confici faciat. quem sub sigillis. Baiulorum. Judicum ac eorum. et aliorum quinque proborum virorum. eiusdem terre subscriptionibus. roboratum. ad te debeant destinare. Quo recepto in quaterno distributionis seu taxationis predicte generalis subventionis ibidem faciende omnes et singulos in quaternis ipsis notatos. facias per taxatores includi. Ita quod a taxatione subventionis ipsius nullus penitus sit exemptus. quem quaternum cum quaternis particularibus. taxationis predicte penes te remaneat in tuo ratiocinio producendum. Item quod per Universitates easdem taxatores et collectores. pro taxanda subventione ipsa eligi facias in singulis locis eisdem. tot videlicet quot pro loci cuiuslibet qualitate iuxta quantitatem subventionis eiusdem ibidem taxande sufficere videris eligendos. de melioribus et ditioribus cuiuslibet universitatum ipsarum in quorum electione tota universitas ipsa concurrat. de quorum electione. recepto puplico scripto. subventionem eandem receptis. prius ab eis corporalibus Juramentis. quantitatem contingentem quamlibet universitatum ipsarum iuxta tenorem cedule tibi exinde de nostra Curia destinandam. inter homines terrarum et locorum ipsorum. prout facultates singulorum requirunt iuxta arbitrium taxatorum ipsorum vel secundum appretium si in terris et locis quibuslibet. factum inveneris. nec faciendum sit. de facultatibus singulorum magis Universitates elegerint particulariter taxari permittas. mandaturus eisdem taxatoribus. sub pena predicti Juramenti quod in taxatione ipsa nemini. deferant. parte pretio vel amore. gratia vel timore. nec aliquem odio agravent. Set ad solum deum et equm mentis nostre propositum. respectum habentes sic per eos super omnibus equalitas. observetur. quod in taxationibus ipsis equitatis. et rectitudinis veritate servata. divites et magis habentes pro suarum qualitate facultatum taxentur et pauperes seu minus habentes ultra debitum non graventur. Item quod ut taxatoribus ipsis super hiis omnibus malignandi materia precludatur predicas eisdem. ut in distributione facienda sic se exhibeant studiosos. omni equalitate servata. quod tota et integra quantitas in qualibet terra vel loca taxanda per taxatores eosdem recolligi valeat. et haberi. et quod nullum rěsiduum. ratione paupertatis vel absentie aliquorum habere non posse proponant. et si quod huiusmodi occasione de taxatione defecerit. de eorum bonis. nostre Curie suppleatur. Item quod nulli taxatorum preces offeras vel offerri facias. vel mandari seu comminari per te vel per alium quoquo modo presummas. vel alicui de terra ipsa in subventione taxanda gratiam facias vel levamen. Item quod de particulari taxatione ipsius terre. vel loci fieri facias. in terris videlicet demanii. quaternos quatuor quorum unum tibi retineas. alium sigillo tuo collectoribus assignes. tertium sub sigillo tuo penes aliquem

probum et fidelem virum quem tibi comunis Universitatis ipsius electio presentabit de quo per eum. cuilibet scire volenti. quantitatem sibi impositam. copia gratis fiat. retinendo assignes. et quartum Magistris Rationalibus etc. infra mensem unum numerandum a die impositionis collecte debeas destinare. et ab eisdem exinde recipias responsales. In terris vero ecclesiarum. Comitum et Baronum. tres tamen quaternos fieri facias de predictis. unum penes te retinendum. alium collectoribus assignandum et tertium per te predictis Magistris Rationalibus in forma simili destinandum. Item quod pro sigillandis quaternis ipsis aliquid a taxatoribus ipsis recipere non presumas et quod per notarium vel scriptorem in Curia vel familia tua. morantem. quaternos distributionis predicte. scribi nullatenus patiaris. set per illos tamen scriptores quos predicti taxatores elegerint et pro scribendis ipsis conducent. Item quod in singulis terris demanii et locis ad rationem de granis duodecim pro qualibet uncia ibidem taxata. per taxatores predictos. pro expensis eorum quas in taxanda et recolligenda subventione predicta. eos necessario subire oportet taxari et recolligi patiaris in taxatione ipsa in predictis quaternis particularibus includenda in quibus post prescriptam summam. taxatam et imponendam per Curiam subscribatur summa taxate pecunie ad rationem predictam pro expensis quod ideo. sic fieri. est provisum. quod occasione pecunie expensarum huiusmodi que in quaternis particularibus non erat inclusa. longe maiorem quantitatem quam habebant collectores. pro eorum arbitrio exigebant. Item quod a collectoribus aliquibus seu debitoribus aliquid occasione subventionis eiusdem si contingat aliquando. pro celeri solutione pecunie subventionis ipsius aliquos ex eis. capi de personis quantumcunque per tuum presonerium eos custodiri contingat nichil prorsus occasione custodie destre vel luminis. vel aliquo modo per presonerium ipsum vel aliquem alium exigi vel recipi patiaris. a quibus quicquid occasione predicta recipi vel extorqueri contigerit contra presentis prohibitionis nostre edictum. pro presonerio tuo. vel quolibet alio extortum huiusmodi in quatruplum fisco nostro compones. Item quod super celeri recollectione pecunie subventionis ipsius in terris Jurisdictionis tue exequtores de decreta tibi provincia. ordinandos viros divites ydoneos et fideles ordinare procures. quibus expresse inhibeas et corporalia ab eis recipias exinde iuramenta et in litteris commissionis tue quas sibi feceris apponi. facias quod de recipienda pecunia subventionis ipsius. se nullatenus intromictant et nichil prorsus a collectoribus vel hominibus terrarum et locorum executionis sue preter exculentum et poculentum nomine muneris recipere vel extorquere aliqua ratione presumat quorum cuilibet de officii tui proventibus pro singulis centum unciis de subventione ipsa eorum tamen studio instantia et cohercione collectis cum maior pars subventionis ipsius ex industria et studio tuo. et collectorum recolligi debeat unciam auri unam ponderis generalis pro expensis suis debeas exhibere. Item quod ad celerem recollectionis pecunie tam generalis subventionis quam alterius cuiuscunque cuius exactio tibi per nostram Curiam committetur. illam adhibeas sollicitudinem et cautelam quod durante officii tui tempore sit totaliter recollecta et statim quod usque ad trecentas uncias de pecunia ipsa receperis per fidos et ydoneos nuncios tuos ad Cameram nostram mittere non postponas. Sciturus quod quicquid exinde recolligendum remanserit. post officii tui tempus tamdiu in eodem Justitiariatu moraberis sub expensis propriis. in eodem residuo colligendo donec totaliter ipsum exigas et de residuo ipso per te etiam si de tuo proprio defectum supplere debueris plenarie satisfiat. Item ut manifeste liquere valeat conscientie nostre si formam prescriptorum capitulorum in ipsius officii amministratione observes et si circa recollectionem pecunie. subventionis predicte. vel alterius cuiuscunque pecunie tibi ad recolligendum commisse. prout tibi committetur. et qualitas fiscalium negotiorum deposcit. insistas. et de universali introytu et exitu cuiuscunque pecunie que ad manus tuas pervenerit quaternum unum. nec non de mandatis omnibus tam nostris quam

Capitanei Regionis et Magistrorum Rationalium que receperis et qualiter ea fueris executus quolibet trimestri tempore tui officii fieri facias et ad predictos Magistros Rationales sub tuo sigillo transmittas. Item quod infra mensem unum post amotionem tuam ab officio a die ingressus successoris tui in decreta tibi provincia computando. de quo eiusdem successoris tui testimonium per litteras suas recipias ad cautelam ad Magnam nostram Curiam cum omnibus rationibus tuis et toto residuo quod habebis. debeas te conferre. assignaturus dictis Magistris Rationalibus. Quaternos generalis Introytus et exitus tui et predictorum etiam mandatorum ut posita coram eis de eodem officio in Magna nostra Curia Summeria ratione et de toto liquido residuo ad quod totaliter tua ratione discussa te Curie debitorem inveniri contigerit. per te totaliter satisfacto. et deinde ad ponendam rationem ipsam finalem procedatur. Item quod omnia et singula ad officium Justitiariatus spectantia. et que etiam in presenti Capitulorum serie non sunt expressa prudenter et fideliter exequaris. predictis constitutionibus et in quibus constitutionum ipsarum forma. non subvenitur veterum iurium sanctionibus et in defectu earum. approbatis. consuetudinibus. quibus predicte constitutiones non obviant inherendo. preterea quia plura statuta. et constitutiones post felicem ingressum nostrum in Regnum super diversis edita emanarunt que ad Guillelmum de Hauberviller precessorem tuum in officio debuerunt de mandato nostri culminis pervenisse per eum infra tempus sui officii observanda. Volumus etiam expresse precipiendo quatenus ab ipso precessore tuo constitutiones. seu statuta ipsa requirere et sub sigillo suo recipere debeas impendenti puplicatione ipsarum super hiis que constitutiones et statuta ipsa distinguunt et aperte continent ea omnia et singula durante officii tui tempore observes tenaciter et facias inviolabiliter observari. cui precessori tuo. de assignandis ipsis tibi speciales nostras litteras destinamus. Datum Viterbii. per M. G. XXIII° Januarii V° Indictionis.

Similia Capitula facta sunt. Goffrido de Polysy militi Justitiario Calabrie. datum ut supra. precessor suus fuit Fulco de Roccafolia.

Similia Capitula facta sunt. Petro de Mores militi. Justitiario Sicilie citra flumen salsum. Datum ut supra precessor suus fuit Lodoycus de Royer.

CXLVIII.

Anno 1277. 26 Gennaio 5ª indizione — Viterbo.

Carlo I di Angiò dà gli ordini opportuni onde sia arrestato il ladro che à commesso un furto a danno dell' ambasciadore del re de' Tartari.

Ivi Reg. Ang. 1276. A. n. 25. fol. 32 t.

Scriptum est Universis tam amicis quam officialibus. et fidelibus suis. presentes litteras inspecturis. etc. Cum sicut Jacobus Vassallus nuntius Illustris Regis Tartarorum nobis exposuit. Georgius eius famulus. quasdam de rebus ipsius usque ad valorem unciarum auri decem furtive subripiens aufugerit cum eisdem et supplicaverit sibi super hiis per nostram excellentiam provideri. vos amicos requirimus et rogamus actente officiales et fideles distriscte iniungentes. quatenus eidem Jacobo super capiendo et arrestando dicto Georgio famulo suo. cum rebus ipsius furtive per eum subtractis

sicut predicitur si in terris et districtibus nostris ipsum inveniri contingat. assistatis opere. consilio et auxilio oportunis Ita quod eodem Jacobo. votum suum super recuperandis bonis huiusmodi obtinenti. vobis amicis speciales gratias referentes. officiales et fideles possimus exinde merito commendare. Datum Viterbii XXVI° Januarii V^{e} Indictionis.

CXLIX.

Anno 1277. 29 Gennaio 5ª indizione — Taranto.

Carlo Principe di Salerno e Vicario del Regno ammonisce i giudici della Regia Corte della loro assenza a quel tribunale senza il permesso del re.

Registro Ang. 1268. O. n. 2. fol. 58 t.

XXVIIII Eiusdem (1) Ibidem (2). Scriptum est Magistris Martino de Reate Ademario de Trano et Bartholomeo de Barulo iudicibus etc. et Ademario de Nuceria Christianorum etc. Miramur non modicum et movemur quod vos absque nostra licentia nostram immo Regiam Curiam deserentes nobiscum esse ac in eadem morari Curia prout convenit non curatis. Volumus igitur et vobis etc. quatenus statim receptis presentibus sicut domini Regis caram habetis gratiam omni mora ac occasione postposita ad camdem redire Curiam ac exercere in ea sicut tenemini vestrum officium studeatis nihilque de cetero extra eamdem Curiam super hiis que ad idem spectant officium attemptetis.

CL.

Anno 1277. 29 Gennaio 5ª indizione — Taranto.

Carlo Principe di Salerno e Vicario del Regno permetté alla università di Barletta di allargare la città, e ciò in premio di essere essa rimasta fedele al re suo padre nelle turbolenze alla venuta di Corradino.

Ivi Reg. Ang. 1268. O. n. 2. fol. 58

XXVIIII eiusdem (3) ibidem (4) Scriptum est (5) notum facimus Universis tam presentibus quam futuris quod ad supplicationem hominum Baroli domini Regis fidelium attendentes fidem et devotionem quam erga maiestatem Regiam retrohactis turbationum temporibus habuerunt quinimmo potius attendentes quod tam ad domini Regis quam Civium Civitatis ipsius spectant commodum et profectum elargandi et ampliandi civitatem eamdem eis concessimus potestatem. hoc modo videlicet ut possint transferre

---

(1) Januarii quinte indictionis. (2) Tarenti. (3) Januarii quinte indictionis.
(4) Tarenti. (5) Justitiario Terre Bari.

murum qui dicitur de Cambio et est prope ecclesiam monialium S. Simeonis et Inde in Barolo usque ad viam publicam et includere monasterium ipsum infra muros civitatis eiusdem. et hedificare murum a terra que dicitur de Romano usque ad terram que dicitur. de beczaria vetere. et quod infra murum predictum homines ipsius Terre possint hedifitia facere dum tamen a muro ipso duarum canarum spatio hedifitia ipsa distent. iuribus domini Regis et aliorum quorumlibet semper salvis.

CLI.

Anno 1277. 5 Febbraio 5ª indizione — Roma.

Carlo I di Angiò commette la compra di varî oggetti per lui e per la regina sua moglie.

Ivi Reg. Ang. 1274. B. n. 20. fol. 67.

Challe par la grace de dieu Roi de Secile a Jehan de Vilemaroi son clerc et son familier Sa grace. et sa bone volonte. Nous te mandons que a la requeste Jehan troussevache nostre eschanton et nostre familier. et de sa conscience. tu achetes ou faces acheter avenques celui Jehan les choses qui sunt contenues en ceste letre. les queles sunt necessaires pour nous et pour nostre compoigne la Reine de Secile. et quant tu les avras achetees balle les a icelui Jehan a assever au tresoriers de nostre chambre. et pour chace voiture pour les aporter. juques a nous. et rescris au devant dits tresoriers le pris des devant dites choses particulerement. cest assavoir combien chacune chose pour soi conste. Les choses sunt celes.. Mil. aunes de teile.. X dozenes de toalles XL. sarges verz.. II dozene de tapiz. moitie verz et moitie Rouges. LX paire de Robes linges. IIII livres de laz.. et II de coutine. et de pomfil. I. pel. et II paire de heuses forz.. et. I. piece de tele deliee pour faire coiffes.. VI paire de Ganz fourrez.. et XII dozenes de Ganz sangles. et VI dozenes pour dames. et II dozenes de panes pour chaperons que de gros ver. que de menu ver. et IIII escallates vermeilles. et II paonnaces. VI verz. VI pers. VI camelins de donay. II Galebruns Vermenz. II Galebruns noirs. LX napes pour la table le Roi.. XX dozenes de tovalles.. Item III dozenes de caintures dargent dorees. II dozenes de Caintures dargent blanche. VI dozenes de fermanz dor. V dozenes damueur nieres IIII mars dor sonde. L. pieces de Gimples de XII f. la piece. don la moitie soit large de V. tourz.. et lautre moitie soit estraite de III tourz... XXXVI pieces de cemitechies de lin.. III dozenes de constians petiz. III dozenes de coifes flories grans pour la Reine. LV dozenes de coifes plenes pour la Reine V dozenes de cemitechies de soie pour la Reine. II pelicons de gris pour la Reine. II pelicons de menu ver pour la Reine. I. chapel. I. trecon a buisetes pour la Reine. II dozenes de chapians a pelles. I. dozene de trecons a perles pour donner. V dozenes de chapians de poisson. Xm. de bones espingles de lagni.. V. dozenes de coiffes a mestier de pluseurs couleurs. V dozenes daguilles a lacier sanz molles. IIII pieces de Gimples de V tourz. pour la Reine. IIII pieces de Gimples de IIII tourz pour la Reine. IIII pieces de Gimples de III tourz pour la Reine. IIII pieces de Gimples de leon de III tourz pur la Reine. I. conste pointe des armes noble homne le conte de Nevers son pere.. et III tapiz de celes meesmes armes. et recois apodixe de celui

Jehan de ce que tu li dessmetras. Cestes choses fai en tele maniere que il ni ait nul desfaut. Ce fu fet a Rome lan de nostre Segneur. M. CC. LXXVII le quint jour de fevrier de la quinte indiction le XII an de nostre Regne.

CLII.

Anno 1277. 15 Febbraio 5ª indizioue — Roma.

Per violenze continue avvenute in diverse parti del Regno, Carlo I di Angiò emana editto che nessuno ardisca trasportare armi senza sua espressa licenza.

Ivi Reg. Ang. 1276-1277. A. n. 27. fol. 10.

Scriptum est eidem Justitiario etc. (1) dum Regie considerationis memoria. et pio benignitatis affectu quo pacis et iustitie cultum amamus in subditis diligenter avertimus. quot et quantis bellorum periculis. quietem fidelibus nostris Regnicolis magno labore paravimus. eo movemur gravius et turbamur acerbius. ubi contra ipsius quietis. dulcedinem aliquid attemptatur. quo salubrem conservationem pacifici status eorum velit operis manuum nostrarum tenerius affectamus. cumque nuper ad aures excellentie nostre pervenerit. quod aliquem statum ipsum pacificum. presumentes. in aliquibus ipsius Regni. partibus illicitis motibus. perturbare. arma prohibita contra ipsius Regni. constitutiones in talibus editis puplice deferunt protectione nostri nominis qua reguntur generaliter alii non contenti. societates illicitas contrahunt. guerras movent et temere discurrendo. alteri in offensam et vindictam alterius. auctoritate propria quin potius prosumptuosa temeritate prorumpere. ac tenimenta vicinia invadere et occupare absque interpellatione Judicii non veretur. hoc non sine turbatione animi et gravi nota manifeste culpe. Justitiariorum quorum interest ex eorum officio. excessus cohibere huiusmodi inferentes fidelitati tue sub obtentu gratie nostre districte precipimus quatenus statim post receptionem presentium cuiuslibet tarditatis sublata desidia. per universas et singulas terras decrete tibi provincie universis et singulis sub pena personarum et bonorum omnium que a nobis tenent facias puplice voce preconia inhiberi et inviolabiliter observari. quod nulli prorsus sive sint. gallici. vel provinciales. aut quavis alii ultramontani vel latini. cuiuscunque prerogative. aut dignitatis. vel honoris et conditionis existant. arma prohibita nisi quatenus pro executione servitiorum nostrorum sibi forsitan commissorum per patentes litteras nostras expedierit et licebit. contra predictarum constitutionum tenorem. deferre audeant. Guerram vel rissas aut turbationes aliquas moveant nec aliter alterum offendere in persona vel rebus. aut vindictam sumere seu tenimenta invadere quoquomodo presumant. Set omnes et singuli iuribus et finibus eorum contenti concordie pacis et quietis cuiuslibet invicem gaudeant unitate. causas omnes et querelas. seu controversias que occasione predictorum tenimentorum sicut pluries evenisse audivimus seu aliis de causis. inter eos emerserint. coram Vice Magistro Justitiario et Judicibus Magne Curie nostre. Justitiariis et aliis officialibus ordinariis provinciarum pro ut ad cuiuslibet spectat. officium ordine iudiciorum prosequantur. cuius inhibitionis si quos inveneris transgressores ad quos in-

(1) Giovanni Scotto Giustiziero di Abruzzo.

quirendos. et sciendos. cura sollerti. pro ut ad tuum spectat officium diligenter invigiles contra eos in bona et personas eorum. nullo alio exinde expectato. mandato. nec etiam in hac parte alicui deferendo iuxta predictas Regni. constitutiones sic ad penam debitam procedere debeas. quod eorum insolentiis et transgressionibus impunite non transeant. exemplo alii committere similia non attentent. et per omnes et singulas partes iurisdictionis predicte firme pacis tranquillitas. et status pacificus ubilibet observetur. Datum Rome. XV° februarii V° Indictionis.

CLIII.

Anno 1277. 26 Febbraio 5ª indizione — Terra di S. Erasmo presso Capua.

La Università di Napoli è condannata al pagamento di cento once di oro per uno omicidio.

Ivi Reg. Ang. 1270. C. n. 9. fol 176 t.

XXVI.° Februarii (1). apud Turrim (2). Scriptum est. Baiulo Judicibus et Universis hominibus Neapolis etc. Cum in questione agitata olim in M. R. C. coram vicemagistro Justitiario et Judicibus eiusdem Curie inter Magistrum Lucam procuratorem Fisci Regii nomine ac pro parte ipsius Curie ex parte una et Bartholomeum Guindacium militem et Judicem Petrum Pappasinum Syndicos Universitatis Neapolis nomine ac pro parte dicte Universitatis ex altera de uncis auri Centum in quibus procurator ipse dictos Syndicos ad opus ipsius Curie petiit condempnari pro eo quod facta inquisitione per eamdem Regiam Curiam in Casali Antignani de pertinentiis Neapolis est inventum quod Sergius Salla in dicto Casali fuit inventus occisus dicti Sindici nomine Universitatis ipsius et ipsa universitas in eadem Curia per predictos Vicemagistrum Justitiarium et Judices in predictis uncis auri Centum pro pena homicidii eiusdem Sergii dicto procuratore pro parte et nomine ipsius Curie ac ipsi Curie fuerunt finaliter condempnati. devotioni vestre etc. quatenus dictas uncias auri Centum inter homines ipsius terre Neapolis pro modo facultatum unius cuiusque per homines fideles et probos per vos. concorditer eligendos sicut in collectis aliis fieri consuevit. Ita quod alii cum hominibus ipsius terre Neapolis sicut tenentur et consueverunt contribuant in hac parte taxari proportionaliter et fideliter faciatis et recolligi festinanter et ipsas Centum uncias recollectas et sicut recolligi poterunt successive dictis Syndicis pro parte ipsius Curie faciatis exolvi per eos Magistro Matheo Baraballo de Gayeta etc. sine difficultate qualibet ac diminutione exhibendas. Cauti quod in exequutione presentis mandati nostri sub pena unciarum auri centum Curie applicanda fraudem seu malitiam aliquam nullatenus committatis et quod maiorem taxari seu recolligi quantitatem pecunie non contingat. Volumus insuper quod Magistris Rationalibus Magne Regie Curie nobiscum morantibus Regie Camere Thesaurariis et ipsi actorum notario quantitatem pecunie quam inter homines ipsos taxari et recolligi facietis. fideliter rescribatis. factis de nominibus et cognominibus singulorum et quantitatem pecunie taxationis ipsius quam quilibet eorum exolverit quatuor per totum quaternis similibus quorum unum ipsis Magistris Rationalibus. alium predictis Thesaurariis et tertium predicto actorum No-

(1) 5ª Indizione. (2) Di S. Erasmo presso Capua.

tario destinari curetis apud vos alio remanente. Nos enim damus per nostras litteras speciales eisdem Syndicis in mandatis ut a predictis Collectoribus exigant et recipiant uncias supradictas. ipsosque ad solutionem ipsarum qua viderint cohertione compellant et ipsas dicto actorum Notario pro parte ipsius Curie studeant sine dilatione qualibet exhibere ab eo apodixam ydoneam inde receptare. Datum ut supra.

CLIV.

Anno 1277. 2 Marzo 5ª indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Capitoli d' inquisizione contro Maestro Pietro de Chau e suoi dipendenti.

Ivi Reg. Ang. 1270. C. n. 9. fol. 174 t. 175.

Capitula super quibus inquirendum est contra Magistrum Petrum de Chaulis Notarium familiares et ordinatos suos.

In primis inquiratur que quantitas pecunie taxata et imposita fuit anno quolibet in Neapoli et singulis Casalibus eius et quantum in quolibet Casali pro generalibus subventionibus. Servientibus et balistariis. solidis. Galearum. pretio nove monete mutuis. penis homicidiorum clandestinorum commissorum compositionibus et servitiis aliis quibuscumque personalibus et realibus tam puplicis quam privatis.

Item inquiratur de nominibus et cognominibus taxatorum et Collectorum qui pecuniam ipsam quolibet anno in Casalibus ipsis taxare et recolligere habuerunt et inquiratur per taxatores et Collectores eosdem et per alios per quos melius sciri possit si predicto magistro Petro de Challis notario familiaribus et ordinatis suis ultra quantitatem taxationis cuiuslibet in qua terminis ipsis contente. ad mandatum ipsius magistri Petri taxaverunt et recolligerunt et si exinde aliquid dederunt eidem magistro Petro vel notario et familiaribus suis vel aliis nomine eius et quibus. quid et quantum.

Item si taxatores et collectores ipsi dederunt eidem aut notario vel familiaribus eius vel aliis ad mandatum vel pro parte ipsius de quantitate pecunie quam taxare et recolligere habuerunt aliquam quantitatem et quam sub pretextu quod ipse magister Petrus eam micteret vel assignaret Justitiariis Regionis. distributoribus nove monete aut aliis officialibus Curie qui eam exigere pro parte Curie habuerunt et si ipse magister Petrus pecuniam ipsam Justitiariis et aliis Officialibus Curie quibus assignare debuit assignavit vel assignari fecit vel si partem sibi retinuit et quam et si de pecunia taliter assignata eidem Magistro Petro. Notario et familiaribus eius. vel aliis pro parte sua assignavit et dedit eisdem Collectoribus apodixas Justitiariorum et distributorum nove monete vel aliorum officialium Curie quibus debuit assignari vel suas que videantur et inspiciantur per Inquisitores et transcribantur in quaterno Inquisitionis de verbo ad verbum.

Item si ratione superflui ponderis. apodixarum quaternorum seu expensarum quas se factarum diceret de recolligenda. deferenda. vel mittenda pecunia ad Justitiarios vel alios officiales aliquid ab eis recepit seu familiares et ordinati sui receperunt pro eo quod et quantum a singulis eorum qualibet vice.

Item si in Casalibus ipsis vel aliquo eorumdem ultra quantitatem in eis per Curiam impositam tam pro negotiis Curie vel privatorum. aliquam quantitatem ipsi vel ordinati

et familiares sui taxari fecerunt et recolligi et quam et si quantitatem ipsam habuerunt et receperunt vel partem ipsius et quam et per manus quorum et quando.

Item requiratur a predictis taxatoribus et collectoribus ipsorum Casalium de qualibet particulari taxatione generalium subventionum Servientium Balistariorum. mutui. nove monete. solidorum Galearum et aliarum exactionum tam Curie quam privatorum quaterni cuiuslibet anni ut fiat collatio de eis cum quaternis Justitiariorum et aliorum officialium Curie qui ipsam pecuniam recipere habuerunt qui in Archivo Curie conservantur. Utrum quantitas taxata in Casalibus ipsis secundum particularem taxationem ipsorum quaternorum dictorum collectorum sit equalis vel maior quantitate quam solvere debuerunt.

Item inquiratur per homines Casalium ipsorum si totam quantitatem eis secundum predictam particularem taxationem quaternorum ipsorum impositam solverunt vel ultra et quantum ipsi Magistro Petro vel aliis de mandato eius vel pro parte sua.

Item inquiratur si aliquid de Casalibus ipsis a predicta particulari taxatione quaternorum ipsorum fuerunt exclusi et ipse Magister Petrus vel alii de mandato eius vel pro parte sua ipsos taxari fecerunt et quantitatem eis taxatam recolligerunt vel recolligi fecerunt vel partem ipsi et quam et per quorum manus.

Item si aliquem de Casalibus ipsis ipse vel ordinati sui mandaverunt vel fecerunt exenti a taxatoribus generalium subventionum et aliarum exactionum omnium predictarum vel aliquos etiam alleviari. et si aliquid proinde recepit vel recipi fecit in pecunia vel rebus aliis quid et quantum et a quibus.

Item si idem Magister Petrus vel ordinati et nuntii sui receperunt a Justitiariis vel a Collectoribus ipsorum Casalium aliquam quantitatem pecunie et quam restituendam hominibus ipsorum Casalium qui mutuum fecerunt et si pecuniam ipsam totam eisdem mutuatoribus exolverunt et restituerunt vel partem sibi retinuerunt et quam vel si quocumque alio modo de quantitate pecunie que restituenda erat mutuatoribus ipsorum Casalium aliquam quantitatem subtraxerunt et minuerunt vel subtrahi et minui fecerunt et retinuerunt sibi et quam.

Item inquiratur si occasione quod idem Magister Petrus dicebat se iturum ad Curiam Regiam vel Justitiarios Regionis seu distributores nove monete vel alios officiales Curie pro parte hominum ipsorum Casalium vel alias procuraturum negotia eorumdem aliquid fuit sibi vel aliis pro parte sua et quibus exhibitis in pecunia vel rebus quibuslibet quid et quantum qualibet vice.

Item inquiratur. si aliquas oppressiones vel iniurias hominibus ipsorum Casalium et quibus intulit et quare et si aliquos incarceravit vel incarcerari fecit et quos de mandato Curie vel auctoritate propria et ob quam causam et si pro liberatione ipsorum aliquid recepit vel recipi fecit quid et quantum et a quibus.

Item inquiratur etiam de omnibus supradictis contra dominum Ligorium Caraczolum de Neapoli militem. notarium familiares et ordinatos suos.

Datum apud Turrim Sancti Herasmi etc. ut supra II° eiusdem Martii (*V.e indictionis*).

CLV.

Anno 1277. 7 Maggio 5ª indizione — Brindisi.

Carlo I di Angiò ordina al Secreto di Puglia di pagare l'assegno a Suffridina Contessa di Caserta, carcerata nel castello di Trani (1).

Ivi Reg. Ang. 1268. A. n. 1. fol. 24.

Mense Madii. VIIº die eiusdem quinte Indictionis. Apud Brundusium Scriptum est Secreto Apulie etc. Et parte Suffridine olim Comitisse Caserte que in Castro nostro Trani detinetur fuit nostre nuper expositum Maiestati. quod olim tibi per litteras Karoli. Karissimi primogeniti nostri principis Salerni et Honoris Sancti Angeli domini tunc in Regno Sicilie a faro citra usque ad confinia terrarum Sancte Romane Ecclesie Capitanei et Vicarii generalis sub sigillo Capitanie. scriptum fuit in hec verba. Karolus primogenitus Illustris Regis Sicilie etc. Secreto Apulie devoto suo etc. Pro parte Sanfridine olim Comitisse Caserte que in Castro Trani detinetur fuit expositum coram nobis quod olim anno proximo preterite quarte indictionis Secreto Apulie precessori tuo per nostras sub sigillo Capitanie litteras continentes formam quarumdam litterarum domini patris nostri. ipsi precessori super hoc directarum dedimus in mandatis quod ipse earumdem Regiarum litterarum forma diligenter attenta et in omnibus observata. eidem Sanfridine expensas pro se. socia una et serviente una. pro tribus mensibus. Videlicet. Iunio. Iulio. et Augusto. tertie Indictionis. primo preterite pro quibus expensas ipsas eadem Sanfridina ut asserit non dum receperat ac pro predicto anno quarte indictionis exhibere curaret iuxta earumdem Regiarum continentiam litterarum. Sed sicut pro parte eiusdem Sanfridine asseritur idem precessor tuus expensas huiusmodi pro ultimis duobus mensibus eiusdem anni quarte Indictionis tantum eidem Sanfridine exhibere aliquatenus non curavit. Quare pro parte ipsius Sanfridine petebatur a nobis ut exhiberi sibi expensas pro eisdem duobus mensibus. ac pro presenti anno quinte indictionis Regia auctoritate qua fungimur mandaremus quocirca devotioni tue Regia auctoritate precipiendo mandamus quatenus certificatus prius per litteras eiusdem precessoris tui continentes formam predictarum nostrarum litterarum sibi missarum de tempore pro quo ipse precessor tuus de expensis huiusmodi non satisfecit Sanfridine predicte tu expensas ipsas eidem Sanfridine vel certo nuntio suo pro ea presentes tibi litteras assignanti pro tempore pro quo idem precessor tuus expensas ipsas sibi non

(1) Col mio opuscolo: *Cronaca di Matteo Spinelli da Giovenazzo ridotta alla sua vera dizione ed alla primitiva cronologia. Con un Comento in confutazione a quello del Duca di Luynes sulla stessa Cronaca e stampato in Parigi nel 1839.* Napoli 1865 in 8º; e poi novellamente colla mia opera: *I notamenti di Matteo Spinelli da Giovenazzo difesi ed illustrati.* Napoli 1870 in 8º dalla p. 140-150 e 234-248 io per il primo con documenti inediti, tratti dall'Archivio di Stato di Napoli, ò dissipato l'errore tramandato dagli storici per lunghi anni fino a noi intorno al Conte di Caserta Riccardo, che dicevano di casa De Rebursa, e che il duca della Guardia e l'Ughelli sostennero fosse un tal Roberto, Io adunque ò dimostrato ad evidenza chi sia stato il Conte Riccardo di Caserta, chi sua madre, le due sue mogli, il suo figliuolo: e chi fosse Riccardo de Rebursa, chi sua madre, e chi fosse stata sua moglie e la sua figliuola; ed infine che il Roberto creduto Conte di Caserta non era che un Roberto cognominato *De Comite* della città di Caserta suffeudatario di Riccardo Conte di Caserta. Ed in fine io pel primo ò riassunto e pubblicato per intero molti documenti affatto sconosciuti ed inediti, che riguardano Siffridina Madre del Conte Riccardo, come pure Corrado figliuolo di quest'ultimo, e della infelice sua moglie Caterina de Gabenna. Fo questa dichiarazione perchè non abbiasi a credere plagi queste mie fatiche di molti anni, pubblicate molto tempo innanzi a lavori sullo stesso argomento dati alla luce da altri posteriormente alle sopra notate mie opere.

exhibuit. ac deinde in antea pro presenti anno quinte indictionis de pecunia proventuum officii tui Secretie quod eodem anno presenti exerces. exhibere procures. iuxta predictarum nostrarum directarum eidem precessori tuo continentiam litterarum. Ita quod propter hoc non oporteat eamdem Sanfredinam. ad Regiam Curiam recurrere iterato. de hiis autem que presente auctoritate solveris ydoneam recipias apodixam. cum dictis litteris certificatoriis eiusdem precessoris tui in tuo ratiocinio producendam. Datum Neapoli per Magistrum Nicolaum Boccellum Subdecanum Baiocensem. Regie Camere Thesaurarium ac Magne Regie Curie Magistrum Rationalem. Anno domini. M.° CC.° LXXVI: die ultimo Octubris. V^{e} Indictionis. Regni predicti domini Regis anno duodecimo. Tu vero auctoritate litterarum ipsarum eidem Mulieri de predictis expensis usque per totum mensem Novembris presentis quinte indictionis tantummodo satisfacere curavisti. propter quod fuit nostre celsitudini pro parte ipsius humiliter supplicatum. ut mandare exhiberi sibi expensas ipsas pro reliquo tempore anni presentis dicte indictionis. de benignitate Regia dignaremur. Ideoque fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus. quatenus. si vera est expositio supradicta. expensas ipsas eidem Sanfridine vel certo nuntio suo pro ea. iuxta predicti primogeniti nostri litterarum tenorem. a tempore quo eas sibi non exhibuisti et in antea usque per totum eumdem presentem annum. sine difficultate qualibet exhiberi procures. ut ad nos propterea iterato recurrere non cogatur. Datum etc.

CLVI.

Anno 1277. 8 Giugno 5^{a} indizione — Venosa.

Carlo I di Angiò emana le Costituzioni del Regno rivedute.

Ivi Reg. Ang. 1276-1277. A. n. 27. fol. 19 t. 20.

Scriptum est. eidem Justitiario (1) etc. Cum nichil prodessent Constitutiones edere nisi edite in suis finibus inviolabiliter servarentur fidelitati tue sub pena unciarum auri ducentarum firmiter et expresse precipimus quatenus Constitutiones per nos novatas. editas. et apud Venusium in nostra Curia promulgatas que inferius continentur quas ibique per Regnum promulgari volumus et si qui contra tenorem ipsarum Constitutionum venire presumpserint contra eos secundum quod Constitutiones huiusmodi dictant ad penam debitam procedatur. et ad evitandam penam in eisdem Constitutionibus comprehensam ignorantie causam pretendere nequeant statim receptis presentibus per singulas terras et loca Jurisdictionis tue facias promulgari et eas quatenus secundum tenorem Constitutionum ipsarum ad tuum spectat officium toto tui officii tempore inviolabiliter observes et facias observari. et cum te ab officio ipso de mandato nostro contingerit amoveri eas in scriptis successori tuo. sub tuo Sigillo assignes cum transcripta forma presentium per eum sui officii tempore inviolabiliter observandas de quarum Constitutionum promulgatione fieri facias in singulis terris et locis ipsarum partium duo scripta puplica consimilia continentia formam presentium cum tenore Constitutionum ipsarum. diem et locum promulgationis earum quorum unum Magistris Rationalibus Magne Curie nostre sine mora transmictas et reliquum de qualibet terra et loco tibi retineas per te in tuo ratiocinio producendum. Sciturus

(1) Aprutii.

pro cetero quod si secus idem feceris penam ipsam a te statim exigi faciemus preter penam aliam in te propterea iuxta nostrum beneplacitum infligendam. Tenor autem Cònstitutionum ipsarum tàlis est. Predecessorum nostrorum Regum Sicilie sanctiones super infrascriptis Capitulis aliquorum fidelium nostrorum presumptuosa temeritate quasi quadam Rubigine obfuscatus provida deliberatione novantes statuimus ut nullus Comes. Baro. Miles. Burgensis. vel quivis alius cuius-cumque conditionis existat. Civitates. Castra. Munitiones. Casalia. Villas et denique quicquid in eis intus vel foras esse demanium vel de demanio consuevit redditus etiam et servitia nobis debita occupare vel occupata tenere presumat. Siquis autem divine salutis immemor et sacramenti contemptor quo Serenitati nostre tamquam Vassallus noster tenetur astrictus presertim a tempore felicis nostri adventus in Regnum. vel propria temeritate vel occasione concessionis nostre sibi facte aliquod de predictis quod concessio nostra non continet cum ad id quod occupatum dicitur se ipsa nostra concessio non extendat quod de multis intelleximus quadruplum fructuum. et obventionum omnium reddituum et utilitatis cuiuslibet perceptorum ab ipso curie nostre cum integritate persolvat. et nichilominus rem ipsam occupatam sine qualibet dilatione restituat cum omnes scire debeant quod suum non est presertim in talibus hoc ad generale demanium pertinere. predicta sine nostra vel officialium nostrorum requisitione restituant. Statuimus etiam ut nullus Baronem Militem vel quemlibet pheodatarium ad nostrum demanium pertinentem. vel Baroniam aliquam que nostri demanii sit occupari vel occupatam tenere presumat quod qui fecerit et predictam sub dissimulatione transierit ac sine dilatione Curiè nostre non denuntiaverit et occupata non restituerit puplicationè bonorum suorum se noverit incursurum. Statuimus etiam ut nullus in terris demanii nostri recipere audeat commendatos cum hoc non causam dapnosum set iniuriosum nobis sit cum defensio nostra eis plene sufficiat et alia defensione egeant. siquis autem causa novate quam presentis nostre Constitutionis temerarius violator extiterit recommendatos quos impudenter sub sua protectione receperit Curie nostre restituere compellatur et decem libras auri purissimi fisco nostro cogatur inferre. et si secundo ipsos recipere vel retinere presumpserit publicatione bonorum suorum omnium punietur. et si tertio temeritatem eamdem reiterare presumpserit ultimo supplicio subiacebit. mitigatione presentis ultime pene nostre Clementie reservata. Quia ex in obedientia officialium vel aliorum fidelium nostrorum quibus de mandato nostro vel officialium nostrorum aliquod de servitiis nostris iniungitur animis ipsorum in reverentia quod non levis innoscitur et sepe cum incomodo nostro ipsa servitia retardantur. Volentes in hoc et utilitati nostre et ipsorum tam officialium quam aliorum fidelium nostrorum comodis providere ut edocti de pena conteptus ipsam possint de facili evitare. Statuimus ut omnes fideles nostri cuiuscumque nationis seu conditionis existant mandatis nostris et officialium nostrorum omnium servitia nostra exequentium tam in Universalibus Collectis. Mutuis. Recollectione nove monete et in omnibus aliis servitiis nostris audientes et obedientes existant. Si quis autem in conteptum nostri Culminis et honoris et diminutionem immo destructionem servitiorum nostrorum contrarium facere attentaverit perinde habebimus ac si nostre Maiestatis inobediens extitisset et nostre Maiestatis arbitrio punietur. Quia quandoque immo frequenter occasione licitorum homines ad illicita manus extendant intelleximus quod Comites. Barones. Milites et pheudatarios. Burgenses. et omnes alii Layci cuiuscumque conditionis existant dum cabellas terrarum suarum ultra debitum et solitum vendunt persepe vassallos suos invitos ipsas emere compellendo. et eisdem emptoribus prestando auxilium et favorem ut pecuniam eis ab emptoribus pro Cabellarum venditione promisse possint cum integritate recipere efficiunt ut hiidem emptores debitis et solitis Cabellarum iuribus non contenti fines modestie excèdendo processus suos convertunt in predam et ex hoc non tantum privatorum dampna gravia inferuntur

sed nobis dum terras tam privatorum quam nostras terris venditis in Cabellam vicinas hiidem emptores temerariè et presumptuose occupant potentia et subfragio venditorum et propter hoc affidaturas ab illis qui ad hoc eis non tenentur et indebita terragia conferuntur. Nolentes igitur hoc equanimiter tollerare cum iustitie non consonet nec sit equum quod aliquis locupletetur cum aliena iactura vel ex alterius lucro dompnum sentiat nec pati debeamus quod humiliores a potentioribus opprimantur. et predicta si commicterentur non solum cum dampno sed etiam cum nostra iniuria fierent. Statuimus ut nullus emptor talium Cabellarum in posterum talia facere vel attemptare presumat nec ei venditor dominus in talibus opem ferre. Siquis autem avaritie tentus cupidine mandata nostra presenti Constitutione inserta putaverit negligenda et que a nobis statuta sunt tenaciter non observaverit pena debita punietur. Videlicet. quod Rem occupatam ad nostrum demanium pertinentem cum quadruplo fructuum perceptorum et Rem privatorum occupatam taliter cum medietate extimationis ipsius hiidem Cabelloti tam nobis quam ipsos privatos restituere et solvere compellantur. eadem pena dominis terrarum in Cabellam venditarum imminenti Si Cabellotis. Baiulis vel procuratoribus eorum opem aliquem tulerint in predictis excessibus commictendis et eis super hiis cum ad ipsorum conscientiam pervenerit non restiterint toto posse quod si predictus Cabellotus ad predictam penam solvendam non sit ydoneus nec rem quam invasit restituere possit in defectum pene pecuniarie que ex ipsius delicto descendit corporalem penam substinebit eidem nostro arbitrio imponendam. Datum Venusii. Anno Domini. Millesimo. CC.° LXXVII.° die. VIII.° Junii. V.° Indictionis. Regni nostri Anno. XII°.

Similes facte sunt omnibus Justitiariis huius Regni.

CLVII.

Anno 1277. 23 Giugno 5ª indizione — S. Gervasio.

Carlo I di Angiò fa battere nuova moneta nella zecca di Messina.

Ivi Reg. Ang. 1276. A. n. 25. fol. 110 t.

Scriptum est: Nicolao Trare Magistro Syclario Sycle Messane etc. fidelitati tue firmiter et expresse precipimus quatenus novam denariorum monetam quam ad presens in Sycla nostra Messane pro parte Curie nostre laborari et cudi mandavimus et laborari et cudi facias sine qualibet tarditate sicut dictum est tibi per tue commissionis nostras litteras in mandatis. ut in termino tibi per easdem litteras assignato. distribui valeat et expendi. que quidem moneta sit forme et cunei infrascripti videlicet ab una parte sit forme et cunei huius

et ex altera sit forme et cunei huius

super cuius monete pretio celeriter colligendo illam diligentiam apponas et apponi etiam facias ut tota pecunia pro ipsius pretio debita infra mensem unum ad tardius post terminum. quo moneta ipsa debet distribui sit totaliter recollecta quam sicut successive recolligitur in nostra Camera debeas assignare. Datum apud Sanctum Gervasium. die XXIII° Junii V° Indictionis.

CLVIII.

Anno 1277. 24 Giugno. 5ª indizione — S. Gervasio.

Carlo I di Angiò fa battere nuova moneta nella zecca di Brindisi.

Ivi Reg. Ang. 1276 lettera A. n. 25. fol. 110.

Scriptum est Goffrido Buchinardo de Baro. Sergio Sorano de Ravello et Andree de Bonito de Scala Magistris Syclariis Sycle Brundusii etc. fidelitati vestre firmiter et expresse precipimus quatenus novam denariorum monetam quam ad presens in Sycla nostra brundusii pro parte Curie nostre laborari et cudi mandavimus laborari et cudi sine mora qualibet faciatis sicut dictum est vobis per vestre commissionis nostras litteras in mandatis ut in termino vobis per easdem litteras designato distribui valeat et expendi. que quidem moneta sit forme et cunei infrascripti videlicet ab una parte sit forme et cunei huius et ex altera sit forme et cunei huius Super cuius monete pretio celeriter colligendo illam diligentiam apponatis ut tota pecunia pro ipsius pretio debita infra mensem unum ad tardius post terminum quo moneta ipsa debet distribui sit totaliter recollecta quam sicut successive recolligitur in nostra Camera assignetis. Datum apud Sanctum Gervasium. die. XXIIII° Junii (*V° indictionis*).

CLIX.

Anno 1277. 21 Luglio 5ª indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò dichiara di Regio Demanio la terra di Ostuni.

Ivi Reg. Ang. 1276. A. n 25. fol. 179 t.

Karolus Dei gratia Rex Jerusalem. Sicilie. etc. Per presens etc. quod nos considerantes terram Houstuni sitam in Justitiariatu terre Ydronti in manu nostra esse et in nostro demanio remanere. per quam fore profectuosum et utile ex causis inferius denotatis. videlicet quod posita est in Strata et est Capud Jornate a Monopulo versus Houstunium et ab Houstunio versus Brundusium et persepe per partes illas habentes transitum. nos et Comitiva nostra ibidem hospitamus habiliter et ceteri transeuntes. Item quia predicta terra Houstunii est contigua loco dicto dudum Petrolla. que nunc dicitur Villa nova et eadem terra Villa nova. sita est in veteri tenimento Houstuni et terra ipsa Villa nova fundata diu non posset persistere nisi de tenimento ipsius terre Houstuni in aliqua parte provideretur eidem. quem locum Ville nove de novo habitari providimus consideratis habilitate et utilitate cruce signatorum persepe transeuntium versus Brundusium ad ultramarinas partes et quod ibi Pirrate receptaculum habere

non possint nec stratas rumpere et offendere cruce signatos eosdem vel alios viatores. Ad supplicationem hominum eiusdem terre Houstuni nostrorum fidelium de liberalitate mera et gratia speciali eis concedimus eandem terram Houstunii in nostro nostrorumque heredum demanio habere et in perpetuum retinere. Et licet predicta terra Houstunii dudum aliquo tempore fuerit de Comitatu licii vel de principatu tarenti terra ex certa scientia et conscientia nostra terram ipsam Houstunii sive de demanio vel baronia ipsius principatus tarenti sive etiam de demanio vel de Baronia predicti Comitatus licii fuerit a Principatu ipso tarenti et a predicto Comitatu licii de speciali gratia duximus eximendam addicantes eam demanio Regni nostri. Ad huius autem concessionis nostre memoriam et robur imperpetuum valiturum. presens privilegium eis exinde fieri et Sigillo Maiestatis nostre iussimus communiri. Datum apud lacumpensilem per Magistrum Guillelmum etc. Mense Iulii. XXI.° eiusdem. V.° indictionis Regnante etc. Regnorum eius Jerusalem anno primo. Sicilie vero Tertiodecimo.

CLX.

Anno 1277. 25 Agosto 5ª indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò manda copia delle Costituzioni del regno al Giustiziero di Basilicata, onde le faccia pubblicare per tutto il suo giustizierato, ordinandogli di osservarle diligentemente e farle rigorosamente osservare.

Ivi Reg. Ang. 1276. 1277. A. n. 27. fol. 105 t - 107 t.

Scriptum est. Pontio de Blanco forti dilecto militi. familiari. et fideli etc. Cum de fide prudentia et legalitate tua confisi te Justitiarium Basilicate usque ad nostrum beneplacitum duximus statuendum. fidelitati tue presentium tenore precipimus quatenus infrascriptas constitutiones per nos editas tempore tui officii observes et facias inviolabiliter observari per universos et singulos et puplice divulgari. Tenor autem ipsarum constitutionum talis est. Quia de Vicariis quos in diversis Civitatibus atque locis Terre Laboris et Comitatus Molisii. ac Principatus et Terre Beneventane. aliisque Regni nostri partibus. Justitiarii nostri contra ipsius Regni consuetudinem statuerunt graves querimonie ad nostram audientiam iugiter perferuntur. Nos oportunum in hoc remedium adhibere volentes Regia auctoritate precipimus ut omnes huiusmodi Vicarii amoveantur protinus de Civitatibus locisque predictis nec aliqui alii sine speciali mandato nostro in aliquibus locis eiusdem Regni ullo nunquam tempore statuantur. Set Regni nostri fideles suo more viventes per Justitiarios et Baiulos ac Judices terrarum prout consuetum est hactenus regantur fideliter et salubriter gubernentur.=Idem Rex. Castellanis nostrorum Arcium nullam prorsus extra commissas eis Arces iurisdictionem habere nolumus seu etiam potestatem. nec servientes ipsarum Arcium nisi cum pro servitiis Curie destinantur Arma quelibet extra arces deferre presumant set tam Castellani quam servientes solummodo Arcium et Castrorum nostrorum custodie intendentes diligentius. de aliquo negotio quod ad iurisdictionem pertineat se nullatenus intromictant. nisi forsan aliquid aliud Castellanis ipsis per patentes nostras litteras committatur neque liceat Castellanis et servientibus ipsis concubinas suas seu quascunque mulieres alias exceptis eorum uxoribus iuxta Castrorum et Arcium ambi um introducere seu

etiam retinere. Ut autem Castellani et servientes ipsi huiusmodi constitutionem nostram infringere non presumant precipimus ut Justitiarii Regionum de ipsorum processibus frequenter inquirant ac etiam diligenter. et si aliquos contra constitutionem venire compererint protinus excellentie nostre significent. ut per nos contra transgressores huiusmodi ad penam debitam procedatur. = Idem Rex. Contra effrenatas multorum insolentias qui sibi iurisdictionem indebitam usurpantes fideles Regni nostri et etiam innocentes capere pro sua voluntate presumunt salubriter providere volentes universis et singulis tam hiis videlicet. quos nostri lateris comitatus illustrat quam aliis quibuscunque districtius inhibemus. ut sine speciali mandato nostro vel nostrorum officialium plenam a nobis in hoc auctoritatem habentium. ad capiendum seu arrestandum et detinendum aliquos seu aliquorum bona procedere non attentent. quicunque autem contra hanc inhibitionem nostram venire temptaverit per officiales nostros capiantur protinus et capitali sententia puniantur. = Idem Rex. Statuimus ut nullus Justitiarius nullusque alius officialis noster personas aliquas Regni nostri in pecuniariam penam seu bannum pecuniarium incidentes et Curie nostre caventes ydonee super huiusmodi pena seu banno solvendo de persona capere presumant. quod qui presumpserit si de hoc convictus fuerit graviter iuxta nostrum beneplacitum puniatur. = Idem Rex. interdicimus. ne aliquis ultramontanus seu citramontanus iniurias sibi minime dicere vel unus contra alium ad contumeliosa verba prorumpere quoquomodo presumat. quicumque vero huiusmodi edicti nostri temerarius violator extiterit per officiales nostros capiatur et graviter puniatur. = Idem Rex. gravamina que fidelibus Regni nostri ab officialibus nostris hactenus dicebantur inferri abominabiliter detestantes auctoritate regia prohibemus expresse ne aliquis noster officialis aut noster vel ipsorum officialium familiaris aliquem de fidelibus nostris cum propriis eius expensis pro servitiis Curie nostre transmittat. nisi forsam is qui mittitur Curie nostre ad id specialiter de consuetudine vel quocunque iure alio sit astrictus. neque alia utpote Jumenta. muli. equi. somerii et hiis similia cuicunque de nostris fidelibus in hoc ex antiqua consuetudine vel alio quocunque iure liceat auferantur omittenda pro servitiis Curie de uno loco ad alium sine Curie salario competenti. = Idem Rex. hac editali lege in perpetuum valitura sancimus. ut nullus Justitiarius nullusque officialis munera vel exennia sive dona quelibet recipere quoquomodo presumat. exceptis exculentis. et poculentis sicut est eis a iure permissum. set eorum contenti salario sicut ferventes in executione Justitie. nec divertant ad dextram vel sinistram. neque liceat cuicunque Justitiario Secreto et alii officiali nostro cum primum ingreditur loca decrete sibi provincie quicquam recipere a Civitatibus Castris Villis aut aliis quibuscunque locis sive personis sicut hactenus ex quadam consuetudine in aliquibus Regni nostri partibus et specialiter in Sicilia fuisse dicitur observatum. et cum aliquibus Castra seu pheuda seu possessiones quascunque de mandato celsitudinis nostre restituunt aut assignant palefredum. aut pecuniam nomine palafredi. aut quodcunque aliud per se non exigant neque recipiant pretextu cuiuscunque consuetudinis. vel cuiuslibet alterius rationis. Set quia Justitiarii specialiter in pinguioribus et melioribus Civitatibus seu locis provinciarum suarum sic sue stationis nidum firmare dicuntur quod eis per alia loca provinciarum ipsarum ad purgandum illas malis hominibus discurrere non curantibus malefactorum crescit audacia impune committuntur excessus et iustitia non servatur. Nos qui subditis nostris copiam ministrare cupimus affluenter oportunum in hac parte consilium adhibere volentes. universis et singulis Justitiariis Regni nostri fieri inhibemus ne in aliquibus Civitatibus sive locis aliis provinciarum suarum ultra Tres dies vel quatuor ad plus. nisi id evidens necessitas vel utilitas exposceret presumant moram protrahere set per provincias suas ubicunque discurrant. illasque expurgent malis hominibus officii sui debitum in executione iustitie viriliter et fideliter exequendo. = Idem Rex. Clandestinis maleficiis que nonnunquam

nocturnis temporibus quandoque vero in locis solitariis etiam de die a diversis malefactoribus committuntur salubribus nostre provisionis remediis obviare volentes. Statuimus. ut si commissores huiusmodi inveniri non possunt aut sicut multociens accidit per locorum incolas occultentur. homines locorum ipsorum in quibus vel quorum territoriis. maleficia sunt commissa ad dampnorum restitutionem dampnificatis integre faciendam per provinciarum presides compellantur. et clandestini autem et nocturni malefactores. si in ipso facinore deprehensi. vel aliter convicti fuerint legitime puniantur. Si vero occulta homicidia. in quocumque contingerit locorum territoriis perpetrari nec ipsorum patratores appareant. Ita quod nullus de tali facinore ab hiis qui de facto attinuerint vel ab aliquo de populo arguatur esse Inquisitionem de huiusmodi facinore fieri volumus diligentem per quam si aliquod certum probabitur. iuxta probata inquisitionis eiusdem procedendum fore iubemus. quod si ex inquisitione ipsa leves persone alique de homicidio perpetrato notentur. licet per eam contra ipsas non probetur ad plenum postremo ad tormenta ipsarum personarum levius decernimus descendendum. per que omnia si de delicto constare non poterit. quod confiteri animo indurato hii quibus ingeruntur tormenta non velint vel si prout consuevit accidere. in plerisque ultramodum tormentorum timidi fateantur nec in confessione perdurent soluti tormentis que tamen non timeant iterari. tunc illius loci in quo commissum est maleficium possessores. siquidem locus ipse habebit mille vel plura focularia centum. Si vero plura quam Quingenta. usque ad mille habeat domicilia. Quinquaginta. Quod si quingentorum vel paucorum focularium fuerint. Vigintiquinque unciarum auri multa nostro applicanda erario dampnandos esse censemus. Volentes etiam ut in aliis maleficiis. ac dampnis clandestinis et nocturnis huiusmodi tam Inquisitionis et probationis quam etiam tormentorum ultimo personis adhibendorum levibus. ordo servetur. quod si constet universitates. occultare velle forsitan huiusmodi sceleris commissores ac nolle ipsos officialibus nostris. illos querentibus exhibere penam universitatibus ipsis pro qualitate locorum et commissorum scelerum inferendam nostro arbitrio reservamus. = Karolus etc. Justitiario Basilicate etc. Pridem quedam statuta super puniendis malefactoribus consilio deliberato edidimus. que tibi mittimus presentibus. inclusa. Volentes et fidelitati tue districte mandantes quatenus statuta huiusmodi tam circa Regnicolas quam provinciales et gallicos et quoscunque alios in tua provincia contra statuta huiusmodi delinquentes studeas inviolabiliter observare. Sciturus quod si alicui quoquomodo in hac parte deferes penam infligendam eidem in te procul dubio curabimus retorquere. Datum Trani XIIII.° Novembris. XII.° Indictionis. Regni nostri Anno IIII.° = Forma Statutorum hec est. Karolus dei gratia Rex Sicilie etc. Ad hoc ut nostrorum bona fidelium sub securitate nostra tuta permaneant et omnis via committendi furta quibuslibet precludatur. Statuimus ut quicumque furtum in rebus unum Augustalem et infra valentibus commiserit fustigetur. et signetur seu mercetur in fronte. ac nichilominus de tota provincia banniatur. Is autem qui rem valente ultra Augustalem usque ad unam unciam. furatus fuerit manum ammittat. Ille vero qui ad bona ultra unciam valentia furtivas manus extenderit quicunque de pluribus furtis licet minimis convictus fuerit suspendio condempnetur. Et si nobilis fuerit capitali pena plectatur. = Karolus etc. Nuper in Civitate Averse feliciter residentes. statuto super molestiis per nos prius edito. quoddam aliud statutum adiunximus utriusque tenorem presentibus inseri facientes. tibique precipiendo mandamus quatenus statutum utrumque in omnibus que ad tuum officium pertinent diligenter observes et facias observari Tenor autem adiuncti statuti talis est. Karolus etc. Pridem contra insolentiam destituentium auctoritate propria possessores edictum infrascripti tenoris duximus promulgandum. Verum quia urgens nos cura sollicitat ut circa subditos nostros non solum que sunt pacis et iustitie cogitemus. set etiam submoveamus incommoda quibus copia rerum provenientium ex

agricultura precipue impeditur. eidem priori edicto partem non modice commoditatis addentes statuimus in toto Regno nostro tam videlicet in terris demanii quam quibuslibet aliis districtius prohibemus. ne pro debito vel alia causa quacunque inter privatas personas agatur. Aratorii Boves aut Aratrum. seu quicquid de Instrumentis vel rebus ad Aratrum pertinentibus etiam si alia nulla bona debitoris existant pro debitis quoque Curie nostre dummodo inveniatur sufficiens debitor in rebus aliis unde ipsi Curie satisfiat nullatenus capiantur. quicunque autem huiusmodi statuti violator extiterit preter id quod teneatur restituere rem ablatam et restaurare totum dampnum quod rei dominus toto tempore detentionis incurrerit. super quo utique premissa taxatione iudiciaria ipsius domini rei stabitur iuramento. alia insuper eum pena tanquam pro re violenter ablata volumus secundum iura puniri. minuenda tamen iuxta nostrum beneplacitum vel augenda. Justitiarius vero vel officialis alius qui requisitus quantum pertinebit ad ipsum in exequendo vel faciendo servari. statutum huiusmodi negligens vel remissus extiterit ipsis eisdem penis quibus et illator violentie subiacebit. ut ad eas de suo proprio teneatur. declaramus. tamen persona ex debitis nostris exceptis. alia omnia esse privata tam debita quam personas. ut presens statutum ad omnium et singulorum notitiam deducant universis Justitiariis et officialibus aliis. districte precipimus. ut statuto ipso sub sigillo nostro recepto. illud per decretas ei provincias nulla mora protracta significare debeant puplicare et in fine sui officii eorum subcessoribus assignare. qui similiter in principio sui regiminis illud puplicare et firmiter observari procurent. Spem de impunitate. nullam decetero habituri si penam debitam non dum tulerint. pro commissa per eos hactenus negligentia nec nostris constitutionibus et iussionibus observandis cum tam presens statutum quam alia per nos eddita. volumus inviolabiliter observari. proponentes etiam preteritas officialium negligentias non transire aliquatenus inpunitas. set inquisitione de hiis diligenter premissa sic in eos pro preteritis et animadvertere graviter quod pene acerbitas diligentiam excitet ad futura. Hactum Adverse. Anno Domini. M.° CC.° LXXII.° mensis octubris. IIII° die eiusdem prime Indictionis. Regni nostri anno VIII. Tenor autem prioris statuti talis est. videlicet. Karolus dei gratia etc. Subditorum commoti clamoribus contra eos qui spreto pacis et iustitie cultu auctoritate propria destituunt possessores quod ex multorum insolentia corporibus istis invaluit. destitutorum ipsorum crassantia seviens constitutionis addicto. providimus cohercendo. Statuimus igitur quod nullus de regno aud in regno nostro potens vel humilis. Nobilis vel plebeus cuiuscunque gradus. vel conditionis existat aliquem alium de regno vel in Regno possessione vel qui possessione rei mobilis vel immobilis auctoritate propria spoliari presumat. quod si quis presumpserit penam super hoc regni Constitutionibus comprehensam vel si maiorem vel minorem. serenitas nostra dictaverit se noverit incursurum. ut cum dissoluta temeritas severius arceatur. subscriptum modum in hoc volumus observari. ut si quis per aliud fuit hactenus infra regni nostri tempora. videlicet a tempore prelii Beneventani citra. vel erit decetero taliter destitutus et id Magne Curie nostre vel officialibus nostris ad quorum iurisdictionem et officium exinde possessionum iudicio pertinebit denunciare voluerit rationabiliter committatur dum tamen velit Camere Magne Curie nostre vel officiali cui hoc demum convenit offerat. nec non iura et si poterit prebeat fidem cautionem ibidem stare iudicio tam de possessione quam de proprietate rei cuius possessione se dixerit destitutum. ac parere superesse Curie nostre mandatis. et tunc recepto ab eo corporali Juramento de veritate dicenda interrogetur et examinetur attente quando fuerit eiusdem rei possessionem adreptus et qualiter ipsius destitutionis tempore possidebat. per quem etiam quorum auxilio vel favore. quibus presentibus fide nulla vel aliqua parte foret nisi quando et qualiter et qua occasione vel causa. et utrum cum armis vel sine armis fuerit destitutus et ea omnia in hactis fideliter reddigentur. deinde vocatis tam illo

qui supra destitutione delatus est quam illis quibus presentibus diceretur destitutio fere facta. nec non aliis siquis huiusmodi qui destitutum esse dixerint se producere forte volet. ac recepto ab eorum singulis Juramento de veritate dicenda. delatus interrogetur. si destituerit huiusmodi possessorem. et quando. et quare. quibus presentibus vel de aliqua vel neutra parte foret. nisi qualiter et utrum cum armis ac sine armis super quibus omnibus interrogentur similiter omnes alii cum ipso delata. vocati delatum autem vocari velimus et subfideiussione cavere de premissis omnibus. de quibus a denunciatore fuit fideiussio requisita. ea tamen condictione subiunta. quod si delatus fideiussionem dare maluerit vel forte nequiverit. si quidem alia fuerit de destitutione presumpsio personaliter capiatur. in carcere detinendus. usque quo fideiussionem huiusmodi exhibeat post cause decisionem super hoc mandato Curie nostre pareat et satisfaciat prout inferius continetur. quod si delatus forte aliquos alios interfuisse deferat. vel aliquos pro se viderit utiliter producendos similiter ad examinationem similem evocentur. quorumcunque omnium deposictiones et decetero similiter conscribantur et de negotio ipso non per libelli oblationem vel delationem. set celeriter et sumarie iuxta probatorum ipsorum merita cognoscatur. et si forte. ante ulteriorem cause cognitionem delatus fuerit de obiecta constitutione confessus. vel postmodum ex cause cognitione convictus ad restituendum destituto possessionem vel qui possessionem. uti destitutionis tempore possidebat ad sadisfaciendum sibi de dapnis et expensis et interesse. nec non et penam scitis constitutionibus comprehensam vel si maiorem aud minorem de futuris destitutionibus nostra decreverit celsitudo. compellatur instanter appellatione aliqua non obstante. ut tamen de eadem pena si nobis placuerit providere possimus. id statim quod delatus confessus fuerit vel convictus nostro culmini Volumus intimari. Volumus etiam ut ab ipsius cause principio cuilibet pretium sub aliqua magna et certa pena mandetur et id inter hacta scribatur. pro causa pendenti se offendere non presumant. nec aliquid igravare. que pena sic concepta fuerit exigatur instanter et id protinus nostre Curie intimetur. et si forte aliqua pretium debite sadisfactioni pene ipsius obtemperari noluerit. Vassalli omnes si quos habuerit. vel aliqui alii eum nullatenus recipiant. sibique in aliquo non pareant nec intendant. quod si fecerint penam subbibunt nostre Maiestatis arbitrio infrigendam. Nichilominus officiales. cuius penam imposuit vocatis et addonatis fidelibus nostris. quos et quot ad hoc vident oportunos in contumaces huiusmodi vel rebelles potenti manu procedat ipsosque pro parte Curie nostre bonis omnibus suis captis capiat de personis nec ipsos liberari vel bona ipsorum restitui eis nolumus nostra consientia inconsulta eodem modo procedi volumus in omnibus maleficiis silicet quod accusator vel denunciator et accusatus etiam vel delatus iurent et dent securitatem et dicant totum factum et tempus et locum et nomina illorum per quos poterit veritas reperiri. hactum Neapoli. Anno Domini. M.° CC. LXXII.° mense Marcio XV° eiusdem. XV° Indictionis Regni nostri anno VII°. Datum Neapoli per Magistrum Simonem de Parisius Regni Sicilie Cancellarium. XXVIII° Octubris prime Indictionis. Karolus etc. Satis constat esse notorium quod funde lateque proditorum nostrorum perfidia turbaverit hactenus regnum nostrum quantum etiam ad sedationem turbationis ipsius manus et consilia nostra vacaverint atque per quot et quantos nostros ac fidelium nostrorum labores et sumptus non sine dapnis et cladibus regnum ipsum ad statum pacificum sit reddactum. proditores qui ipsius turbationis auctores non indigne persequimur et de ipsorum filiis in regno morantibus non irrationabiliter suspicamur. ne illos paterne perfidie delectet hereditas et degravare nolentes patrum vestigiis innitantur. non est quo nobis et regni nostri fidelibus inconsultum de ipsis proditorum nostrorum filiis provide meditari. ne ipsi morbo paterne factionis infecti. virus infectionis huiusmodi possint in aliquos propagare. propter quod eos inter alia. matrimoniorum contractum sine nostre Maiestatis assensum. providimus inhibendum.

eis et singulis regni nostri fidelibus. sub pena puplicationis bonorum firmiter iniungentes ne manifestorum proditorum nostrorum filii vel filie inter se vel cum aliis vel alii cum eisdem matrimonium contrahere quoquomodo presumant. sine nostre Maiestatis assensu et licentia speciali. Simili etiam interdicto sub simili pena subponimus filios et filias quorumlibet bannitorum qui nec inter se vel cum aliis concivibus quamdiu parentes in banno ipso perstiterint matrimonium contrahatur. mandamus igitur quod presens nostre serenitatis edictum per iurisdictionem tuam vulgari facias illudque diligenter observes et precipias observari. ad penam predictam in transgressores si quos inveneris processuros Datum Averse per Magistrum Symonem de Parisius Regni Sicilie Cancellarium Anno Domini MCCLXXII° Mense novembris XXIIII° eiusdem prime indictionis Regni nostri anno octavo. Karolus etc. Quia propter subterfugia que criminosi tamquam criminum conscii eludunt penas se fuge subsidio subtrahentes per provincias alias Regni nostri diffugiunt ac eis latitantibus contigit remanere maleficia impunita. presenti constitutione in perpetuum valitura sancimus. ut si quando proditores. forbanniti ac foriudicati per Magnam Curiam nostram vel per Magistrum Justitiarium aut per quemcunque alium Justitiarium in aliquibus Regni nostri partibus commorantur. Justitiarius sub cuius iurisdictione proditores forbanniti aut foriudicati ut dictum est commorantur. ad requisitionem illius qui eum banniverit per litteras sibi factas capiat illum quem per suas litteras sibi significaverit forbannitum. foriudicatum seu etiam proditorem. quod si neglexerit Centum unciarum auri penam fisco nostro se noverit illaturum. quam penam augendam vel minuendam. considerata qualitate delicti seu personarum condictione nostro arbitrio reservamus. quam tenere volumus. donec aliud ex nostro arbitrio statuamus. Statuimus etiam sub pena predicta. quod Justitiarius forbannitorum. foriudicatorum seu proditorum nomina Justitiariis circumstantibus infra decem dierum spatium a die banni editi seu foriudicationis numerandum studeat nunciari. Infra quem terminum cum nominibus proditorum specialem nuntium ad magnam Curiam nostram transmictat qui statim continuatis dietis ad Curiam nostram veniat cum nominibus et cognominibus eorumdem ac die quo banniti seu foriudicati fuerint ut nomina eorum singulis Justitiariis Regni nostri per nostras litteras nunciemus. Si vero aliquis Justitiarius aliquem de forbannitis seu foriudicatis huiusmodi in distantibus Justitiariatis noverit commorari. Justitiarius in cuius Justitiariatu forbannitum seu foriudicatum sciverit significet. ac illum capiat et Justitiarius qui eum bannierit studeat nunciari et si Justitiarius sciverit aliquem forbannitum sive foriudicatum in decreta sibi provincia commorari quamquam per litteras nostras vel Justitiarius minime fuerit requisitus ipsum capiat et captionem ipsius Curie nostre scribat. Mandamus etiam ut quotiens aliquem forbanniri seu foriudicari contigerit Justitiarius qui eum bannierit de bannitione seu foriudicatione eiusdem quatuor scripta conficiat continentia nomen et cognomen. causam et tempus. foriudicationis seu bannitionis eiusdem quorum unum ad Cameram nostram. aliud ad Magistrum Justitiarium. aliud ad Magistros Rationales Reliqua penes se retenta studeat destinare. quod si in predictis negligentiam aut dolose versatus fuerit penam qua contra periuros et conteptores mandatorum nostrorum statuta est ultra penam Centum unciarum a nobis superius nominatam se noverit incursurum que igitur pro quiete et salute subiectorum nostrorum nostra statuit celsitudo insinuare ac modis legitimis studeas puplicare. ut neminem lateat. quid pro communi utilitate. ac pro salute nostrorum fidelium nostra statuit celsitudo. Karolus etc. predecessorum nostrorum Regum Sicilie Sanciones. Super infrascriptis capitulis aliquorum fidelium nostrorum presumptuosa temeritate qui quadam rubigine. offuscatas provida deliberatione novantes statuimus ut nullus Comes. Baro. Miles. Burgensis vel quivis alius cuiuscunque conditionis existat. Civitates. Castra. munitiones. Casalia. Villas. et denique quicquid in eis inter vel foris esse demanium vel de demanio consuevit Redditus etiam

et servitia nobis debita occupare vel occupata tenere presumat. Si quis autem divine salutis immemor et sacramenti conteptor quo serenitatis nostre de predictis aliquid occupaverit vel occupatum teneat presertim a tempore felicis nostri adventus in Regnum vel propria temeritate vel occasionis concessionis nostre sibi facte cum ad id quod occupatum dicitur se nostra concessio non ostendat quod de multis intelleximus. quatruplum fructuum et obventionum omnium Reddituum et utilitatis cuiuslibet perceptorum ab ipso Curie nostre cum integritate persolvat. et nichilominus rem ipsam occupatam sine qualibet dilatione restituat cum omnes scire debeant quod suum non est presertim in talibus hoc ad generalem demanium pertinere predicta sine nostra vel officialium nostrorum requisitione restituant. Statuimus etiam ut nullum Baronem, militem vel quemlibet pheudatarium ad nostrum demanium pertinentem vel Baroniam aliquam que nostri demanii sit occupaverit vel occupata tenere presumat quod qui fecerit et predicta sub dissimulatione transierit ac sine dilatione Curie nostre non denunciaverit et occupata non restituerit puplicationem bonorum suorum se noverit incursurum. Statuimus etiam ut nullus in terris demanii nostris recipere audeat commendatos. cum hoc non tantum dapnosum set iniuriosum nobis sit cum defensio nostra eis plene. sufficiat et alia defensione non egeant si quis autem tam novate quam presentis nostre constitutionis temerarius violator extiterit recommendatos quos impudenter sub sua protectione receperit Curie nostre restituere compellatur et decem libras auri purissimi fisco nostro cogatur inferre. et si secundo ipsos recipere vel retinere presumpserit puplicationem bonorum suorum omnium punietur et si tertio temeritatem eamdem reiterare presumpserit ultimo supplitio subiacebit. mitigatione presentis ultime pene nostre clementie reservata Quia ex inobedientia officialium vel aliorum fidelium nostrorum quibus de mandato nostro vel officialium nostrorum aliquid de servitiis nostris iniungitur. animis ipsorum inreverentia quedam non levis innascitur et sepe cum incomodo nostro ipsa servitia retardantur. Volentes in hoc et utilitati nostre et ipsorum tam officialium quam aliorum fidelium nostrorum comodis providere ut edicti de pena contemptus ipsius possit de facili evitare. Statuimus ut omnes fideles nostri cuiuscunque nationis seu conditionis existant mandatis nostris vel officialium nostrorum omnium servitia nostra exequentium tam in universalibus collectis. mutuis recollectione nove denarii monete et in omnibus aliis servitiis nostris audientes et obedientes existant. Si quis autem in contemptum nostri culminis et honoris et diminutione immo destitutionem servitiorum nostrorum contrarium facere attemptaverit proinde habebimus ac si nostre maiestatis inobediens extitisset. et nostre maiestatis arbitrio punietur. quia quoque immo frequenter occasione licitorum homines ad illicita manus extendunt. Intelleximus quod Comites Barones: Milites pheudatarii Burgenses et omnes alii layci cuiuscumque conditionis existant dum cabellas terrarum suarum ultra debitum et solitum vendunt per sepe vassallos suos invitos ipsas emere compellendo. et eisdem emptoribus prestando auxilium et favorem ut penam eis ab emptoribus pro cabellarum venditione promissam possint cum integritate recipere efficaciter. ut iidem emptores debitis et solitis cabellarum iuribus non contenti. fines modestie excedendo processus suos convenerint in predam. et ex hoc non tantum privatis dampna gravia inferuntur set nobis dum terras tam privatorum quam nostras terris venditis in cabella vicinas iidem emptores temerarie et presumptuose occupant patientia et suffragio venditorum et propter hoc affidaturas ab illis qui ad hec eis non tenentur et indebita terragia consecuntur. Nolentes igitur hoc equanimiter tolerare. cum Justitie non consonet nec sit equm quod aliquis locupletetur cum aliena iactura vel ex alicuius lucro. dapnum sentiat nec pati debeamus quod humiliores a potentioribus opprimantur. et predicta si committerentur non solum cum dampno set etiam cum nostra iniuria fierent. Statuimus ut nullus emptor talium cabellarum in posterum talia facere vel attentare presumat nec ei venditor dominus in talibus opem ferre. Si quis

autem avaritie tentus cupidine mandata nostra presenti constitutione inserta putaverit negligenda. et que a nobis statuta sunt tenaciter non observaverit pena debita punietur. videlicet quod rem occupatam ad nostrum demanium pertinentem cum quadruplo fructuum perceptorum et rem privatorum occupatam taliter cum medietate extimationis ipsius iidem cabelloti tam nobis quam ipsis privatis restituere et solvere compellantur eadem pena dominis terrarum in cabellam venditam imminentem. si cabellotis eorum opem aliquam tulerint in predictis excessibus committendis. et eis super hiis cum ad ipsorum conscientiam pervenerit non restiterint toto posse quod si predictus cabellotus ad predictam penam solvendam non sit ydoneus nec rem quam invasit restituere possit in defectu pene pecuniarie que ex ipsius delicto descendit corporalem penam sustinebit eidem nostro arbitrio imponendam. Datum Venusii anno domini MCCLXXVII° mense Madii XXII° eiusdem V° indictionis. Regni nostri anno duodecimo. Volumus etiam et tibi expresse mandamus ut constitutionem pridem per excellentiam nostram editam. aput Neapolim Vicesimosexto. Januarii III° indictionis de termino prefixo per maiestatem nostram quibuscunque qui ius demanii vel quasi demanii. Jus pignoris vel ypothece et denique quodcunque ius et ex quacunque causa habere se dicerent. in bonis omnibus proditorum nostrorum que ex causa proditionis ipsorum ad nostram Curiam pervenerunt de quibus bonis aliqua tenuimus et tenemus in manibus nostris de mandato nostro per officiales nostros per nostram Curiam procurantur aliqua de ipsis liberaliter concessimus familiaribus militibus et aliis servitoribus et fidelibus nostris ius ipsum in puplicum proderent et ius eorum si quod haberent in bonis eisdem contra Curiam nostram vel contra predictos quibus predicta concessimus quos per procuratores nostros ad causas et fisci nostri patronos super predictis defendi mandavimus ordine iudiciario prosequerentur. et de bonis similiter proditorum que in antea ad nostram Curiam pervenirent. quo termino elapso nullatenus audirentur. Sicut in eadem constitutione hec omnia distincte lucide et apertius continentur. quam per singulas Regni partes per Justitiarium provinciarum dudum in calendis mensis Aprilis predicte III° indictionis mandavimus et fecimus puplicari iuxta quod constitutio ipsa dictat in omnibus et per omnia et de verba ad verbum studeas observare. Datum aput Lacumpensilem anno domini M° CC° LXXVII°. die XXV° Augusti V° Indictionis. Regnorum nostrorum Jerusalem anno primo. Sicilie vero. XIII°.

CLXI.

Anno 1277. 5 Settembre 6ª indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò ordina esigersi la imposta per la nuova moneta battuta nella Zecca di Brindisi.

Ivi Reg. Ang. 1268. O. n. 2. fol. 3 e t.

V° Septembris VI° indictionis aput lacumpensilem scriptum est iustitiario terre laboris in hac forma Karolus etc. iustitiario terre laboris etc. fidelitati tue sub obtentu gratie nostre firmiter et expresse precipimus quatenus statim receptis presentibus uncias auri duomilia nonagenta quadraginta tres tarenos undecim et grana decem que recolligende sunt inter singulas terras et loca iurisdictionis tue pro librarum octomilibus

octingentis triginta solidis tribus in numero presentis nove monete nostre denariorum cuse de mandato nostro in Sicla nostra Brundusii distribuende in eisdem terris et locis ad rationem de libris tribus pro uncia auri una iuxta tenorem cedule inde facte in curia nostra sigillo nostro munita tam de pecunia propria mutuanda per te quam de recipienda mutuo a ditioribus et melioribus de iurisdictione tua a quibus statim et brevi manu haberi possit ita quod mutuum ipsum generale non sit nec in eo pauperes deputentur vel alio modo quo melius expediri videris invenire et habere studeas et pecuniam ipsam totam nec non et totum residuum presentis generalis subventionis iurisdictionis tue quod si recollectum non est premanibus recolligas ad tardius per totum presentem mensem septembris pro arduis et expressis excellentie nostre negotiis que nullam exigunt causam more sed certam celebritatem exposcunt sicut negotia nostra felices desideras habere successus et maiestati nostre placere intendis infallibiliter ad cameram nostram mittas et interim. Receptis a Goffrido bucckanarro de baro Sergio Surano de Ravello et Andrea de Bonito de Scala magistris sycle predicte seu ipsorum magistrorum eorum nuntio predictis librarum octomilibus octingentis triginta solidis tribus denariorum dicte monete cum cedula supradicta quam monetam et cedulam tibi per eosdem magistros syclarios statim destinari et assignari mandamus monetam ipsam in terris et locis ipsis inter universos et singulos homines earumdem terrarum nullo penitus quidem excluso iuxta singulorum facultates particulariter distribui facias ac ipsius pretium sine qualibet mora recolligas et recolligi facias iuxta tenorem cedule supradicte. de quo quidem pretio tam tibi quam aliis a quibus mutuum ipsum a parte nostra receperis de mutuo ipso satisfacias nulla inde subtractione vel retentione mutuatoribus ipsis facta vel occasione ipsius mutui ab aliquibus pecuniam vel muneribus non extortis sine qualibet tarditate autoritate presentium nullo inde mandato alio expectato ita quod de mutuo ipso non contingat eos fatigare laboribus et expensis. Sciturus pro certo quod si de predicto mutuo eis integre et sine mora non satisfeceris et propterea oportuerit mutuatores ipsos ad curiam nostram venire restituto eis mutuo ipso per cameram nostram totam quantitatem pecunie quam singuli eorum mutuaverint ipsis non restitueris a te duplicatam in penam contumacie tue in contemptus mandati nostri statim de propria tua substantia exigi faciemus. Et si forte dicti magistri Siclarii vel distributores eorum aliquam quantitatem ipsius monete in aliquibus terris ipsarum partium distribuerint certificatur inde per eos pretium ipsius quantitatis et taliter distribute per eos in eisdem terris recolligas et recolligi facias ad rationem predictam per te in restitutione ipsius mutui contraendi de mutuo vero ipso fieri facias tres quaternos consimiles continentes nomina et cognomina mutuatorum et quantitatem pecunie quam mutuaverit unusquisque de quibus unum camere nostre et alium magistris rationalibus etc. statim quod pecuniam ipsam ad cameram nostram miseris sigillatam sigillo tuo transmictas et consimilem tibi retineas in tuo ratiocinio perducendo. Cautus quod occasione quaternorum ipsorum predictum negotium in aliquo nullatenus retardetur. nichilominus certas expensas quas predicti mutuatores in veniendo ad curiam nostram pro ipso habendo mutuo fecerint statim per te de tuo proprio eisdem mutuatoribus integre restitui faciemus et si forte deinceps aliqua mandata nostra receperis de predicta pecunia quam recolligeris pro pretio nove monete ad nostram cameram destinande vel de ea aliis pro quibuscumque servitiis exhibenda nolumus quod autoritate mandatorum ipsorum de pecunia ipsa ad cameram nostram mittas vel aliis exhibeas nisi ipsa mandata nostra plenam et expressam tibi fecerint mentionem quod non obstante ordinatione nostra videlicet quod mandavimus tibi de predicta pecunia nove monete non mittenda ad cameram vel de ea non exhibenda aliis quibuscumque servitiis ut superius est expressum. Si vero ipsa mandata nostra que tibi dirigentur contineant quod non obstante ordinationem predictam de pecunia ipsa ad cameram no-

stram mittas vel aliis exhibeas mandata ipsa iuxta ipsorum continentiam efficaciter exequaris terminum autem tibi prefigimus ad tardius per totum mensem octubris primo venturi huius sexte indictionis de restituendo mutuo ipso mutuatoribus supradictis. Datum etc.

Similes facte sunt omnibus iustitiariis de pecunia imposita in iurisdictione uniuscuiusque pro moneta nova.

CLXII.

Anno 1277. 27 Ottobre 6ª indizione — Foggia.

Capitoli de' regî tesorieri del Castello dell' Uovo di Napoli.

Ivi Reg. Ang. 1278. D. n. 31. fol. 110 e t.

Statutum Thesaurariorum castri Salvatoris ad mare.

Karolus etc. dilectis fidelibus et familiaribus suis Magistro Guillelmo Boucelli. de parisius clerico. Risoni de Marra. de Barulo. et Petro Butino de Andegavia receptoribus et conservatoribus Thesauri sui in Castro Salvatoris ad mare de Neapoli quod Idem Castrum vulgariter appellatur Castrum Ovi gratiam suam etc. Cum res ita sit. quod nos preceperimus et ordinaverimus quod tota nostra moneta. omnium proventuum nostrorum et omnium exituum. ac reddituum nostrorum Regni nostri Sicilie et aliunde. debeat portari et mittere per officiales nostros ad Castrum predictum et assignari vobis tribus. Volumus et vobis expresse precipimus. quatenus vos in recipiendo. conservando. et expendendo monetam ipsam. debeatis tenere et custodire. firmiter absque mutatione aliqua statutum et modum qui inferius sunt subscripti. statutum vero et ordinatio talia sunt. primo quod totam nostram monetam. que portata erit ad Castrum predictum quod vos tres insimul. eam recipietis nomine nostro et pro nobis et de moneta illa quam reciperetis facietis apodixam illi vel illis qui eam vobis tradiderint. et in illa apodixa clare et distinte contineatur que erit illa moneta. quam reciperetis. aut aurum Tarenorum aut augustales. aut floreni. aut alia moneta. et quantum de unaquaque moneta et de quibus nostris proventibus. exitibus et redditibus. illa moneta proveniet. illamque apodixam quam vos facietis Sigillabitis tribus Sigillis vestris et unusquisque vestrum propria manu sua scribet in illa apodixa et quando illa apodixa erit facta. vos recipietis ab illo vel illis qui vobis dederint. tradiderint et assignaverint monetam illam. antapotam. idest unam apodixam. in qua recognoscant. quod vobis tradiderint tantum de moneta. quantum apodixa. quam ei vel eis tradidentis continebit et non amplius. Ita quod tali modo fiat una sicut et alia. unam videlicet sicut illam monetam receperitis. et sua sicut eam vobis tradiderint Et duos quaternos fieri facietis. in quorum uno. in Gallico. et alio in latino scribi facietis. totam monetam quam receperitis unaquaque die distinte sicut provenerit. sicut superius est distinctum in apodixa. et estote circumspecti. quod apodixa. antapota. et dicti duo quaterni. concordes sint omnino in quantitate monete in manerie monete in anno. in mense in die et Indictione. Totam vero monetam quam recipietis fideliter custodietis pro nobis in Castro predicto. et nemini de ea tradetis parvum vel satis nec de ea. quicquam expendetis. absque nostro speciali mandato. Quod quidem mandatum fiat per nostras patentes litteras et ille lictere fiant isto modo. primo littere ille scribantur in Gallico.

et sint Sigillate Magno nostro Sigillo Regnorum Jerusalem et Sicilie. pendenti et ad huc sit in illis licteris nostrum parvum et Secretum Sigillum. talis impressure qualis est istud quod in presenti littera appositum est. et quo est Sigillata. et quando nos per litteras nostras modo supradicto factas mandabimus vobis quod nobis monetam mittatis. vos illas litteras custodietis. et illam quantitatem. quam vobis mandabimus ad nostram presentiam transmictetis per illum vel per illos qui nominabuntur in illa nostra littera quam vobis mandabimus pro ipsa pecunia ad nostram presentiam transmictenda. et ab illo vel illis cui vel quibus tradetis quantitatem illam quam vobis mandabimus totam vel partem si non haberetis tam magnam quantitatem monete. quantam Nos mandaremus recipietis sufficientem apodixam. et nobis scire facietis per vestras litteras vestris tribus sigillis sigillatas. quantitatem et maneriem monete quam vos nobis mittetis. per eos Si forte mandabimus vobis per nostras litteras in Gallico factas. et modo dictō superius Sigillatas pro dando vel pro reddendo. debito quod deberemus aut pro mittendo alibi quam ad nostram presentiam. si vero contineatur in illa littera non obstante sine aliquo alio adiuncto. Volumus quod vos Inde nichil faciatis Set si est ibi non obstante sine aliquo alio adiuncto. Volumus quod vos hoc faciatis sicut continebitur in litteris ipsis et ipsas litteras custodietis et apodixam ydoneam recipietis ab illo. vel ab illis. quibus monetam illam tradetis. et duos quaternos fieri facietis in quorum uno in gallico et alio in latino scribi facietis litteras quas vobis mittemus pro moneta tradenda et qualiter mandatum nostrum feceritis executum et scriptum apodixarum quas receperitis nec pro aliquibus aliis litteris. que ad nos veniant non factis in Gallico. et forma superius distinctis et sigillatis modo predicto monetam aliquam parvam seu magnam non mittetis nec tradetis. nec etiam expendetis et si secus feceritis volumus quod ex hoc vobis aliquis computetur. immo super vos hoc recuperare vellemus. post hoc autem volumus et precipimus. quod vos in fine. uniuscuiusque mensis. ad nos duos quaternos mittatis. in quibus distinte scriptum sit tota moneta quam. in illo mense. receperitis sicut superius distinximus. quod in quaternis vestris debeat scribi. Similiter et totum id quod expendentem in mense predicto. et trascriptum. litterarum quas. vobis miserimus. ac apodixarum quas receperitis quorum quaternorum unus scriptum sit in Gallico et alius in latino et unusquisque illorum quaternorum sigillatus sit vestris tribus Sigillis. Modus autem qualiter monetam nostram custodiri volumus pro nobis in Castro predicto est iste videlicet. quod in Camera Castri illius que videbitur magis ydonea et magis secura ad id faciendum. et quod in ea non sit nisi unicus introytus. fiant porte bone de bono merreno et bone ferrate et in ipsis portis sint tres serrature ad tres dissimiles claves quarum unusquisque vestrum habeat unam et in illa Camera sint due Arche bone et fortes et in unaquaque similiter sint tres claves dissimiles quarum Archarum unusquisque vestrum habeat alteram clavum et in una dictarum Archarum ponetis monetam et in alia ponetis litteras quas vobis mittemus. et quaternos quos distinximus vos debere facere. super introytu et exitu. unus in gallico et in latino et apodixas et antapotas. Ita quod omnes tres insimul. intrabitis et exhibitis. dictam Cameram. et omnes tres insimul claudetis et aperietis. archas predictas. et insimul ponetis et auferetis monetam et quaternos in prenominatis Archis. Et ad maiorem securitatem volumus quod Archa in qua moneta reponetur sigilletur vestris tribus sigillis. Si vero vos videatis aliquem. officialium. nostrorum lentum et pigrum. in mittendo monetam. ex officio suo debitam precipimus vobis quod vos nobis hoc significetis ut Nos in hoc possimus apponere consilium oportunum. ad hoc ut moneta vobis mittatur secundum vestrum statutum. Si forte aliquis vestrum moraretur vel per Nos ab officio suo. ammoveretur volumus quod illi duo. qui remanebunt. teneant et facient istam ordinationem sicut est suprascripta. usque dum. de alio duximus ordinando. Datum apud Fogiam XXVII° octobris VI° Indictionis.

CLXIII.

Anno 1278. 1 Febbraio 6ª indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò permette che l'ambasciadore del re di Armenia possa liberamente uscire da qualunque porto di Puglia con tutto ciò che porta seco senza essere molestato.

Ivi Reg. Ang. 1277. F. n. 28. fol. 63.

Scriptum est Magistris portulanis et procuratoribus Apulie et Aprutii etc. fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus Nobilem Virum Vaaram Ladif militem exhibitorem presentium nuncium Regis Armenie Illustris. cum quatuor equis ad arma. canibus viginti. personis et aliis rebus suis. necnon victualibus annona et rebus aliis pro se eisdem personis et equis. ad transitum oportunis de quocunque portu Apulie Regnum nostrum exire libere permictatis. Proviso quod alios vel plures equos ad Arma aliaque prohibita de Regno nostro non extrahat nichilque ferat vel referat nostre contrarium maiestati presentibus usque per totum proximo futurum mensem Maii valituris. Datum apud Lacumpensulem. Die primo februarii VI° Indictionis.

CLXIV.

Anno 1278. 27 Marzo 6ª indizione — Capua.

Carlo I ordina presentarsi innanzi alla Gran Corte in Napoli i sindaci delle Università di Amalfi, Maiuri, Minori, e Conca per discutersi e verificare una loro antica consuetudine.

Ivi Reg. Ang. 1276. B. n. 26. fol. 156 t.

Scriptum est eidem (1) etc. Ex parte universitatis hominum universitatis civitatis Amalfie nostrorum fidelium fuit nostre expositum maiestati quod cum Maior. Minor et Conca que sunt de pertinentiis et districtu ipsius civitatis Amalfie ac homines habitatores locorum ipsorum ex antiqna consuetudine obtenta et catholicorum regum Sicilie (2) temporibus usque ad hec felicia tempora nostra consueverint restringi citari et vocari ad curiam Amalfie ad iustitiam faciendam attendentes singulariter singuli ad eamdem Curiam pro eorum questionibus et controversiis terminandis et conficiendis etiam istrumentis super omnibus contentionibus eorum et numquam in iisdem locis ut asserunt iudices creati fuerunt nunc tu pretextu cuiusdam mandati nostri tibi directi de creandis iudicibus in illis terris et locis nostri demanii que in collectis particulariter sunt taxate coges universitates locorum ipsorum iudices eligere creandos ibidem contra predictam consuetudinem et preiudicium baiulationis ac universitatis hominum Amalfie

(1) Roberto d'Orleans Giustiziero di Principato e Terra Beneventana.
(2) Cioè i re Normanni.

et non modicam lesionem. Quare etc. ut providere indempnitati hominum civitatis eiusdem benigne dignaremur. Cum igitur amalfitanis civibus de iuribus eorumdem derogari nolumus fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus universitatibus singulis locorum ipsorum et etiam civitatis Amalfie ex parte celsitudinis nostre districte precipias ut octavo post mandatum tuum per sindicos eorumdem sufficienter instructos in magna curia nostra compareant alligaturi et responsuri super premissa qualiter voluerint ut discusso eodem negotio in curia nostra finiatur illud per eamdem curiam sicut de iure diffiniendum videbitur et etiam terminandum. Datum ibidem (*Capue*) die XXVII martii (*VI indictionis*).

CLXV.

Anno 1278. 29 Marzo 6ª indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I di Angiò ad istanza del Principe di Acaia permette agli ambasciadori del Conte di Cefalonia e di Giacinto di cacciare dal regno, per portare al suo signore, 4 cavalli da guerra, 4 muli ed alcuni ronzini.

Ivi Reg. Ang. 1268. A. n. 1. fol. 139 t.

Scriptum est Johanni Siginolfo de Neapoli et Angelo Sannelle de Ravello Magistris procuratoribus et portulanis Apulie et Aprucii etc. Cum ad supplicacionem Guillelmi principis Achaye dilecti amici nostri nobili Viro comiti Chefalonie et Jachinti concesserimus licentiam de gratia speciali extrahendum de portubus Apulie equos ad arma IIIIor. mulos quatuor et ronchinos pro familia sua duodecim deferendos ad terram suam fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus nuncium eiusdem comitis presentes vobis litteras assignantem pro parte ipsius huiusmodi equos ad arma mulos et ronchinos usque ad numerum supradictum libere a iure exiture extrahere permictatis. actentius provisuri ne pretextu presentium per eum vel alios plures equi ad arma. muli ronchini vel equitature alie seu arma vel prohibita quelibet in fraudem nostre Curie aliquatenus extrahantur presentibus post mensem Julii proximo venturi presentis VIe indictionis minime valituris. Datum apud Turrim Sancti Herasmi prope Capuam per Magistrum Guillelmum de Farumvilla etc. Anno Domini. M. CC. LXXVIII. mense Marcii. XXVIIII eiusdem. VIe. Indictionis.

CLXVI.

Anno 1278. 6 Aprile 6ª indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I di Angiò scrive ordini al Giustiziero di Terra di Lavoro e Contado di Molise di subito mandare i mezzi necessarî onde gli ambasciadori del re di Tunisi, giunti in Napoli, pel giorno 8 di aprile possano trovarsi a Capua.

Ivi Reg Ang. 1268. A. n. 1. fol. 77.

Scriptum est Justitiario Terre Laboris et Comitatus Molisii etc. Quia significasti Nobis per litteras tuas quod nuntii Regis Tunisii nuper applicuerunt aput Neapolim ad nostram presentiam accessuri. Volumus et fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus nuncios ipsos associari facias per aliquos de familia tua usque Capuam ubi ipsos precipimus hospitari ita quod die Veneris octavo mensis aprilis presentis aput Capuam sint presentes quibus equitaturas necessarias pro eis et familia eorum conducendas per te de pecunia curie nostre officii tui que est vel erit per manus tuas iuxta statuta Curie exhibeas vel facias exhiberi. Recepturus de hiis que in conducendis dictis equitaturis solveris ad tui cautelam ydoneam apodixam. Datum aput Turrim Sancti Herasmi prope Capuam Anno Domini. M.° CC.° LXXVIII° Die VI° aprilis Sexte Indictionis.

CLXVII.

Anno 1278. 7 Aprile 6ª indizione — Capua.

Carlo I di Angiò dà commissione a Giovanni Trousevache di comprare alcuni oggetti.

Ivi Reg. Ang. 1278. D. n. 32. fol. 351 t.

Challes etc. a son ame et feel chambrelene Johan Trousevache etc. Nous te mandons et commandons que tu pa . . . . (1) nommes a chascun la quantite de monoie desous escrite por les choses desous dites. qui aurat este achatees ditens. . . . Marguerite Princesse dantioche nostre chiere cousine. primierement baille et livre a bone Joumte de luque por VII. canes. . . . . Item a Francis acoucheiou por VI. canes de pers por faire trois sanzbues. II. unces. XXIIII tarins. et acelui mesme por V. cendat. . . . . . . de. XIIII. tarins la piece. et por XVIII. canes de toile alaraison de II. tarins et II. gran. la cane. por faire. II. coutespouintes. I. por . . . . . autre por macee mestresse de la dite princesse dantioche. II. unc. XXIX tar. XVI. gr. et aicelui por Unze canes et demie de toile . . . . sanz bues por la dite princesse XXV tar et por XI. canes de toile por fourrer trois sanz bues. XII. tar. et II. gr. et aicelui por V. canes de. . . . . I. materas. V. tar. X. gr. et a icelui por

(1) Dove stanno i punti la pergamena è fradicia, e perciò mancano que' pezzi.

VII canes de Vert mains deus paumes por la dite princesse ala raison de XXII. tar. et de. . . . . V. Unc. et a icelui por VI. canes. et II. paumes de toile por II. materas. VII. tar. por VI canes et trois paumes de drap de soie vert . . . bordeure de la courtina de sus son lit. I. unc. XXI. tar. et por XIX canes et deus paumes de toile por fourrer cele courtine . . . . Item a Cherin de Sane por II. Verz de chambraz. XV. unc. et VI. tar. Item a Benedit le peletier. I. couvertoir de gros vair por hue de b. . . . . . III. Unc. XXIIII tar. Item a Francis larmeurrer por la facon de. II. couvertoirs. I. unc. Item a mestre Philippe le peletier por un couvertoir de scureux por la niece le chastelain de leuf. II. Unc. VII. tar. et por IIII. ammiceles por mettre les robes. II. Unc. XVIII. tar. Item a lion de Janes por. I. couvertoir descureux por la desus dite macee. II. unc. et VIII tar. et por la couverture des materas de la dite macee et de la niece du dit chastelain. XII tar. por la facon dun couvertoir dermines. I. unc. por le cocton de trois materas ala raison de. VII. gr. la livre. I. unc. XXIX. tar. X gr. Item por les despens rogiet de la chambre por XI. Jours. XXII. tar. X. gr. por. I. cane descallate por fourrer le couvertoir de la dite princesse. I. unc. Item por XIIII coffres a mettre les jouiaus et les robes de la dite princesse. IIII. unc. X. tar. X. gr. por une houte de pers por hue de baucei I. unce. VI. tar. et por XLVIII. canes de napes. III. Unc. XXVIII. tar. XI. gr. por un pigone diviete. VII. tar. por. II. panes dermines. IX. unc. II. tar. X. gr. por VIII. paire de soullers por la dite princesse et por ses damoiseles. X. tar. por XXI. cane de drap por les escuiers a la raison de. XI. tar. la cane. VII. Unc. XXI. tar. por. I. pers por la faure Johan Lermin. V. unc. VI. tar. por les panes des escuiers. XXVIII. tar. por. X. canes de pers por les robes du prestre et du clerc et por la houce de celui prestre. V. unc. et por les panes de leur. II. Robes. XIX. tar. Item aicelui prestre por les offrendes de nostre chiere fille la princesse dela Mouree. XXII. tar. IIII. gr. por. IX. canes de drap por les cotes des garsons la dite princesse dantioche. II. Unces. XXIIII. tar. por la retonture des dras et por les despens de Mahi de Saint Denis por. I. Jour. II. tar. la quele monoie desus dite est en somme. C. II. Unc. I tar. III. gr. la quele quantite de monoie nos te commandons que tu paies as marcheans desus nommes en bons florins. et a ta cautele et a remenbrance de cest chose Nous ca Vounz donne cest present escrit seele de nostre petit secre seel. donne a la cour de capes. le VII. jour davril. de la. VI. Ind. etc.

CLXVIII.

Anno 1278. 14 Aprile 6ª indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I di Angiò fa quietanza a Pandolfo Fasanella della sua amministrazione in qualità di Giustiziero di Terra di Bari.

Ivi Reg. Ang. 1278. D. n. 32. fol. 296-297.

Karolus Dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie. Per presens scriptum notum facimus Universis tam presentibus quam futuris. quod Pandulfus de Fasanella dilectus miles familiaris et fidelis noster olim Justitiarius Terre Bari de mandato per litteras sub sigillo pendenti nostri Culminis sibi facto. a XII. Marcii none Indictionis quo dictum incepit officium exercere sicut decuit per publicum Instrumentum de ingressu officii

sui confectum. quod cum eodem mandato Curie assignavit. usque per totam primam medietatem mensis decembris sequentis decime Indictionis proximo preteritarum qui sunt menses novem et dies quatuor. presentatus olim. XIII.° Junii predicte decime Indictionis apud Melfiam ad ponendam rationem debitam et finalem de predicto Justitiariatus officio gesto per eum per totum tempus predictum coram Magistris Rationalibus Magne Curie nostre etc. predictam rationem finalem de predicto officio posuit in hunc modum. de receptis et datis tantum per manus suas. In primis assignavit litteras Eccellentie nostre de commissione sua datas in Castris ante Beneventum quarto marcii none Indictionis (1). Item ostendit per quaternum introytus sui Curie assignatum infra predictum tempus officii sui acquisivisse et percepisse de Actis ordinario et extraordinario Judicio terminatis. et pro penis et aliis excessibus quarumdam Universitatum Justitiariatus ipsius in quaterno ipso notatis et ex venditione tertie partis bonorum mobilium bannitorum et extractis a banno. in quo quaterno particularis acquisitio continetur. Uncias auri Nonigentas viginti et tarenos Sedecim. videlicet de proventibus Actorum ordinario Judicio acquisitis uncias duodecim. tarenos septem et grana V. de penis et aliis excessibus Universitatum ipsarum uncias auri Septingentas Triginta Tres Tarenos duos et grana Sedecim. Ex venditione tertie partis bonorum mobilium bannitorum et de extractis a banno. Uncias Triginta quinque. tarenos Sedecim et grana decem. Et de Actis extraordinario Judicio acquisitis. uncias Centum Triginta novem. tarenos decem et novem et grana decem. Item ad mandatum nostrum datum Melfie XIIII°. Julii. none Indictionis sibi directum de recolligendo residuo tertie par is generalis subventionis imposite per quondam Manfredum. qui se dicebat Principem Tarentinum in Justitiariatu predicto inveniendo penes collectores Justitiariatus ipsius quod mandatum Curie assignavit. Ostendit recolligisse et percepisse ad generale pondus uncias auri Nonaginta Sex. tarenos decem et grana decem et octo. Et ad mandatum nostrum. datum Capue duodecimo Madii none Indictionis quod Curie assignavit sibi directum ut omnes Judices pro exercendo officio Judicatus electi per Universitates terrarum et locorum Jurisdictionis sue. coram se faceret accersiri ad solvendam illam quantitatem pecunie que dari hactenus consuevit pro eodem officio exercendo et de creandis notariis de novo illis Notariis. qui fuerunt creati per Manfridum predictum. de eorum officiis destituendis et de creandis novis Judicibus pro anno sequenti. ostendit per eundem quaternum introytus se recolligisse et percepisse de promissionibus Judicum quarumdam terrarum et locorum Jurisdictionis sue. que in quaterno ipso notantur iuxta consuetas solutiones ipsorum uncias auri Triginta unam. tarenos quinque et grana duodecim habita certificatione ipsorum per inquisitiones quas Curie assignavit. Et ad mandatum nostrum datum apud Lagumpensilem. XII° Aprilis none Indictionis sibi directum. quod similiter assignavit de contrahendo mutuo nomine Curie nostre usque ad Summam Unciarum auri Sexcentarum. ostendit per eundem quaternum introytus taxavisse et imposuisse et deinde de pecunia imposita pro eodem mutuo terris et locis Jurisdictionis sue in quaterno ipso notatis recolligisse et percepisse auri uncias Sexcentas tres. tarenos viginti duos et grana decem. et recolligisse etiam ab Universitate Trani et a Judeis ipsius terre. quas eadem Universitas et Judei inter se communiter taxari et recolligi voluerunt. pro felici adventu nostro et familie nostre tunc ad predictam terram Trani feliciter accedentis per manus Nicolai et Progii Collectorum ipsius pecunie uncias auri Centum et ad mandatum quondam Baralli olim domini Baucii tunc Magistri Justitiarii Regni Sicilie datum Capue XVIII° Novembris X° Indictionis sibi directum Curie assignatum ut de bonis mobilibus sive stabilibus quondam Alamagni de Brundusio de

---

(1) Da questa nomina del Fasanella a Giustiziero di Terra di Bari si à la notizia che Carlo di Angiò nel giorno 4 di marzo 1266 tuttavia stava nell'accampamento innanzi Benevento.

Botonto qui sententialiter per eum et Judices Magne Curie nostre extitit condepnatus in uncis auri triginta tribus de questione habita inter ipsum ex una parte et Leontium Marini et Socios de Botonto ex altera per quam exinde Curie nostre debitor est inventus ostendit per eundem quaternum exegisse et recepisse ab eodem Alamagnus pro causa predicta Receptas per manus fideiussorum suorum uncias auri triginta tres et ad Mandatum nostrum datum Trani XXVIIII° Marcii VIIII° Indictionis sibi directum et Curie assignatum ut erga quondam Johannem de Breussilva tunc Regni nostri Sicilie Mareschalcum eiusdem Regni consuetudinem faceret observari et dari sibi a civitatibus et terris Justitiariatus ipsius venientibus ad obedientiam nostram tamquam ad obedientiam novi Regis unum destrarium pretio competenti vel valore ipsius sicut a singulis Universitatibus terris et locis aliis Regni nostri ex antiquis temporibus extitit observatum. ostendit per predictum quaternum introytus. imposuisse et taxavisse in certis terris et locis Justitiariatus ipsius notatis in quaterno predicto pro pretio dicti dextrarii et recolligisse et percepisse ab eis uncias auri ducentas Sexaginta unam. Item auctoritate commissionis sue sibi facte et aliorum mandatorum nostrorum directorum sibi infra predictum tempus. de revocando ad opus Curie nostre Castris terris. Massariis. et omnibus bonis tam stabilibus quam mobilibus seseque moventibus. que fuerunt quondam Manfridi predicti Comitum et fautorum eius facta revocatione bonorum ipsorum infra presentem Annum none Indictionis pro certo tempore quo sub procuratione sua fuerunt. Ostendit per eundem quaternum recepisse de proventibus Baiulationum terrarum et locorum ipsorum revocatorum ad manus Curie nostre per eum per manus Baiulorum et procuratorum terrarum ipsarum eiusdem Anni none Indictionis uncias auri Centum Nonaginta duas tarenos Viginti octo et grana quinque. videlicet de Baiulatione Johie uncias viginti septem. Caurati uncias Quindecim tarenos XXIX. et grana V. Cannarum uncias octo Minerbini uncias undecim tarenos decem et novem. Rubi uncias decem et novem. Terlitii uncias quatuordecim. Combersani uncias XXII. tarenos XXVII. et grana XVII. Aquaviva uncias XXIII. tarenos undecim granum unum. Rutiliani uncias undecim tarenos XV. grana XIIII. Valenzani uncias duas tarenos quatuor et grana septem. Binetti uncias tres tarenos XI. Casamaxime uncias XXIIII. tarenos XVIII. Arricarii uncias II. tar. XXVI. gr. XI. Pali uncias II. tar. XV. gr. X. Bitecti uncias IIII. Item ostendit per eundem quaternum exegisse et recepisse de proventibus bonorum stabilium Revocatorum in Subscriptis terris demanii nostri uncias. XIIII. et tarenum unum. videlicet in Barulo uncias decem. In Canusio unciam I. tar. XXVII. In Andria tar. X In Poliniano tar. III. in Gravina tar. IIII. In Juvenatio tar. septem. In Vigiliis tar. undecim et in Melficta unciam I. Et de proventibus omnium que fuerunt infrascriptorum fautorum predicti quondam Principis et ex venditione vini et olei per manus procuratorum ipsarum terrarum uncias Centum duas. tar XXV. et gr. V. Videlicet Hugonis de Habomario et filiorum suorum per manus Pauli de Gravina habitatoris Rubi custodis omnium eorumdem uncias sex et tarenos duodecim. Bartholomei Symplicis dicti Comitis. In Caurato per manus Jacobi de Magistro Leone et Lupisii de Johanne cito de Caurato Massariorum ovium earumdem uncias XXXIII. quondam Philippi Chinardi. In Aquaviva per manus Christofori de Gracian ibidem uncias novem. tar. XVIIII. et gr. XV. Et de vino quod fuit Amerilionis et Guillelmi fratrum predictorum filiorum eiusdem Hugonis de Ademario per manus Bertheraymi et Amerusii de Nicolao de Rubo uncias XXX. et de Massaria ovium et aliorum animalium quondam Guillelmi Grossi in Cannis per manus Judicis Ursonis de Cannis Massarii animalium ipsorum uncias VI. tar. VIII. gr. X. et de vino vendito predicti Hugonis de Ademario in Rubo per manus Magistri Johannis tunc baiuli eiusdem terre. unc. VII. et de oleo eiusdem Hugonis vendito per manus predicti Magistri Baiuli unc. X. et tar. XV. et ostendit per eundem quaternum recepisse a subscriptis hominibus subscriptarum terrarum et locorum iurisdictionis sue

de pecunia que fuit subscriptorum fautorum dicti quondam Principis et familiarium suorum a quibus hominibus certificabit se per iuramentum corporale receptum ab eis quod de ipsa pecunia quam habebant exprimerent veritatem. unc. centum. XV. tar. XI. et gr. V. videlicet a Guillelmo de Marco et sociis de Canusio de pecunia que fuit quondam Gilberti de Capite Silvis unc. IX. A Nicolao Carfandino de Trano de pecunia quondam uxoris olim Manfridi Malette qui se comitem appellabat pro naulo cuiusdam navis sue quam naulizaverat ad portandum eamdem in Siciliam unc. VIIII. tar. VII. gr. X. Et a Presbitero Nicolao Abbate Sancti Viti de Polmiano de pecunia quondam Philippi Chinardi deposita penes eundem Abbatem unc. auri XVII. Et a Magistro Raynerio mercatore in Trano de pecunia quondam Guillelmi Grossi residuam penes eum ex venditione eiusdem quantitatis aluminis unciam unam et tar. quindecim a Jacono Yspano de Trano de pecunia residua penes eum inventa ex venditione cuiusdam quantitatis vini quod fuit quondam Frederici de Anglano tar. XXX. gr. XIIII. ab Andrea de Figala et Landulpho de Nicadonio de Joha. de pecunia inventa residua penes eos de quadam quantitate Salis que fuit quondam Bonifacii de Anglano. qui se Comitem appellabat. unc. VI. tar. XVIII. A Theodoro de Pigula de Scouro fabro de Joha de pecunia inventa penes eos residua ex venditione vini quod fuit quondam predicti Frederici de Anglano unc. III. et gr. VI. A Nicolao de Lovo Jacobo. Andrea Pisanense et sociis de Joha pro restitutione rerum ablatarum de massariis predicti Bonifacii de Anglano de Joha et pro restitutione victualium ipsius ibidem unc. XXIII. et tar. XXIII. A Petro Salesio de Palo ex venditione quorumdam bonorum Theobaldi familiaris quondam Americi. Samrisi de Palo unc. unam tar. XXVII. A Magistro Johanino de Barulo pro uno corio equi unius mortui quorumdam stipendiariorum inventum penes Ursonem. de Alferano de Andria tar. II. A Leone de Comite. Rogerio de Melficta. de Laco cum aliis debebant extrahere et ducere extra Regnum Hugonem de Abemario et filios eius predictos cum barca eorum quorum nomina in quaterno ipso nominantur: unc. XLII. tar. VIII. gr. XV. que tota predicta pecunia totius predicti Introytus est in summa unciarum auri Duo Milia Quadrigentarum Septuaginta una et gr. XIIII. Exitus de Introytu vero dicte pecunie ostendit tam per quaternum exitus quam per Apodixas quinque pendenti Sigillo Maiestatis nostre munitas et ad diversa mandata nostra necnon quondam Johannis de Basilio tunc Regni nostri Sicilie Marescalci et cautelas etiam privatorum quem quaternum mandata Apodixas et cautelas negotium ipsum tangentes Curie assignavit se solvisse et exhibuisse in Camera nostra et aliis diversis personis et pro diversis servitiis nostris ad generale pondus subscriptas pecunie quantitates declaratas in eisdem quaterno Apodixis et cautelis particulariter et distincte videlicet per unam apodixam datam apud Lacumpensilem duodecimo Aprilis none Indictionis in Camera nostra unc. auri Nonaginta Novem et tar. XXII. et gr X. per aliam apodixam datam Salerni die Veneris post octavàm Pentecostis none Indictionis in eadem Camera olim fratri Arnulfo de ordine militie templi unc. Sexcentas nonaginta septem tar. XXIII. et gr. X. et per aliam apodixam datam apud Lacumpensilem vigiliis Sancti Johannis Babtiste eiusdem none Indictionis in eadem Camera nostra eidem fratri Arnulfo unc. dncentas nonaginta novem et tar. XI. per quintam Apodixam datam ibidem IIII° Februarii eiusdem Indictionis in eadem Camera nostra et eidem fratri Arnulfo unc. XXXII. tar. XVIII. et gr. XV. Item ostendit se solvisse de mandato nostro necnon de mandato dicti Johannis de Basilia et auctoritate etiam officii sui pro solvendo Castellanorum et serventium Castri Bari. Baroli et Andrie. morantium ad custodiam Castrorum ipsorum unc. Sexaginta quinque et tar. unum et per litteras acceptatas predictis quondam Johanni de Basilia ostendit solvisse pro deferendis XX. cassiis cum quarrellis ac balistis a predicto Castro Baroli usque ad partes Calabrie ad obsidionem Castri Stili. assignandis predicto Marescalco ibidem sicut constitit per

apodixas viaticariorum unc. VII. et tar. X. et ad mandatum nostrum per litteras responsales Excellentie nostre sibi directas de mittenda Elena (1) relicta quondam Manfridi Principis a Trano usque ad Lacumpensilem. ad presentiam nostram et pro deferendis Arnesiis et rebus suis ostendit solvisse diversis vectuariis deferentibus ipsam cum familia et rebus suis et pro cotidianis expensis eiusdem Mulieris et familie sue. sicut constat per apodixas ipsorum unc. XXXVI. tar. XXII. gr. X. et ad mandatum nostrum datum Trani XXIX°. Martii. none Indictionis ut predicto Marescalco vel nuntio suo solvi faceret a civibus terris Justitiariatus ipsius consideratis facultatibus singulorum pretium pro destrario supradicto iuxta consuetudinem Regni nostri ostendit solvisse Petro Trinzafolia de Juvenatio nuntio suo de quo constitit per litteras ipsius Curie assignatas. unc. ducentas Sexaginta Unam. quas imposuerat et taxaverat pro eodem destrario ut superius est expressum et pro expensis Guerrisii de Capuacio executoris. statuti pro eiusdem auctoritate officii super acceleratione solutionis mutui impositi et taxati in terris et locis Justitiariatus ipsius ad rationem de uncia auri una pro singulis centum unciis ostendit solvisse sibi sicut constat per apodixam ipsius uncias tres tar. XXIII. gr. II. et ostendit solvisse pro emendis Cartis ad scribendas rationes ipsius officii. uncias duas et pro expensis nuntiorum suorum quos misit ad Curiam nostram cum pecunia et pro aliis servitiis Curie pro diverso tempore distincto in Apodixa videlicet confecta unc. VII. tar. XIIII. et gr. VI. et pro expensis unius Judicis et unius notarii Actorum retentorum per eum de mandato nostro et pro expensis alterius notarii retenti per eum pro expediendis negotiis innuntientibus tam de officio Justitiariatus quam de officio revocationis terrarum et massariarum quas capi fecitque per Curiam procurari ad scribendum quaternos et alias rationes spectantes ad utrumque suum officium supradictum ad rationem de unciis Sedecim pro eodem Judice et de unciis octo pro quolibet ipsorum notariorum per Annum pro certo tempore distincto in Apodixa inde confecta unc. XXIIII videlicet predicto Judici unc. XII. et Notario Actorum unc. sex et pro uno alio Notario pro officio procurationis et Massarie unc sex. Item ostendit per eumdem quaternum exitus sui retinuisse sibi pro expensis suis et familie sue auctoritate predicti officii sui pro toto predicto tempore ad rationem de unc. auri Quinquaginta ponderis generalis per annum unc. XXXVIII. tar. II. gr. XII. Summa totius predicti exitus unciarum auri Duo Milia. Trecentarum Quadraginta quatuor tar. XXVIII. et gr. V. facta itaque diligenti computatione de predicto Universali Introytu. ad exitum supradictum restabant penes eundem Pandulfum ad generale pondus unc. Centum viginti sex tar. duo et gr. novem. Preterea quia Curia nostra petebat eum de ratione Mathei de Fassanella fratris sui. de officio Justitiariatus Vallis Gratis et Terre Jordane quod idem frater suus dudum exercuit de mandato nostro et de liquido residuo per rationem ipsius fratris sui inventus est debitor in unciis auri Quatuordecim. tar. uno et gr. XV. computatis in summa ipsa unc. quatuor pro quodam Roncino invento remansisse liquide penes eundem fratrem suum et etiam composuit cum nostra Curia pro defectibus dubiis et questionibus in predicta ratione fratris sui notatis in unc. auri Centum quas voluntarie nostre Curie solvere repromisit a quibus defectibus dubiis et questionibus ratione compositionis ipsius eundem duximus absolvendum predictas quantitates omnes videlicet unc. auri Centum viginti sex tar. duos et gr. novem et residuas de ratione officii sui et predictas unc. auri Quatuordecim tar. unum et gr. XV. residuas de predicto officio fratris sui et alias unc. auri Centum promissas ratione compositionis predicte que sunt in Summa unciarum auri ducentarum Quadraginta tar. Quatuor et gr. Quatuor ponderis generalis. Predictus

(1) Questa infelice giovane regina con i suoi figli fu tratta dal carcere del castello di Trani, e menata alla regia villa di Lagopesole, dove re Carlo le propose il matrimonio con D. Errico di Castiglia, e poichè rifiutò l' offerta fattale, fu cacciata nella prigione del castello di Nocera.

Pandulfus promisit et tenetur solvere et assignare in Camera nostra Castri Salvatoris ad Mare de Neapoli Thesaurariis nostris deputatis ibidem usque ad festum beati Johannis Baptiste de mense Junii primo futuro Sexte Indictionis presentis quem terminum de exhibenda et assignanda pecunia ipsa dictis Thesaurariis nostris in predicta Camera deputatis sibi duximus de gratia concedendi. Unde ad futuram memoriam et tam Curie nostre quam predicti Pandulphi cautelam et securitatem presens scriptum exinde fieri et pendenti Sigillo Maiestatis nostre sibi iussimus communiri. Reservato tamen Curie nostre quod si per inquisitionem factam vel faciendam de mandato nostro de processibus et excessibus ipsius Pandulfi et familiarum suorum in predicto officio eundem Pandulfum vel familiares suos inveniri contigerit quod maiorem quantitatem pecunie vel res alias receperit quam in predicto quaterno Introytus sui posuerit vel maiorem quantitatem pecunie aut rerum exhibuerit quam per Apodixas et quaternos se solvisse ostendit necnon super receptum et datum per eum auctoritate dicti officii sui ab hiis quibus aliquid dedit et a quibus aliquid recepit questio referatur vel etiam de mandatis nostris siqua infra predictum tempus a Curia nostra receperit et de quaterno subtraxerit et ea se non posuerit recepisse et quod de omnibus in quibus per eamdem Inquisitionem ipsum et familiares suos notari contigerit iuxta formam quam Curia nostra servat in talibus dictus Pandulfus respondere pro se et familiaribus suis ac satisfacere nostre Curie teneatur. Insuper si fuerit in aliquo in presenti computo seu ratione quolibet modo fortassis erratum huiusmodi errorem in nullo volumus nostre Curie computari. Datum apud Turrim. Die. XIIII°. Aprilis VI° Indictionis.

CLXIX.

Anno 1278. 26 Aprile 6ª indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I. di Angiò fa tassare per la generale sovvenzione il Castello di Bonito.

Ivi Reg. Ang. 1276. D. n. 26. fol. 159.

Scriptum est eidem Justitiario (1) etc. Quia quamplurium fidelium nostrorum relatione nuper accepimus quod Castrum Boniti situm in Terra Beneventana dudum ut dicebatur exhabitatum occasione defense lucubantis nuper rehabitatum est et occasione exhabitationis ipsius non taxabatur per Curiam nostram in generalibus subventionibus et collectis. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus in continenti receptis presentibus Castrum ipsum si rehabitatum est considerato numero focularium et attentis etiam facultatibus incolarum ipsius Castri taxare debeas. in presenti generali subventione in iurisdictione tua imposita et quantitatem pecunie in qua Castrum ipsum taxaveris recolligere pro parte nostre Curie non obmittas quam pecuniam recollectam simul cum alia pecunia Curie nostre. ad Cameram nostram Castri Salvatoris ad mare de Neapolis quod vulgariter dicitur Castrum ovi assignandam Thesaurariis nostris deputatis ibidem debeas destinare servata forma et taxatione ipsius castri. quam in taxatione predicte generalis subventionis imposite terris et locis iurisdictionis tue. tibi man-

(1) Justitiario Principatus et Terre Beneventane.

davimus observari. nichilominus tam numerum focularium ipsorum. quam quantitatem taxationis ipsius pecunie. in qua Castrnm ipsum pro predicta subventione taxationis Magistris Rationalibus etc. statim et sine dilatione aliqua. per litteras tuas continentes formam presentium debeas intimare. Datum apud Turrim Sancti Erasmi XXVI. Aprelis VI Indictionis.

CLXX.

Anno 1278. 28 Aprile 6ª indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I. di Angiò pubblica il Regolamento dello Studio di Napoli per coloro che debbono essere promossi a baccelieri in medicina.

Ivi Reg. Ang. 1278. D. n. 32. fol. 220 t.

Karolus etc. ad perpetuam rei memoriam etsi ad essaltationem Studii generalis quod in Civitate nostra Neapolis de nostro regitur beneplacito volumptate sollicitudo nostra libenter intendat circa ea verumtamen que profectum perfectionis Siencie medicinalis respiciant eo propensior Cura nostra meditacionis invigilat quo evidencia nobis nostrisque fidelibus ex eadem Sientia comoda proventura perspicimus et utiliora remedia corporum sepius urgente necessitate sentimus huius igitur nostre nove ordinacionis edito perpetuo valituro sancimus. ut in promutione baccalariorum licentiandorum in medicina Neapoli infrascripta forma decetero perpetuo debeat observari: In primis teneatur baccalarius licentiandus. Audivisse per triginta menses medicinam a Magistro conventato et regente. deinde teneatur respondere bis de questione cum disputatione Magistri regentis. postea leget cursorie duos libros unum de Teorica et alium de platica. postmodum teneatur audire antequam veniat ad conventum seu licentiam quousque compleverit quadraginta menses in universo incipiendo computationem a prima die qua incepit audire medicinam a magistro conventato regente ut superius dictum est. Si fuerit Magister seu licentiatus in artibus et si non fuerit Magister seu licentiatus in artibus debet audivisse quinquaginta sex mensibus. ita quod non computetur nisi illud tempus in quo ut post dicitur regitur Neapoli. Item teneatur respondere cuilibet Magistro regenti singulariter de questione et disputatione sua et Magistri qui eum audierint depositionem suam ponant singulariter in scriptis et mittant eam clausam sub sigillis suis Cancellario nostro et tunc examinabitur idem baccalarius in Curia nostra per fisicos nostros qui depositionem suam referent eidem Cancellario. Si autem aliquis ex magistris regentibus Neapoli forte propter causam aliquam nollet audire baccalarium seu pro audito depositionem suam dicto Cancellario mittere dictus baccalarius recursum habeat ad dictum Cancellarium qui de eo ordinabit sicut ei melius videbitur expedire quod autem Cancellarium nostrum in aliquis locis superius nominamus intelligi volumus de Cancellario nostro vel eius locum tenenti quod si nostra curia in partibus multum remotis ad Civitatem Neapolis moraretur Magister qui habebit baccalarium examinandum supplicabit quod si Curia non debeat in brevi appropinquare Neapoli mittamus aliquos vel aliquem de nostris medicis ad examinandum eum et licentiandum vel vices nostras alicui committamus quantum ad hoc huius forme tamen articulis observatis et de hoc nos nostram tunc respondebimus volumptatem. Item baccalarius poterit eli-

gere Magistrum sub quo conventabitur ad volumptatem suam. Item si baccalarius sufficiens inventus fuerit et licentiari debeat Jurabit primitus fidelitatem Nobis nostrisque liberis perpetuo observare. Item quod per sedecim menses diligenter leget et disputabit Neapoli postquam fuerit conventatus. Item per fidelem testimonium proibebit de baccalarijs licentiandis seu conventandis. Item quod non presentabit Siencie ad licentiam indignum. Item nullus Magister legat plusquam duas lectiones in die. Item tempus lectionum incipiet a primo die Octubris et terminabitur in fine madij. Item forma audicionis librorum talis est teneatur baccalarius audivisse bis Ordinarie ad minus Omnes libros Artis medicine exceptis Urinis teofili et libro pulsuum filiarti quod sufficit semel audivisse ordinarie vel cursorie. Item regimenta acutarum bis ordinarie. Item quatuor libros Ysac scilicet viaticum dietas. universales. urinas. librum febrium semel ordinarie ad minus. de omnibus predictis teneatur baccalarius facere fidem et prestare Juramentum. Item nullus deponet pro baccalario conventando seu licentiando nisi Magister conventatus seu licentiatus qui legerit in medicina in predicto quoque Juramento fidelitatis intelligi volumus omnia que ad honorem et fidelitatem nostram et heredum nostrorum spectare noscuntur et ad artis eiusdem pertinent onestatem. hanc autem ordinationem nostram ab universis et singulis Neapoli in predicta Medicinali Siencia nunc studentibus et qui studebunt in posterum inviolabiliter precipimus observari contra quam siquis temere venire presumpserit ultionis severe iudicium dittante nostre volumptatis arbitrio se noverit firmiter incursuri. Datum apud Turrim Sancti Herasmi prope Capuam XXVIII° Aprilis (*VI° indictionis*).

CLXXI.

Anno 1278. 28 Aprile 6ª indizione — Ravello.

Radulo cittadino di Ravello permuta uno oliveto ed un pezzo di terra col prete Giacomo de Fonti, che gli dà un pezzo di terra incolta posta in Villamena nel luogo detto *alla rusa* e gli dà ancora cinque once di oro per rifosa. Quali cinque once di oro si debbono spendere alle riparazioni da farsi alla chiesa di S. Felicita, che minaccia ruina; il tutto con l'assenso di Pietro vescovo di Minori.

Archivio di Stato di Napoli. Volume delle pergamene di Amalfi. Pergamena n. 21.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo ducentesimo septuagesimoctavo et decimo secundo anno regni domini....(1) anno eiusdem invictissimi Sicilie regis ducatus apulie et principatus capue, alme urbis senatoris. andegavie provincie . . . . per sanctam romanam ecclesiam constitutus vicarius generalis. Die vicesimo octavo mensis aprelis indictione sexta ravelli. In presentia filippi pisto . . . . eiusdem civitatis notarii sire iohannes rasonis sire iacobi de iusto et filippi de auferio et iuratorum testium subscriptorum ad hoc . . . . vis radulus civis ravelli filii domini nicolai rufuli, per presens puplicum instrumentum declaramus quod habemus tenemus et possidemus . . . .

(1) Karoli.

petiam de oliveto cum terra plena et vacua per hos fines a supra et de uno latere ponitur finis via puplica a subtus ponitur finis causa . . . . ponitur finis terra de ipsis cabellis quam terra cum unciis auri quinque de refusura (1) dedimus et permutavimus cum presbitero Jacobo de Fonti custode . . . . nesa minorensis diocesis cum consensu voluntate et mandato venerabilis patris domini petri (2) dei gratia minorensis episcopi capituli maioris . . . . ecclesie sancte felicitate que uncie debent converti et expendi in reparationem ipsius ecclesie que minatur ruynam ac pro comodo et utilitate ecclesie sancte felicite . . . . de Jacobo de mandato et voluntate dictorum domini episcopi capituli . . . . . . ipsius ecclesie in excambio petiam unam de terra vacua et deserta quam . . . . possidet in villamena in loco ubi dicitur ala rusa per hos fines a capite et de uno latere ponitur finis terra memorata quam ibidem de aliqua habemus . . . . na et de alio latere ponitur finis terra abbatis mauri frectie de ravello et fratrum. Unde qualiter est predicta petia de oliveto cum terra alia . . . . et cum via sua et omnibus suis pertinentiis et cum omnibus infra se habitis et contentis amodo et semper imperpetuis temporibus sit in . . . . sancte ecclesie ad faciendum omnia que voluerint sine omni nostra et heredum nostrorum contrarietàte vel requisitione imperpetuum. Et nos et . . . . bus et predictam petiam de oliveto omni tempore defendere excalupniare et disbrigare ab omnibus hominibus omnibusque partibus pariterque...... componere quotiens inde questio mota fuerit parti ipsi ecclesie uncias auri decem et pena soluta vel non predicta inviolata servare . . . . dapnum et omnes expensas quas propter hoc contingerint ipsos facere vel habere quocumque modo. renunciantes super premissis exceptioni . . . . factum cum omnibus aliis exceptionibus seu iuvaminibus nobis contra predicta vel aliquid predictorum competit et competunt de facto vel de iure seu alio modo . . . . . . iacobus rufulus pro ipsis memorata pertinentia in predicta petia de oliveto predicto presbitero iacobo de fonti pro parte dicte ecclesie Sancte felicitate . . . . sibi per follepnem stipulationem interpositam si aliquo tempore apparuerint aliqua instrumenta ibidem pertinentia nos et nostri heredes . . . . omni ipsius ecclesie dapnietate. Et hec charta sit firma et stabilis nichilominus imperpetuum . . . . qui supra iudex . . . . filius testis . . . . . . filius leonis de iusto testis sum.

Johannes filius pascalis de auferio testis est.

Ego Urso Curialis domini petri baraioli filius scripsi.

---

(1) Rifosa. Resta per aggiustare il prezzo.

(2) L'Ughelli nel vol. 7 della sua *Italia Sacra*, della edizione di Venezia, e propriamente a p. 304 al n. 11, nota un Gerbino per vescovo di Minori, che lo crede morto nel 1265; e poi a p. 306 al n. 12 registra un Pietro Gerbino creato nel 1266 quando ne fu scacciato da quella sede l'intruso Ottone; e lo pone qual successore del defunto Gerbino. Ora da questo istrumento e dall'altro del 12 di gennaio dell'anno 1247 da me pubblicato qui innanzi a p. 28 col n. XXI. si rileva l'errore in cui per mancanza di documenti è caduto l'Ughelli, creando nella sola ed unica persona di Pietro Gerbino due vescovi di Minori. Da questi due istrumenti è chiaramente dimostrato che Pietro Gerbino fu creato vescovo di Minori innanzi all'anno 1247, che nel 1265 essendo stato cacciato dalla sua sede dall'intruso Ottone, fu riassunto al vescovado di Minori nell'anno seguente 1266, quando l'intruso Ottone ne fu espulso. Questo Gerbino dell'Ughelli nel documento n. XXI è detto Cerbono.

CLXXII.

Anno 1278. 1 Maggio 6ª indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I di Angiò dà licenza al nunzio del Duca di Neopata di cacciare dal regno per portare al suo signore tre cavalli da guerra, 8 asini per le razze di quel duca e 4 ronzini per uso di esso nunzio.

Ivi Reg. Ang. 1268. A. n. 1. fol. 151 t.

Scriptum est magistris portulanis Apulie etc. fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus Rotarellum militem extrahere de quocunque portu Apulie voluerit tres equos ad arma pro Duce Neopate. octo asinos per aracia eiusdem Ducis et quatuor Roncinos ipsius militis nec non victualia pro usu suo familie ac annona. dictorum animalium ad transitum necessaria sine contradiccione alicui. paciaris. proviso quod plures equos ad arma secum aliquatenus non transducat presentibus post duos menses minime valituris. Datum aput Turrim Sancti Herasmi prope Capuam die primo maii VIº Indictionis.

CLXXIII.

Anno 1278. 5 Giugno 6ª indizione — Roma.

Carlo I di Angiò non trova esatto la impressione tanto delle figure, che della leggenda de' Carlini di oro battuti nella zecca di Napoli, e perciò ordina correggerla e perfezionarla.

Ivi Reg. Ang. 1278. D. n. 32. fol. 240.

Scriptum est Thesaurario Castri ovi etc. Recepimus et diligenter inspexsimus quosdam Karolenses aureos Cusos de novo in Sicla nostra auri Neapolis per vos ad intuendum formam et modum eorum per Rogerium de Camera Celsitudini nostre missos. quia invenimus quod forma seu Cuneus scuti ipsorum Karolensium ab altera parte eorum non expositus sicut debet. quia cum debuerit sic ordinatus poni et inprimi. quod Capud ipsius scuti. Capitibus ymaginum. Beate Virginis et Angeli ex parte altera positis. et punta seu pes eiusdem scuti pedibus eorumdem ymaginum equali ordine responderent. scuto ipso in contrarium posito. non concordant. Set verso cudendi ordine predictum Capud scuti cadit in eam partem in quam pedes dictarum ymaginum cadunt et punta seu pes eiusdem scuti cadit. in eam partem in quam cadunt Capita earumdem ymaginum. contra beneplaciti nostri votum. littere etiam per Girum. seu circuitum utriusque partis ipsorum Karolensium. posite propter brevitatem sculture. seu. impressionis non sunt clare et distinte legibiles ut deberent Volumus et mandamus ut Karolenses ipsos secundum istum modum et formam cudi decetero faciatis. ut uniforme reddantur. Ita quod Capita ymaginum predictarum Capitis predicti scuti. et pedes earumdem ymaginum punte seu pedes eiusdem scuti. respondeant. Servato recto cudendi ordine ut est dictum et littere etiam predicte melius et profundius ac

magis distinte sculpantur et cudantur. ut legibiliores existant. circa quos Karolenses cudendos eodem modo sic accurata diligentia. et oportuna sollicitudine faciatis intendi quod de eis in medietatem presentis mensis. mutuum stipendiariis nostris fiat et successive de ipsis ea quantitas habeatur que comode. et habunde sufficiat solutionibus eorumdem stipendiariorum et castrorum nostrorum ac expeditioni aliorum serviciorum nostrorum incumbentium que expedienda pecuniali fuerint interventu. Datum Rome. V Junii (*VI*[e] *Indictionis*).

CLXXIV.

Anno 1278. 14 Giugno 6[a] indizione—Roma.

Carlo I di Angiò ordina fornire di tutti i mezzi di viaggio il Conte di Trecampi ed il figliuolo del Gran Conte di Ungaria, i quali debbono venire alla sua presenza a Telese.

Ivi Reg. Ang. 1276 B n. 26. fol. 110.

Scriptum est eidem Justitiario (1) et Erario deputato cum eo etc. Cum velimus ut Nobilis Vir Petrus Comes Trium Camporum una cum Gregorio filio Nobilis Viri Johannis Magni Comitis de Hongaria. et ipsorum Comitiva vadant Telesiam. ibique ubi in Vigilia Beati Petri proximo futura esse proponimus domino concedente nostrum prestulerunt adventum volumus et mandamus quatenus statim receptis presentibus equitaturas pro equitatione et arnesiis eorum deferendis necessarias necnon decentes expensas. usque Telesiam per aliquem de quo confidas. de quacunque pecunia Curie nostre que est vel erit per manus tuas ministrare facias Nobili supradicto. Ita quod ibidem predicta Vigilia ad tardius. sint presentes. recepturus de hiis que ministraveris scriptum competens ad cautelam mandans nichilominus Bego et eius fratri Vallectis nostris ut ipsum nobilem associent et conducant attentius provisurus. ne ob equitaturarum vel expensarum defectum iter ipsorum in aliquo retardetur. sicut nostram gratiam caram habes. Datum Rome die XIIII° Junii (*VI*[e] *Indictionis*).

---

(1) Aprutii.

CLXXV.

Anno 1278. 25 Giugno 6ª indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò ordina al suo tesoriere del castello dell'Uovo di pagare una sua cambiale.

Ivi Reg. Ang. 1270. C. n 9. fol. 200 t. e con doppia numerazione 210 t.

Challes etc. Au Tresoires du Chastiau de leuf etc. Pour ce que bone Aventure Bernardin. Ranier. Jaque et ses compagnons. bourzoins et Marcheanz de Sene presterent Jadis a enourable homme Mestre Nicholas boucel etc. desmeurant en le cour de Romme de nostre commendament dou leur propre deus cenz unces et dis tarins de bon or a bon pois general. cest assavoir pour para complir nostre cens en quel nous Sommes tenuz alacour de Romme Cent et Set unces et X tarins. et Autres. C. unces dor pour paier les gages a noz sozdoires desmorans a Romme aveuc le dit Mestre Nicholas de nostre commendament nous nous mandons et commandons que vous a iceus Marcheanz. ou Achillui compeignon diceus rendent vous. et restabilissent noz letres onvoiees aiceus Marcheanz seur la complissement dicelui cens et les letres dudit Mestre Nicholas tant seur la complessement du dit cens coume pour poier les gages audevantdiz sozdoires les queles. toutes letres ci devant diz. Chilluisa balliez et livraiz de la Monoie de nostre Tresor la quele se garde par vous en nostre chastiau etc. deus cenz et Set unces et dis tarins a pois general en florins dor ala raison de. V. florins pour Unce ou en augustaires ou en or menu se tant naviez de Augustaires ou de florins. Non obstant et retenez de ce que vous ballerez au diz Marcheanz ou a Chillui de susdit bone Apodixe et convenable. Donne ut supra (*alaguepese. le XXV. Jour du Mois de Juguet de la VI*e *Indiction*).

CLXXVI.

Anno 1278. 12 Luglio 6ª indizione — Lagopesole.

Carlo I. di Angiò fa costruire delle fortificazioni in Abruzzo e fissa la dimora degli abitanti di Valle Arnaria.

Ivi Reg. Ang. 1268. A. n. 1. fol. 61 t. 62.

Scriptum est Johanni Scocto iustitiario aprutii. Matheo de Plexiaco dilectis militibus et familiaribus. et iudici Basilio de Vigiliis receptori et expensori fiscalis pecunie cum predicto iustitiario deputato. etc. Benigne recepimus licteras quas vos iusticciarie et Mathee de Plexiaco nostre celsitudini destinastis. et ipsarum diligenter discusso tenore. quia significastis per eas. quod diligenti consideratione et provisione habita. per vos capitaneum. civitatis aquile et Theodinum de Rodio. providistis quod habitatio hominum vallis de arnaria construi et poni debeat in quodam loco qui est in pede Ripe de Cornu. quem ad hoc meliorem et habiliorem esse consideratis. conditionibus omnibus

aliis que consideranda et actenda sunt in hiis ad invicem elegistis. qui locus est infra fines Regni per miliarium unum. et transeunt per ipsum due strate. una quarum itur aput Reate. et altera aput Spoletum. et subiacet castro ipsius Ripe de Cornu. quod per nostram curiam custoditur. quod castrum ut scripsistis inexpugnabile est et ex alia parte offendi non potest. nisi a quodam loco. qui est inter ipsum castrum, et locum in quo predicta habitatio hominum Vallis de Arenaria fieri debet. per quem locum predictum castrum offendi consuevit. sicut accepistis ex relatu hominum Regionis qui locum preheminent habitationi predicte. et subiacet ipsi castro in quo quidem loco providistis fieri et construi debere turrim unam de novo necessariam pro munitione. et defensione ipsius castri. et pro cohercitione hominum habitationis predicte. qui locus est adeo propinqus castro predicto. quod a castro ipso lapis duarum librarum per iactum manus poterit prohici ad turrim ipsam construendam. in eodem loco quam provisionem vestram. et secundum quod predictum castrum. et locus in quo turris ipsa fieri debet. ac locus habitationis predicte positi. sunt designati et descripti in quadam pergamena. nostre celsitudini destinastis in quibus etiam licteris vestris continebatur. quod hedificia ipsius castri sunt debilia et ruinosa. ratione maxime vetustatis que indigent reparari. et quod in castro ipso est principium cuiusdam turris. antique que turris pro munitione ipsius castri secundum quod providistis necessario est complenda. et quod expedit quod in castro ipso fiat cisterna una pro aqua habenda. pro munitione ipsius. Vobis duxi taliter respoudendum quod placet nobis et volumus ut habitatio dictorum hominum Vallis Arnarie fieri debeat in loco predicto per nos proviso et quod predicta turris construatur et fiat de novo in predicto loco qui est inter ipsam habitationem et castrum predictum. et quod predicta edificia dicti castri que reparatione indigent reparentur. fiat cisterna et predicta turris incepta fiat et compleatur in castro predicto. volentes et tenore presentium iniungentes. quod tu predictus iustitiarius. habitationem predictam de hominibus dicte Vallis Arnarie quos ad habitationem ipsam venire mandes et facias illos videlicet qui nuper intendebant ad habitationem turris Arnarie se conferre fieri et construi facias et ipsos homines in habitatione ipsa in personis et rebus eorum manuteneas et defendas. predictam vero turrim. constructam de novo inter predictum castrum. et habitationem eamdem de novo fieri et construi. et predictam aliam turrim. dudum inceptam in eodem castro fieri et totaliter compleri faciatis vos iustiiarius. et receptor et expensor fiscalis pecunie. de quacumque fiscali pecunia. que est vel erit per manus vestras et etiam de pecunia presentis generalis subventionis terris iurisdictionis tue imposite. et reparari etiam hedificia ipsius castri que reparatione indigent. ac predictam cisternam. fieri in eodem castro faciatis. per homines subscriptarum terrarum qui ad ipsius castri reparationem tenentur et si tam cito pecunia pro predictis hedificiis reparandis et cisterna ipsa facienda. ab hominibus ipsis haberi non posset. ne opus ipsum propterea retardetur. pecuniam ad hoc necessariam. de predicta pecunia curie interim nomine mutui exhibere curetis. recolligendam postmodum. ab universitatibus ipsis et restituendam vobis ipsis in pecunia curie nostre de qua quantitatem eamdem duxeritis mutuandam. facta legali et solepni extimatione de quantitate pecunie. que pro facienda et construenda dicta turri de novo inter predictum castrum. et eamdem habitationem et facienda et complenda. dicta turri incepta dudum in eodem castro per se. et que pro facienda et complenda dicta cisterna in castro ipso. et reparandis hedificiis ipsius castri similiter per se fuerit opportuna. factis de extimatione huiusmodi scriptis consimilibus sicut moris set. quorum unum de qualibet extimatione magistris rationalibus magne curie nostre in continenti mictatis et alium vobis retineatis in vestro ratiocinio producendo. Nichilominus unum exscriptis extimationis hedificiorum que reparatione indigent et cisterne castri predicti remaneat aput illos qui statuti fuerint expensores super hiis hedificiis

reparandis. et facienda cisterna predicta. pecuniam vero ad quam ascenderit extimatio predictorum edificiorum et cisterne. tu iustitiarius incontinenti inter easdem terras subscriptas que ad ipsius castri reparationem tenentur. distribuas pro rata. secundum. taxationem presentis subventionis in terris ipsis per curiam nostram factam. et quantitatem ipsam taliter distributam. ab hominibus ipsarum terrarum integre recolligas et recolligi facias. restituendam vobis iustitiario et receptori pro predicta pecunia quam pro reparatione ipsorum edificiorum et constructione ipsius cisterne mutuaveritis ut superius dictum est. super expensis vero faciendis pro opere dictorum edificiorum et cisterne statuas duos sufficientes et ydoneos viros unum videlicet de terris demanii. propinquioribus iurisdictioni tue et alium eligendum per universitates terrarum predictarum. vel si ipsum eligere distulerint quem tu ipse eligas et statuas ne propterea ipsum in aliquo retardetur. recepturi de hiis que pro predictis omnibus solveritis ad vestri cautelam. ydoneam apodixam. et quantitatem pecunie ad quam ascenderit. extimatio dicte turris construende inter ipsum castrum et predictam habitationem et alterius turris faciende et complende in castro predicto cuiuslibet ipsarum per se. nec non et summa extimationis dictorum hedificiorum et cisterne ac totum processum habendum in premissis omnibus nobis et magistris Rationalibus et quod distincte et particulariter per vestras licteras intimetis. nomina vero terrarum que castrum ipsum reparare debent sunt hec videlicet. Ripa de Cornu reparari debet per homines ipsius terre. et per homines Rocce crucis. arnarie. et totius terre montanee. et possunt adiuvare homines tutius terre Baronum de machilione. Datum aput lacumpensilem die XVI° Julii VI° indictionis.

CLXXVII.

Anno 1278. 26 Luglio 6ª indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò batte nuova moneta nella zecca di Brindisi.

Ivi Reg. Ang. 1278 D. 32. fol. 256 t.

Scriptum est Goffrido Burkmarro de Baro. Andree de Bonito de Scala et Sergio Sorano de Ravello habitatori brundusii Magistris Siclariis Sicle Brundusii etc. fidelitati vestre precipimus quatenus monetam nostram denariorum novorum quam ad presens per vos cudi et fieri in Sycla ipsa mandavimus secundum subscriptam formam et Cuneum in Curia nostra provisum et designatum cudi et fieri faciatis. Videlicet quod ab uno latere sit forme et Cunei huius

et ab alio latere sit forme et Cunei huius

Datum ibidem (1). XXV. Julii *VI° indictionis*.

(1) A Lagopesole.

CLXXVIII.

Anno 1278. 31 Luglio 6ª indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò fa battere nuova moneta.

Ivi Reg. Ang. 1276 B. n. 26. fol. 114 t.

Scriptum est eidem Justitiario (1) etc. Cum Goffrido de Buchinarro de Baro. et Andree de Bonito de Scala. et Sergio Sorano de Ravello. habitatori Brundusii Magistris Syclariis Sicle nostre Brundusii fidelibus nostris. dedimus nostris litteris in mandatis ut novam denariorum monetam quam in eadem Sicla laborari et cudi mandavimus in Kalendis mensis Septembris proxime futuri septime indictionis per singulas terras et loca. citra portam roseti usque ad fines regni. distribuant per distributores eligendos et statuendos per eos. sub eorum periculo distribui faciant secundum distributionem per singulas terras et loca ipsa de predicta moneta in Curia nostra facta. sicut continetur in cedulis factis de distributione ipsius monete per singulos Justitiariatus partium predictarum sigillo nostro munitis quas eisdem magistris siclariis fecimus assignari et quod incontinenti recolligant et recolligi faciant debitum et statutum pretium pro eadem ad rationem de uncia auri una ponderis generalis pro singulis tribus libris. eiusdem monete fidelitati tue. sub pena unciarum auri centum firmiter et expresse precipimus quatenus. incontinenti singulis Universitatibus Terrarum et locorum iurisdictionis tue. tam demanii quam Ecclesiarum comitum et Baronum sub pena predicta nec non et Baronibus et eorum procuratoribus sub pena destitutionis Terrarum quas a Curia nostra tenent ex parte nostra iniungas ut incontinenti sine qualibet tarditate Sindicos eorum omnium temporum plena authoritate subfultos ad predictos Magistros Syclarios vel distributores statutos per eos in provincia ipsa transmittant infra terminum predictum. Ita quod in predicto termino moneta ipsa iuxta mandatum nostrum possit distribui. qui Sindici ab eisdem Magistris Syclariis vel eorum distributoribus monetam ipsam in singulis terris et locis ipsos per nostram Curiam distributam sicut in cedulis distributionis ipsius sigillo nostro munitis viderint contineri recipiant et secundum facultates eorum ab hominibus terrarum ipsarum recolligant debitum et statutum pretium pro eadem ad predictam rationem de uncia auri una pro singulis tribus libris eiusdem monete et pecuniam ipsam totam pro pretio ipsius monete debitam. eisdem Magistris Siclariis vel distributoribus eorum integre et sine mora qualibet debeant assignare. Compulsurus nihilominus omni cohertione qua expedit universitates easdem ad mittendum incontinenti Sindicos ipsos ad recipiendum monetam eamdem ut in predicto termino possit distribui iuxta nostre beneplacitum Voluntatis et ad recolligendum incontinenti ad predictam rationem debitum et statutum pretium pro eadem. nec non et debitores Singulos ad Solvendum quantitatem pecunie contingentem Singulos eorumdem pro pretio dicte nove monete ut de toto pretio ipsius eisdem Magistris Syclariis vel eorum distributoribus integre et sine mora qualibet pro parte nostre Curie Satisfiet et pecuniam ipsam pro manibus pro nostris servitiis celeriter habeatur. Sciturus pro certo quod si super exequtione presentis mandati aliquam moram vel negligentiam seu defectum commiseris. ita quod occasione defectus tui distributionem ipsius monete vel recollectionem pretii ipsius contingerit in aliquo retardari. penam predictam et totam quantitatem pecunie quam pro pretio ipsius occasione negligentie et desidie tue contingerit

(1) Scotto militi Justitiario Aprutii.

non haberi a te statim de tuo proprio exigi faciemus. Monetam etiam ipsam distribui volumus in singulis terris et locis Justitiariatus Aprutii et pretium ipsius recolligi iuxta tenorem cedule facte dudum in Curia nostra in anno V.e indictionis de distributione nove monete fuse in eadem Sicla brundusii in predicto anno V.e Indictionis quam videris magno Sigillo nostro munitam. cum eadem sit quantitas nove monete distribuende in singulis terris et locis ipsis anno presenti et pretium recolligendum pro ea que fuit eodem anno V.e Indictionis. Datum apud Lacumpensilem ultimo Julii VI.e Indictionis.

Similes facte sunt Justitiario Terre Laboris. Datum ut supra.
Similes facte sunt Justitiario Principatus. Datum ut supra.
Similes facte sunt Justitiario Capitinate. Datum ut supra.
Similes facte sunt Justitiario Basilicate. Datum ut supra.
Similes facte sunt Justitiario Terre Bari. Datum ut supra.
Similes facte sunt Justitiario Terre Ydronti. Datum ut supra.

CLXXIX.

Anno 1278. 25 Agosto 6a indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò fa lettere commendatizie per gli ambasciadori del Re de' Tartari che ritornano in patria, co' quali esso Carlo spedisce suoi ambasciadori a quel sovrano.

Ivi Reg. Ang. 1278. D. n. 32. fol. 282.

Scriptum est Universis tam Amicis quam fidelibus suis presentibus etc Cum Guillelmum de Didelone militem et Robertum de Melau vallectum familiares et fideles nostros Ambassatores nostros ad Abagua Illustrem Regem Tartarorum cum ipsius nunciis redeuntibus ad eumdem specialiter destinemus Vos Amicos requirimus et rogamus attente fidelibus iniungentes quatenus Ambassatores ipsos per terras et districtus vestros transitum facientes habentes nostri amore tantum commendatos nullam eis in personis vel rebus in eundo morando et redeundo inferatis vel inferri permictatis iniuriam vel offensam quinimmo ad requisitionem ipsorum de securo conductu si expedierit. velitis eisdem liberaliter providere. Ita quod Vobis Amicis speciales gratias referentes fideles presumimus exinde merito commendare Presentibus post (1). . . . . . minime valituris. Datum apud Lacumpensilem die XXV° Augusti (*VI° Indictionis*).

(1) È bianco questo spazio, dove stanno qui i punti dovea notarsi il tempo di potersi servire di questa lettera regia.

CLXXX.

Anno 1278. 29 Agosto 6ª indizione — Lagopesole.

Gli ambasciadori del re de' Tartari ritornano in patria.

Ivi Reg. Ang. 1277. F. n. 28. fol. 115

Scriptum est Magistris Portulanis et procuratoribus Apulie et Aprutii etc. fidelitati vestre precipimus. quatenus Johanni et Jacobo militibus nuntiis Illustris Regis Tartarorum ad eorum dominum redeuntibus panem vinum. carnes sallitas caseum gallinas fabas et alia huiusmodi necessaria super mare pro hiis et personis quatuordecim pro quolibet ipsorum militum videlicet septem familiarium eorundem usque Acon de rebus nostre Curie si habetis et in ipsorum defectu quas ematis de quacunque pecunia curie nostre que undecunque est vel erit per manus vestras sine defectu et difficultate qualibet ministretis et exinde recipiatis ab eis ad vestri cautelam ydoneam apodixam et quantitatem totam rerum huiusmodi cum precio ipsarum si eas emi contigerit quas eis exhibueritis nobis et Magistris Rationalibus etc. per nostras litteras incontinenti. Datum apud Lacumpensulem XXVIIII Augusti VIᵉ indictionis.

CLXXXI.

Anno 1278. 24 Settembre 7ª indizione — Lagopesole.

Carlo I. di Angiò ordina che i farmacisti abbiano farmachi freschi e buoni, e che non debbano avere interessi co' medici e chirurgi in quella loro professione e negozio.

Ivi Reg. Ang. 1278. 1279. H. n. 33. fol. 2 t.

Scriptum est eidem (1) etc. Justa causa nos excitat et honesta subiectorum nostrorum quorum curam gerimus salutem sollennius providere. Cum igitur per res medicinales quas Apothecarii Regni nostri parant propinant et vendunt. si quod absit fraus immisceatur eisdem grave posset nostris fidelibus periculum imminere summopere cavendum fore providimus ne huiusmodi Apothecarii. vel res medicinales corruptas aut vetustate consumptas. vendere valeant vel apothecas suas omnes cum medicis vel ipsi medici proprias aut ad certam partem habeant vel societatem super hoc aliquam inheant cum eisdem quod specialiter prohibitum Regni Constitutionibus esse dinoscitur et certiorem prebere de facili res medicinales huiusmodi minus legaliter minusque fideliter propinandi. volumus itaque tueque fidelitati distincte precipimus quatenus statim receptis presentibus sicut nostram gratiam caram habes universis et singulis Medicis. Cirurgicis et Apothecariis decrete tibi provincie corporale recipias iuramentum. quod inde ipsi Medici et cirurgici Apothecas non habent proprias vel communes cum apothecariis. quodque apothecarii res medicinales et omnia ad eorum artem spectantia non corrupta

(1) Al giustiziero di Abruzzo.

nec vetustate consumpta seu alias insufficientia set bona utilia et recentia vendant pretio competenti quodque cum aliquibus medicis sive sirorgicis venditiones huiusmodi rerum medicinalium nullatenus partiantur neque super hiis aliquam societatem habebunt si vero post iuramentum huiusmodi quod per te ab ipsis recipi volumus prout superius est expressum inveneris aliquos trangressores si phisici et cirorgici sint magistri in artibus vel pratici tam magistratu quam pratica ex tunc priventur immo et de illo in antea se nullatenus intromittant non obstantibus litteris maiestatis nostre obtentis forsitan in hac parte aphothecarios quoque quos contra iuramentum ipsorum in hoc comperias delicquisse tam apotheca privare quam de periurio commisso per ipsos puniri volumus prout postulat ordo iuris Ita quod ipsorum pena aliis interdicat audaciam similia presumendi et ut nullus apothecarius a presenti inhibitione nostra velut inscius valeat excusare per totam decretam tibi provinciam per te publice volumus inhiberi quod nullus apothecarius sub pena omnium que in apotheca sua inventa fuerint apothecam regat qui tibi huiusmodi non prestiterit iuramentum. Datum apud Lacumpensulem XXIIII° Septembris VII° Indictionis.

CLXXXII.

Anno 1278.

In un rendiconto che manca di principio e di fine, presentato da un tal Gualtieri, nell' esito tra le altre partite leggonsi le seguenti.

Ivi Reg Ang. 1268. O. n. 2. fol. 5 t.

Item per apodixam unam puplicam certo die factam solvisse de mandato nostro Arnulfo de divite Burgo tunc ituro de mandato nostro cum Guillelmo decano Sancti Petri Virorum Aureliani clerico et familiari nostro misso per nos tunc temporis ad Soldanum babilonie pro viginti libris Turonensium residuis de Nonaginta Septem libris Solidis quatuor et denariis decem Turonensium in quibus sibi pro servitio per eum nobis impenso nostra Camera tenebatur ad idem pondus auri uncias VIII.

Item per apodixas tres puplicas diversis diebus factas solvisse auctoritate mandati nostri dicto decano tunc ituro ad predictum viagium pro expensis suis duorum sociorum suorum militum. duorum fratrum de ordine predicatorum et quadraginta aliarum personarum de familia sua et predicatorum ipsorum nec non pro expensis Ammirati nuncii dicti Soldani et viginti duarum personarum de familia eiusdem Ammirati pro diebus Sedecim numeratis a decimo die dicti mensis Junii predicte XII° indictionis in antea ad requisitionem ipsius decani ad predictum pondus auri uncias LXXVIIII tar. IX. et gr. VIIII.

CLXXXIII.

Anno 1279. 10 Aprile 7ª indizione—Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I di Angiò spedisce suoi speciali procuratori per ricevere in suo nome il giuramento di omaggio dal despota Nichiforo.

Ivi Reg. Ang. 1278. B. n. 30. fol. 29 t.

Scriptum est Universis presentibus etc. de prudentia et legalitate Venerabilis Patris Rogerii Archiepiscopi Sancte Severine et Ludovici de Roerio militis familiaris et fidelis nostri plenam fiduciam obtinentes recipiendi nomine nostro a Magnifico viro domino Nichiforo Despoto Comnino Duce homagium ligium et Juramentum fidelitatis necnon et Juramentum etiam de observandis conditionibus inter nos et ipsum habitis prout in eisdem conventionibus continetur plenam et liberam concedimus eisdem Archiepiscopo et Lodovico tenore presentium potestatem ratum habituri et firmum quicquid per eosdem Archiepiscopum et Lodovicum factum fuerit in predictis et singulis predictorum. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde fieri et sigillo Maiestatis nostre iussimus communiri. Datum apud Turrim (*Sancti Herasmi prope Capuam* Die X° Aprilis. *VII° Indictionis*).

CLXXXIV.

Anno 1279. 12 Aprile 7ª indizione—Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I. di Angiò fa somministrare i mezzi di viaggio agli ambasciadori del Despota Nichiforo, i quali ritornavano in patria.

Ivi Reg. Ang. 1278. B. n. 30. fol. 29 t.

Scriptum est Baiulis Baroli etc. fidelitati vestre sub pena decem Unciarum auri firmiter precipimus quatenus nunciis Magnifici Viri Nichifori Despoti Comnini Ducis de licentia et mandato nostro ad propria redeuntibus Viginti equitaturas ad Sellam et Bardam iuxta provisionem nunciorum ipsorum ducendas per eos usque Brundusium. ac solvendis de pecunia eorum iuxta Curie nostre statutum receptis presentibus invenire curetis. Ita quod sequenti die quo applicuerint Barolo recedere inde valeant sicut intendunt Scituri quod si predicte equitature in predictis numero et termino per vos invente non fuerint penam predictam faciemus a vobis inremissibiliter extorqueri. Datum ibidem XII° Aprilis.

CLXXXV.

Anno 1279. 12 Aprile 7ª indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I. di Angiò manda ordine a Giordano di Sanfelice Vicario Generale dell' isola di Corfù e ad Errico di Nizza di prendersi dal Despota Nichiforo la consegna del castello di Botconton e di altri castelli e terre, un tempo posseduti da Manfredi Principe di Taranto e da Filippo Echinard.

Ivi Reg. Ang. 1278. B. n. 30. fol. 29 t.

Scriptum est Universis presentibus etc. de prudentia et fide Nobilis Viri Jordani de Sancto Felice militis Capitanei et Vicarii Generalis in Insula de Corpho. ac Henrici de Nicia servientis nostri plenam fiduciam obtinentes recipiendi nomine nostro a Magnifico Viro Domino Nichiforo Despoto Comnino Duce Castrum Botheonton et alia omnia Castra. Casalia et terras que de terris et pertinentis Terrarum quas tenuerunt olim Manfredus Princeps Tarentinus et Philippus Chinardus ad manus ipsius Despoti devoverunt et que debet nobis facere assignari secundum quod in conventionibus inter nos et ipsum habitis continetur. plenam et liberam concedimus eisdem Jordano et Henrico et eorum cuilibet tenore presentium potestatem. ratum habituri et firmum quicquid per eosdem Jordanum et Henricum factum fuerit in predictis. In cuius etc. Datum etc. ut super in aliis factis Archiepiscopo etc.

CLXXXVI.

Anno 1279. 13 Aprile 7ª indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I. di Angiò dà licenza all' ambasciadore di Boamondo Principe di Antiochia e Conte di Tripoli, di estrarre dal regno 7 cavalli da guerra ed un palafreno comprati per uso del suo Signore.

Ivi Reg. Ang. 1277. F. n. 28. fol. 211.

Scriptum est Angelo Sagnelle Magistro Portulano Apulie etc. Cum Nos Guidoni de Patriarca. militi nuncio. et familiari Magnifici viri Boamundi Principis Anteocheni et Comitis Tripoli. affinis et fidelis nostri. karissimi. qui ad eumdem Principem. de licentia et beneplacito nostro. revertitur. extrahendi de quocunque portu Apulie voluerit septem. equos ad arma. et palafredum unum. quos in Regno nostro Sicilie pro eodem Principe emisse se asserit illosque ducendos per mare. ad Principem supradictum. licentiam. duximus concedendam. fidelitati tue. percipiendo mandamus quatenus predictum Guidonem de Patriarcha exire de quocunque portu Apulie voluerit. cum eius familia. ac predictis septem equis. ad arma. et palafredo uno pro Principe supradicto. nec non victualibus necessariis ad iter tantum pro se familia. et equis pre-

dictis. sine contradictione aliqua patiaris. proviso ne pretestu presentium maior equorum numerus. seu aliqua. prohibita. extrahantur presentibus post menses sex minime valituris. Datum apud Turrim Sancti Herasmi prope Capuam die XIII Aprilis VII° Indictionis.

CLXXXVII.

Anno 1279. 21 Agosto 7ª indizione — Lagopesole.

Carlo I. di Angiò scrive ordini severi a tutti i Giustizieri tanto del Continente, che dell'isola di Sicilia per la osservanza delle Costituzioni contro i proditori, i fuorbanditi ed i fuorgiudicati, le quali sono poco curate.

Reg. 1278. 1279. H. n. 33. fol. 38.

Scriptum est eidem (1) etc. Decretum contra proditores forbannitos ac foriudicatos. constitutionem edidimus in hac forma quam per universos et singulos Justitiarios Regni nostri puplicare mandavimus et tenaciter observare que per omnia talis est. Karolus dei gratia Rex Sicilie etc. Quia propter subterfugia que criminosi tanquam criminum conscii penes eludunt se fuge subsidio subtrahente per provincias alias Regni nostri difugiunt ac eis latitantibus contingit remanere maleficia impunita presentem constitutionem inperpetuum valituram statuimus ut si quando proditores forbanditi sint foriudicati Magnam Curiam nostram vel per Magistrum Justitiarium aliud per quemcunque alium Justitiarium in aliquibus Regni nostri partibus commorantur Justitiarius sub cuius Jurisdictionis proditores forbanniti aut foriudicati ut dictum est commorantur ad requisitionem illius qui eum banniverit per litteras sibi facere capiat illum quem per suas litteras sibi significaverit forbannitum foriudicatum seu etiam proditorem. quod si neglexerit Centum unciarum auri penam fisco nostro se noverit illaturum quam penam augendam vel minuendam consideratam qualitatem delictorum seu personarum conditionem nostro arbitrio reservamus quam tenere volumus donec aliud ex nostro arbitrio statuerimus etiam sub pena predicta quod Justitiarius forbannitorum foriudicatorum seu proditorum nostrorum Justitiariis circumstantibus infradictum dierum spatium a die banni editi seu foriudicationis numerandum studeat nunciare infra quem terminum cum nominibus proditorum specialem nuncium ad magnam Curiam nostram transmictat qui statim continuatis dietis in Curia nostra veniat cum nominibus et cognominibus eorumdem ac die qua foriudicati seu forbanniti fuerunt que nomina eorum singulis Justitiariis Regni nostri per nostras litteras nunciemus si vero aliquis Justitiarius aliquem contra forbannitos seu foriudicatos huiusmodi in circumstantibus Justitiariatibus noverint commorari Justitiarii in cuius Justitiariatum forbannitum seu foriudicatum sciverint significet. ac ille capiat et Justitiarii qui eum forbanniverunt vel foriudicaverunt student nunciare et si Justitiarius sciverit aliquem forbannitum seu foriudicatum in decreta sibi provincia commorari quamquam per litteras nostras vel Justitiarii minime fuerit requisitus ipsum capiat et captionem ipsam Curie nostre scribat mandamus etiam ut quocies aliquem forbanniri seu foriudicari contingerit Justitiarius qui eum banniverit de bannitione seu foriudicatione eiusdem quatuor scripta

(1) Al giustiziero di Abruzzo.

conficiat continentia nomina et cognomina etiam et corpus foriudicationis seu forbannitionis eiusdem quorum unum ad Cameram nostram aliud ad Magistrum Justitiarium aliud ad Magistros Rationales reliquum penes se receptum studeat destinare quod si in predictis negligenter aut dolose versatus fuerit penam quam circa periuros et contemptores mandatorum nostrorum statuta est ultra penam centum unciarum auri a nobis superius nominatam se noverit incursurum Datum Fogie tertio novembris II^{e} Indictionis etc. cumque intelleximus constitutionem ipsam in pluribus Regni nostri partibus non servari et nichil prosit constitutiones edere nisi coercitus in suis finibus observetur. fidelitati tue sub penis predictis et penam aliam unciarum auri ducentarum districte precipimus quatenus incontinenti per totam Jurisdictionem tuam formam predicte constitutionis nostre sollepniter puplices et inviolabiliter observes ac facias observari ut nichil contra eam penitus attentetur sicut penas predictas a te si secus feceris irremissibiliter exigendas et indignationem nostram desideras evitare. cumque nuper ad aures celsitudinis nostre pervenerit quod nonnulli ex officialibus nostris florenis aureis quos per eos pro satisfactionibus cabellarum et cuiuscunque alterius fiscalis pecunie ipsis debite recipi mandavimus pro iminenti impeti ad rationem de tarenis quinque et granis quatuordecim pro quolibet floreno auri contra ipsius mandati nostri tenorem recipiunt ad rationem de tarenis quinque et granis duodecim pro quolibet alias etiam munitiones prohibitas similiter pro minore precio recipiunt quantum statuerimus ipsis per nostras litteras sic inventi Karolenses nostros aureos et argenteos et augustales ac medalias ipsorum Karolensium et augustalium pro statuto et debito pretio ad rationem videlicet de tarenis septem et medio pro quolibet Karolense auri seu augustali tarenis tribus et grana quindecim pro qualibet medalia ipsorum Karolensium auri seu agustales auri decem pro quolibet Karolense argenteo et grana quinque pro qualibet medalia recipere recusantes propter diversas et varias ac frivolas cavillationes quas recipientibus ipsis opponunt. quarum occasionem aliquid ultra pro eis exigunt et extorquent in preiudicium nostrorum coniunctum et subiectorum nostrorum dispendium manifestum moti de hiis admodum nec indigne fidelitati tue sub penas predictas districte precipimus quatenus omnes Karolenses augustales et medalie predictos non renuas set eos pro statuto valore ad rationem predictam recipias et recipi facias et omnes monetas prohibitas tam auri quam argenti cuiuscunque speciei sint pro moneta rupta tantum pro statuto valore et non pro minore recipere debeas pro satisfactione cabellatorum et cuiuslibet alterius fiscalis pecunie tibi pro parte Curie nostre debite per quoscumque et iuxta tenorem mandatorum nostrorum tibi proinde directorum nichilque de ipsis omnibus monetis prohibitis pro quibuscumque servitiis nostris quoquomodo aut quibuslibet aliis negotiis exhibeas et expendas set eas omnes ad Cameram Castri Salvatoris ad mare de Neapoli debeas destinare nostris thesaurariis assignandas. Datum apud Lacumpensilem die XXI^{o} Augusti VII^{e} indictionis.

Similes facte sunt Singulis Justitiariis Regni tam citra quam ultra farum. Datum ut supra.

CLXXXVIII.

Anno 1279. 6 Novembre 8ª indizione — Barletta.

Carlo I di Angiò nel nominare il milite Guglielmo de Joinville in Maestro dei passi di Abruzzo gli comunica le istruzioni di quell' uffizio.

Ivi Reg. Ang. 1276. B. n. 26. fol. 260 t. 261.

Scriptum est Guillelmo de Genoinvilla milite. de fide et legalitate tua confisi. te Magistrum passuum Aprutii mortuo nuper Roggerio de Ars milite olim Magistro ipsorum passuum usque ad nostrum beneplacitum duximus statuendum fidelitati tue mandantes quatenus statim receptis presentibus ad partes ipsas te personaliter conferas. officium ipsum ad honorem et fidelitatem nostram diligenter et fideliter studeas exercere et passus ipsos continue diligenter et bene custodias. et facias custodiri per quos nulla prorsus victualia seu legumina. arma etiam. Boves. vaccas. porcos. oves castratos arietes iumenta seu queque alia animalia viva de Regno nostro extrahi per quoscunque aliquatenus patiaris absque specialibus litteris nostris patentibus sub utriusque sigillis nostris magno videlicet pendenti et parvo secreto tibi propterea dirigentes equos vel mulos cum eorum ductoribus transire per passos ipsos permittas ad mandata nostra clausa. que tibi dirigimus sub predicto sigillo magno tantum iuxta ipsorum mandatorum nostrorum continentia mandatorum. super permittendo autem extrahi grassia. utpote carnibus sallitis caseo Recocto. oleo et huiusmodi pinguibus illam formam observes que inde hactenus extat observanda pedites etiam qui ad te litteras nostras clausas deferent scriptas in carta papiri et sigillatas alio Sigillo nostro parvo quo consueverunt huiusmodi lictere nostre de exitu sigilari exire permittas. Provisurus attente ne pretextu huiusmodi mandatorum nostrorum que tibi tui officii tempore transmitti contigerit plures persone exeant et maior numerus equorum mulorum vel quorumlibet aliorum animalium vivorum maior etiam quantitas victualium. leguminum et armorum quam mandata ipsa contineant extrahantur Nilque exeuntes ipsi ferant vel referant verbo vel licteris nostre contrarium maiestati et si contra huiusmodi inhibitionem nostram interceperis aliquos extrahentes furtive de Regno ipso per partes easdem equos mulos seu queque alia animalia viva. victualia legumina arma seu quelibet alia prohibita qui ad te non detulerint huiusmodi nostras litteras de conductu in penam temeritatis personas arrestes et cetera prohibita pro parte Curie nostre capias. et equos et mulos quos sic intercipi contigerit ad nostram Curiam destinabis assignandos Petro de Hugot etc. et nomina et cognomina personarum et unde sint et quantitatem et qualitatem singulorum aliorum animalium. victualium. leguminum. Armorum et aliorum prohibitorum. qui et que per te modo predicto fuerint intercepta. Celsitudini nostre et Magistris Rationalibus etc. directe et particulariter per tuas litteras successive sicut intercipi contingerit significare procures ut quod de eis si debeat nostrum beneplacitum demandemus. Verumtamen pro nostrorum communi commodo subiectorum placet nobis et volumus quod mercatoribus et aliis fidelibus et devotis nostris extrahere volentibus de Regno nostro subscripta animalia utpote Boves. oves. capras. arietes. castratos. porcos. scrofas. et alia huiusmodi animalia tam ad vescenda congrua quam pro Massariis etiam oportuna. preter Jumenta mulos. Ronzinos pultros et quaslibet alias equitaturas quas de Regno ipso extrahi nolumus absque licteris nostris clausis de exitu tibi sub magno sigillo nostro propterea dirigendis presentium auctoritate concedere possis et debeas licentiam extrahendi ea de Regno ipso per passus custodie tue commissos recepta prius pro parte Curie nostre ab extractione ratione

pedagii seu exiture quinta parte pretii emptionis ipsorum animalium sicut fieri hactenus consuevit de quo pretio ut in hoc Curia nostra circumveniri non possit per Justitiarios Regionis illius in qua ipsa animalia empta fuerint te primo volumus reddi certum quas in tuo ratiocinio producere tenearis et totam pecuniam quam pro iure ipso solutam successive nulla ex ea retentione penitus facienda ad Cameram nostram Castri Salvatoris ad mare de Neapoli ipsius Camere Thesaurariis assignare per ydoneos nuntios tuos destinare procures. et si extrahentes ipsi magis elegerint tibi propterea quintam partem ipsorum animalium in animalibus quam pretii ipsorum in pecunia exhibere. Volumus quod liceat tibi illam recipere que incontinenti et conductu aliquorum de stipendiariis nostris tecum morantibus transmittere debeas ad partes Capitinate ad assignandum ibi ad opus massariarum nostrarum ipsarum partium Agralisto de Baro Magistro Massariarum nostrarum ipsarum partium pretium earumdem. a quo et a predictis Thesaurariis de assignandis eis recipi facias ad tui cautelam ydoneas apodixas actentius provisurus ne pretestu presentium predicta alia animalia ab hiis excepta arma et quelibet alia prohibita in fraudem nostre Curie aliquatenus extrahantur et quod nulla quantitas animalium predictorum permissorum extrahatur pro qua predictum ius tibi pro parte nostre Curie non solvatur. Nilque extrahentes ferant vel referant verbo vel litteris quod nostre sit contrarium maiestati. cum de omni defectu et fraude siqua in hiis affuerit tibi totaliter initamur. et sic successive Jus ipsum in pecunia vel animalibus predicto modo receperis et de toto processu tuo quem in mictenda pecunia ad predictam si pecunia et animalibus ad predictum Magistrum Massariorum si animalia perceperis et habendum duxeris nos et Magistros Rationales magne Curie nostre studeas sepe sepius informare per litteras tuas continentes nomina et cognomina extrahentium et unde fuerint quantitatem per eos singulos extrahendam et ius quod proinde perceperis in pecunia sive animalibus quibus et quando presenti mandato nostro usque ad nostrum beneplacitum duraturo. preterea cum in Siclis nostris monetas aureas et argenteas bonas legales rectas et expendibiles pro statuto et consueto valore ipsarum fieri et cudi fecerimus quibus mercatores et alii expendentes eas in mercationibus et aliis eorum negotiis uti possunt et debent se merito reputare contemptos in quibus cudendis et fieri faciendis ut mercatores et alii eas cum argento et auro eorum cambire volentes copiam ipsarum monetarum habere possint de mandato nostro continue diligenter et studiose proceditur. propter quod per omnes et singulas terras totius Regni nostri Sicilie puplice fecimus per Justitiarios nostros voce preconia inhiberi et arcius interdici quod nullus mercator seu quilibet alius cuiuscunque conditionis existat aliud aurum et argentum laboratum. seu non laboratum sive in virgis aut in plactis. duplis florenis vel qualibet alia specie seu manerie per mare vel per terram nisi tantum Karolenses nostros aureos. argenteos et medaleas eorum et augustales extrahere quoquomodo presumat sub pena amissionis totius alterius auri et argenti quod extraherint contra ipsius nostre prohibitionis edictum nostro herario applicanda. districte tibi precipimus et mandamus. quatenus per omnes et singulos passus predictos sic diligenter et fideliter custodias et facias custodiri quod contra inhibitionem predictam ut dictum est nullum aliud aurum aut argentum laboratum vel non laboratum sive in virgis aut in plactis duplis florenis aut qualibet alia specie vel manerie nisi tantum predicti Karolenses et augustales ac medaleas ipsorum per passus predictos ab aliquibus quomodolibet extrahatur et si aliquos ipsius inhibitionis nostre contingerit intercipi transgressores. totum aurum et argentum ipsum prohibitum extrahendum per eos et intercipiendum aput passus laboratum vel non laboratum exceptis tamen predictis Karolensibus nostris aureis et argenteis ac medaleis ipsorum et augustalibus pro parte Curie nostre capias et ad Cameram nostram Castri Salvatoris ad mare de Neapoli prout illud ceperis debeas destinare cum litteris tuis continentibus etiam quamlibet quantitatem qualitatem

speciem et maneriem ipsius argenti et auri quod miseris ac ubi et a quibus fuerit interceptum. et nichilominus illud idem magistris rationalibus magne Curie nostre vice qualibet intimabis. Datum Baroli anno etc. die VI° Novembris VIII° indictionis.

CLXXXIX.

Anno 1280. 5 Febbraio 8ª indizione — Napoli.

Carlo I di Angiò ordina a' Maestri Portolani di Puglia di permettere che l'ambasciadore del principe di Antiochia esca liberamente da que' porti con 10 destrieri per uso del suo Principe.

Ivi Reg. Ang. 1279. B. n. 35. fol. 13 t.

Scriptum est Mauro Pironto et Nicolao Castaldo. Magistris postulanis et procuratoribus Apulie etc. fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus Guidonem de Patriarcha militem nuncium Magnifici viri Principis Antiocheni. Karissimi affinis nostri decem destrarios de quocunque portu iurisdictionis vestre voluerit necnon ordeum et alia eisdem necessaria supra mare ad requisitionem ipsius extrahere permictatis nullum sibi super hoc impedimentum vel obstaculum inferentes actentius provisuri ne pretestu presentium alia maior equorum vel victualium quantitas extrahatur presentibus usque per totum mensem octubris none Indictionis proxime future tantummodo valituris. Datum Neapoli die V februarii (*VIII° Indictionis*).

CLXXXX.

Anno 1280. 30 Marzo 8ª indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I di Angiò manda inservienti all' isola di Corfù per la custodia de' castelli di Botontoy e di Subotoy consegnatigli dal despota Nichiforo.

Ivi Reg. Ang. 1278. B. n. 30. fol. 209.

Scriptum est Symoni de Bellovidere viceamirato etc. Cum Petrus de gloriano miles ad Insulam nostram Corphoy de mandato nostro se conferat incontinenti triginta servientum quos ad capitaneum ipsius Insule pro castrorum nostrorum Botrontoy et Subotoy custodia destinamus precipiendo tibi mandamus quatenus eundem militem cum tribus roncinis suis loces in teridis nostris qui cum gente nostra navigaturi sunt ad partes easdem. Datum apud Turrim Sancti Herasmi (1) penultimo Marcii (2).

(1) Prope Capuam. (2) VIII° indictionis.

CLXXXXI.

Anno 1280. 10 Aprile 8ª indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Carlo I di Angiò crea il milite Erberto d'Orleans, suo consigliere e familiare, in Vicario di Sicilia e gli comunica i Capitoli del suo uffizio.

Ivi Reg. Ang. 1278. B. n. 30. fol. 178 e t.

Scriptum est eidem Herberto etc. Ut officium Vicariatus Insule nostre Sicilie tibi per excellentiam nostram commissum commodius exequaris infrascripta Capitula observes et facias inviolabiliter observari videlicet quod in Turribus ipsarum partium in maritima positis in quibus consueverint excubie deputari excubias vel custodes continuos de terris propinquioribus ordines commorari qui sic die noctuque invigilent et huiusmodi custodie ad oculum et intellectum intendant quod si aliquod lignum vel vascellum piratarum seu indevotorum nostrorum quorumlibet ad aliquas partes ipsius insule forte pervenerit statim excubie terre propinquioris excubiis aliarum terrarum et locorum circumadiacentium signum de nocte per ignem et de die per fumum faciant quod vulgariter nuncupatur (1) et deinde idem signum statim de una terra ad aliam successive per excubias ipsas fiat. ut quasi in uno momento et hora ex huiusmodi signi cautela ipsorum piratarum et indevotorum per totam maritimam prescitis incursibus nulla possint per partes easdem incomoda iurgari. Item acta et mandata nostra pendentia necnon et residua quelibet cuiuslibet fiscalis pecunie recolligenda per Adam Morier etc. precessorem tuum in eodem officio ab ipso sub sigillo suo recipias. et acta ipsa iuxta causarum merita finaliter termines. residua recolligas. et ad Cameram nostram Castri Salvatoris ad mare de Neapoli debeas integre destinare de mandata in hiis que servitia et negotia nostra tangunt. iuxta causarum merita finaliter exequaris cui precessori tuo de hiis omnibus tibi assignandis nostre lictere diriguntur. Item quia pro favorabili exequtione ipsius officii subscriptum numerum stipendiariorum de stipendiariis nostris cum ipso precessore tuo morantibus. videlicet Milites vigintiquinque qui computantur pro Scutiferis Armigeris quinquaginta. et alios Scutiferos armigeros Centum quinquaginta ad morandum tecum in comitiva tua usque ad beneplacitum nostrum duximus deputandos. quorum gagia ascendunt per mensem ad summam unciarum auri Quadringentarum et per annum ad summam unciarum auri Quatuormilium Octingentarum. ad rationem de unciis auri quatuor pro quolibet milite et unciis auri duabus pro quolibet scutiferorum ipsorum per mensem ita tamen quod Milites et Scutiferi ipsi continue sint modo subscripto. Armis et equis decentibus communiti prout sunt et esse debent alii Stipendiarii omnes qui in nostris servitiis commorantur. videlicet quod quilibet Miles habeat arma condecentia pro persona sua et equos quatuor inter quos sit unus ad arma et Scutiferum unum equitem nobilem ultramontanum decenter armatum et garziones duos habentes cervellerias. spallerias cum gorgeria ferrea. ensem et cultellum ad punctam Volumus quod ipsis militibus et scutiferis sic munitis de gagiis eorum statutis singulis tribus mensibus satisfieri facias ad rationem predictam ad quam aliis stipendiariis nostris huiusmodi gagie exolvuntur de pecunia videlicet Curie nostre quam successive quolibet trimestri tempore requiras et recipi facias in predicta tamen sufficienti et necessaria quantitate a Secretis nostris ipsarum partium per manus Ade de Saris. Thesaurarii nostri apud dictum precessorem tuum per nos dudum statuti.

---

(1) Qui manca la parola *fanum*.

quem similiter apud te nostrum thesaurarium tam super recipienda et expendenda pecunia ipsa quam alia qualibet ex proventibus officii tui tamen nostre Curie proventura duximus dimittendum ab illo videlicet tempore a quo per eumdem Thesaurarium Stipendiariis ipsis de gagiis predictis satisfactum non est. et in antea quamdiu continue tecum dicto modo muniti in nostris servitiis morabuntur per quem etiam Thesaurarium si aliqui eorumdem Stipendiariorum se a servitiis nostris absentaverint vel aliquem defectum in equis seu scutiferis aut garzionibus vel munitionibus predictis habuerint deduci et retineri facias pro parte Curie nostre de huiusmodi gagiis pro defectibus ipsis ad rationem de tareno auri uno pro quolibet equo per diem iuxta Curie nostre statutum de quo quidem Stipendiariorum numero tecum ad presens de Curia nostra mictimus. Milites decem. qui computantur pro scutiferis equitibus viginti et scutiferos equites quadraginta octo dicto modo munitos reliquos vero Milites Quindecim et Scutiferos Centum dicto modo munitos usque ad supplementum dicti numeri tibi per dictum precessorem tuum de illis qui secum fuerunt reliquis aliis ad nostram Curiam revocatis precipimus assignari quos ab eo requirere et recipere non omictas. tecum in Comitiva tua pro dictis nostris servitiis moraturos. Item cum pro solvendis gagiis aliis stipendiariis nostris et exequendis aliis pluribus arduis et diversis servitiis nostris pecunia sic in Camera nostra ultra quam dici valeat oportuna inhibemus expresse quod ad nullam aliam pecuniam Curie nostre que tam apud ipsos Secretos quam Justitiarios. Magistros portulanos et procuratores. Syclarios et quoslibet alios officiales nostros ipsarum partium tam presentes quam futuros est et esse contigerit manus tuas aliquatenus non extendas nec extendi per dictum Thesaurarium patiaris. nec de expendenda seu expendi vel exhiberi aliquibus facienda alia pecunie quantitate per officiales ipsos quoquomodo te intromittere debeas absque speciali mandato nostro pendenti sub utroque Sigillo nostro magno videlicet et parvo secreto tibi exinde dirigendo. Set pecuniam ipsam totam per officiales ipsos ad Cameram nostram predictam Castri Salvatoris ad mare de Neapoli patiaris integre destinari sicut habent expresse per nostras litteras in mandatis. Et quia predicti decem milites et scutiferi equites Quadraginta octo quos totum ad presens de Curia nostra mittimus soluti sunt de gagiis eorum ad rationem predictam usque per totam primam medietatem proximo futuri mensis Junii presentis VIII^e^ indictionis in generali mutuo facto Stipendiariis nostris in Curia nostra morantibus. Volumus et tibi precipimus. quod ipsis militibus decem et Scutiferis Quadraginta Octo. ab ultima medietate dicti mensis Junii in antea ad predictam rationem. modum et formam. gagia ipsorum per dictum Thesaurarium prout super distinguitur mandes et facias exhiberi Preterea cum statuerimus ut in predicto numero Stipendiariorum nostrorum scutiferorum tecum deputatorum retineas et habeas tecum scutiferos duos equites de familia et hospitio tuo simul cum dictis aliis scutiferis nostris. ad gagia nostra pro percomplendo toto Scutiferorum numero supradicto donec de mandato nostro in eodem officio fueris in nostris servitiis muraturus. Excellentie nostre placet. ut ipsorum quilibet pro primis tribus mensibus numerandis a XVI°. proximo futuri mensis Junii huius octave indictionis usque ad quem diem Stipendiariis nostris est in generali mutuo de eorum gagiis in nostra Curia satisfactum et usque per totum Quintumdecimum proximo futuri mensis Septembris sequentis none Indictionis dimidium mutuum pro eorum gagiis facias per dictum Thesaurarium exhiberi ad rationem de uncia auri una pro quolibet eorum per mensem. sicut aliis stipendiariis qui de novo recipiuntur ad gagia nostra iuxta statutum nostre Curie huiusmodi gagia exhibentur. et abinde in antea ad rationem de unciis auri duabus pro quolibet eorum per mensem sicut Stipendiariis supradictis Ita tamen quod muniti sicut dicimus equis et garzionibus modo predicto duobus vero Judicibus quos te in predicto officio habere volumus videlicet Judici Berardo de Atissa et Judici Nicolao de Summa quos pro assessoribus necnon Notario Francisco Bellonaso de Neapoli tibi

pro notario Actorum in dicto officio cum duobus scriptoribus secum deputatis per Curiam nostram dato expensas quamdiu tecum in officiis ipsis fuerint ad rationem de unciis auri quatuor pro quolibet ipsorum Judicum unciis auri duabus tarenis undecim et granis V. pro predicto notario actorum et ad rationem de uncia auri una pro quolibet dictorum scriptorum per mensem facias ad generale pondus per ipsum Thesaurarium exhiberi qui Thesaurarius retineat sibi pro expensis suis et unius scriptoris moraturi secum pro scribendi rationibus officii sui mense quolibet videlicet pro se uncias auri tres et pro scriptore ipso unciam auri unam predicti ponderis generalis de predicta pecunia quam habebit. et quia nolumus te in predicto officio expensis propriis laborare placet nobis et volumus ut donec in officio ipso continue fueris de predicta pecunia Curie nostre proventuum officii tui seu de alia proinde recipienda tamen a predictis Secretis in proventuum ipsorum defectu que erit per manus ipsius Thesaurarii expensas pro te familia et equis tuis ad rationem de unciis auri Trecentis ponderis generalis per annum a thesaurario ipso recipias. cui de exhibendis tibi expensis ipsis et predictis Stipendiariis. Judicibus et notario gagiis eorum modo predicto nostre Maiestati littere diriguntur. Datum apud Turrim Sancti Herasmi. Die X° Aprilis (*VIII° indictionis*).

CLXXXXII.

Anno 1280. 26 Maggio 8ª indizione — Napoli.

Il milite Rainaldo Galardo ricorre a re Carlo I di Angiò per rivendicare alcuni beni usurpati a sua moglie Giacoma d' Aquino, ed il re ne commette l'informo al Giustiziere di Terra di Lavoro.

Ivi Reg. Ang. 1270. B. n. 8. fol. 67 t.-68 t.

Scriptum est eidem (1) etc. Suplicavit excellentie nostre Raynaldus galardus dilectus miles familiaris et fidelis noster quod cum ipse teneat pro parte Jacobe uxoris sue pheudum quod fuit quondam Thomasii de aquino patris dicte Jacobe situm in Justitiariatu Terre Laboris in tenimento Neapolis et Averse et subscripta bona stabilia ad pheudum ipsum spectantia per infrascriptas privatas personas etiam in forma de reintegratione pheudi. bona autem occupata alienata et distracta et nomina eorum qui ipsa occupata detinent et loca ubi ipsa consistunt hec sunt videlicet in territorio Neapolis in loco ubi dicitur LANZATA Monasterii Sancte Marie de dopna Regina tenet petiam unam terre cum arboribus vitatis de vitibus grecis iuxta terram quondam Sergii Carminiani que est de demanio dicti pheudi. Item in loco ubi dicitur SANCTUS JOHANNES DE CAMPO. ligorius carazulus Squicza miles tenet peciam unam terre iuxta terram henrici Bufarari et terram Jacobe Filangerie. Item in territorio et pertinentiis Averse Startie due que sunt de demanio dicti feudi iuxta terram Sancti Blasii et terram herrici Raymundi de Purzellis quas tenet Johannes de casamizula. Item petia una de terra iuxta terram Mathei de Lombardia et terram Johannis musconis quam tenet Blaxius de lanberto de Vinario. Item petia terra una in loco ubi dicitur SANTUS MARTINUS iuxta terram Raynonis de gallinara. Item alia petia de terra in loco ubi dicitur

(1) Justitiario Terre Laboris.

APARATINULA. iuxta terram herrici petri montule quas tenet Philippus de Cripinis. Item petia una de terra in loco ubi dicitur FICUCELLA. iuxta terram Johannis Conci et terra Nicolai Coci. Item alia petia de terra in loco ubi dicitur APARATINULA iuxta terram Egidii de muccarello militis. Item alia petia terre in loco ubi dicitur ALUPINI iuxta terram Nicolai Fahacori. Item alia petia una de terra in loco ubi dicitur ALUTRIBIA iuxta terram Santi Blasii. Item petia una de terra in loco ubi dicitur ALAFRACTA iuxta terram heredum Loydisii de gallinara. Item petie due terrarum cum arboribus vitatis in loco ubi dicitur ALAVIA DE MOLINO. iuxta terram Nicolai Coci nostri in viam puplicam. Item alia petia terre iuxta terram petri casebuhi. Item fundus unus in loco ubi dicitur ALICUPINI. iuxta fundum Mathei Scalionis. Item fundus unus in eodem loco iuxta fundum Egidii de Muccarelle militis. Item fundus unus in eodem loco iuxta fundum heredum Ludoysii de gallinara quas tenet Jacobo de goffrido de Aversa: Item petia una de terra in loco ubi dicitur CORRIGIE DE PASCARELLO iuxta terram Sancte Marie Annoya. Item alia petia de terra in loco ubi dicitur VIA DE TRIBUNATI iuxta terram Nicolai nostri. Item petia una terre in loco ubi dicitur ARBUSTRELLO Johannis vassalli. iuxta terram ospitalis Sancti Johannis. Item fundus unus in loco ubi dicitur CUPUNI iuxta fundum Johannis de Aversa quam tenet andreas de acrista de aversa. Item petia una de terra in loco ubi dicitur NOCILLA iuxta terram Sancte Attenasii. Item alia petia de terra in loco ubi dicitur AD LUCANALE iuxta terram dominici de rosa quas tenet Jhoannes trosovaiche. Item petia una de terra in loco ubi dicitur SANTUS FORTINATUS iuxta terram Pauli de Gallinara. Item petia una de terra in loco ubi dicitur SANTUS ANGELUS iuxta terram heredis Petri munchuli. Item quinque petie de terra quarum due sunt in loco ubi dicitur PES GUALDI iuxta terram Raymundi de gallinara et terram hospitalis de Aversa alia tamen arboribus vitatis in loco ubi dicitur ADLUBAGNU. iuxta terram Johannis conti de Aversa. alia in loco ubi dicitur CLUSURA iuxta terram Mathei Scalionis alia est in loco ubi dicitur SANTUS FORTINATUS iuxta terram heredis Petri munchuli. Item fundus unus in loco ubi dicitur ALICUPUNI iuxta terram Philippi marescalci de Aversa quas tenet Angelus de Costabili. Item fundus unus in loco ubi dicitur LICUPUNI iuxta clusam Mathei galionis quam tenet notarius Rogerius. Item petia una de terra que est in loco ubi dicitur SANTUS ANELLUS iuxta terram Andree de acresto quam tenet Judex Johannes Russus. Item petia una de terra que est in loco ubi diciiur SANTA MARIA AD NOXA iuxta terram Santi Attenasii quam tenet Magister Laurentius de Pascali de Aversa. Item fundus unus ubi dicitur ALUCUPUNO iuxta fundum Mathei Scalioni de Aversa quam tenet Petrus Casaluce de Aversa. Item petia una terre ubi dicitur ALIPURCELLI quam tenet Johannes de Vita de Aversa. Item petia una terre ubi dicitur SEPTEM COGNATI iuxta terram donati Ferrarii quam tenet Nicolaus de herrico de Aversa. Item petia una terre ubi dicitur SANTUS FORTUNATUS iuxta terram Nicolai Siliatori. Item alia petia terre ubi dicitur CEPERANO iuxta terram heredis Petri moniche. Item alia petia de terra ubi dicitur DE MALVITO iuxta terram Johannis Scatenati. Item fundus unus ubi dicitur CRECUCIHU DE SANTIS iuxta terram Johannis conti de Aversa quam tenet Judex Petrus de benedicto. Item petia una terre ubi dicitur LACLUSA iuxta terram Nicolai coci quam tenet Johannes conti in casali Orte de pertinentiis eiusdem terre averse. Item clusa una cum arboribus vitatis ubi dicitur CASTANETO iuxta terram Guillelmi Stantardi militis quam tenet Thomasius bassus de Pumiliano Item petia una terre ubi dicitur GRATOZALU iuxta terram dicti Guillelmi Stantardi. Item due alie petie de terra ubi dicitur GIRMENE quarum una est iuxta terram aversani de Pasca alia est iuxta terram Petri de Stadio quam tenet Jacobus de Servato de Aversa. Item petia una de terra ubi dicitur CAMPUS CORBUS iuxta terram Petri de Stadio quam tenet Johannes de Paulo de casapuczano. Item terra una ubi dicitur PISCINARA PICURARI. Iuxta terram Nicolai peregrini de Aversa

quam tenet Robbertus Vulperus de orta. Item petia una terre ubi dicitur ALAVOLTA cum arboribus vitatis iuxta terram Robberti de Lauro de Orta quam tenet deodatus russus de santo arpindo. Item petie due de terra ubi dicitur VINEA quarum una est iuxta terram Sallimbeni et alia est iuxta terram Nicolai citati de Neapoli quas tenet Symon de Stabile de pumiliano. Item petia una terre ubi dicitur CERASA iuxta terram Vallare Item alia petia terre ubi dicitur ORTA PICZULA iuxta terram Angeli de petro de orta quas tenet Petrus Saracenus de gusitia. Item petia una terre ubi dicitur AD CELLU iuxta terram Petri de rosa quam tenet Simon tamanicus de sancto Arpidio de villa CASACELLARE de territorio eiusdem Civitatis Averse. Petia una de terra ubi dicitur AD CAMPU MENSSULUM quam tenet Palmerius de cicala cum fratre suo que est iuxta terram Philippi marescalci et viam puplicam. Item petia de terra una ubi dicitur AD PATRIAM quam tenet dictus Palmerius cum fratre suo que est iuxta terram Johannis barbari. Item petia una de terra ubi dicitur ad SANCTUM BRANCACIUM quam tenent predicti Palmerius et frater eius que est iuxta terram Petri Mathei et Judicis Stephani. Item fundus unus intus in Casali CASACELLARE quem tenent predicti Palmerius et frater eius qui est iuxta viam puplicam. Item fundus unus Johannis de baro ubi dicitur AD CLUSURAM quem tenet marcucius de Cesa et iuxta terram Santi Blasii de Aversa. Item petia terre ubi dicitur AD HANIETU quam tenent heredes Blasii de Baro. et est iuxta terram Sancte Marie Magdalene. Item petia terre una ubi dicitur AD PANTANU quam tenent heredes predicti Blasii de Baro et Simon Allexii cum fratre suo. que est iuxta terram Johannis barberii. Item petia de terra una in loco ubi dicitur AD NUCELLAM quam tenet Martucius de Cesa que est iuxta terram Magistri Johannis barberii. Item fundus duo positi in dicta villa quas tenent Johannes de Baro etiam Bartholomeus de Alexio et sunt iuxta ortum Johannis barberii. Item fundus unus quem tenet Nicolaus Scatinatus et fuit Johannis de Landulo et est in loco ubi dicitur RETRO ORTA iuxta terram Santi Blasii Item petia una terre in loco ubi dicitur AD CAMPUMBASSULUM quam tenet Nicolaus Scatenatus et est iuxta terram Nicolai de munthulo. Item petia terre una in eodem loco. quam tenet predictus nicolaus et est iuxta terram santi Blasii. Item petia una que est ubi dicitur AD SONU CAMBANUM quam tenet Benedictus maczaunus et est iuxta terram ipsius Benedicti. Item fundus unus quem tenet Angelus de Cicala in dicto Casali et est iuxta terram Nicolai de Neapoli. Item fundus unus in eodem Casali quem tenent heredes Angeli de Cicala iuxta terram Magistri Johannis Barberii. Item petia una de terra in loco ubi dicitur AD CAMPUM PICZULUM quam tenet Magister Benedictus nazarius et est iuxta terram nicolai de muchio. Item petia de terra una ubi dicitur AD COCTA quam tenet predictus Magister Benedictus et est iuxta terram francisci de pareta. Item petia de terra una ubi dicitur AD SANTUM TAMBARUM quam tenet predictus Magister Benedictus et est iuxta terram Pauli de grumo. Item petia una terre que est in loco ubi dicitur ARANCE iuxta terram Johannis de baro. et fundus unus in eodem Casali. iuxta terram illorum de monacha. quem terram et fundus tenet predictus Magister Benedictus. Item petia una terre que est ubi dicitur AD CAMPUM MENSULUM que est iuxta terram Johannis de Cicala quam tenet Martucius de Cesa cum fratre suo. Item fundus unus in eodem Casali iuxta ortum Nicolai de Cicala quam tenet dictus Martucius Item petia de terra una ubi dicitur AD CAMPUM EXULUM iuxta terram Santi Blasii quam tenet heres Johannis de Baro. Item petia terre una ubi dicitur AD FUNDRINAM iuxta terram dicti Raynaldi Galardi. Item petia de terra una posita in eodem loco iuxta terram Nicolai de litta quam tenet Nicolaus scatenatus. Item peciola de terra una in loco ubi dicitur AD PRITANUM iuxta terram Petri Mageroni de Cesa quam tenet Petrus de veniso de Cesa. Item fundus unus positus in eodem Casali qui fuit francisci militis iuxta fundum Sancti Tammari quem tenet Nicolaus Scatenatu. Item petia de terra una ubi dicitur AD CAMPUM PICZULUM et fuit dicti francisci iuxta terram Sancti Blasii

quam tenet Martucius de Cesa. Item petia una terre ubi dicitur AD MONPACELLUM quam tenet Franciscus de parete et est iuxta terram magistri Bartholomei Maniavini. Item petia una de terra ubi dicitur AD CAMPUM PREZUNI iuxta terram Bart. Maniavini. Item petia una de terra ubi dicitur AD PAIAMIONE quam tenet Blanca mulier et est iuxta terram dicti Raynaldi Galardi. Item petia una de terra ubi dicitur AD RETROVILLA iuxta terram Angeli de Cesa quam tenet Nicolaus Scatenatus. Item fundus unus in eodem Casali iuxta fundum Martucii de Cesa. quem tenet Angelus de Cesa. Item petia una terre ubi dicitur APPELLANDU iuxta viam puplicam quam tenet Angelus de Martora. Item modia terrarum triginta ubi dicitur AD CERVIARA iuxta viam puplicam que tenent heredes Stephani Johannis Bartholomei de lamberto. Item fundus unus qui est iuxta terram heustasii Militis ubi dicitur AD BEREM quem tenet idem heustasius. Item petia una terre ubi dicitur ad CAMPUM MESULUM que est iuxta terram dicti RAINALDI galardi quam tenet Judex petrus de benedicto. Item petia una terre in eodem Casali quam tenet idem Judex Petrus et est iuxta terram sancti tambari. Item petia de terra una in eodem loco quam tenet Johannes baro et est iuxta terram dicti Raynaldi galardi Item pecciola de terra una ubi dicitur AD MANDALAM quam tenet Martucius de Cesa. et est iuxta terram Johannis de Paulo. Item fundus unus in eodem Casali quem tenet Nicolaus Scatenatus et est iuxta fundum Magistri Johannis |Barberii. Datum Neapoli XXVI. Madii. VIII Indictionis.

CLXXXXIII.

Anno 1281. 15 Marzo. 9ª indizione — Napoli.

Carlo I di Angiò fa battere nuova moneta nella zecca di Napoli.

Ivi Reg. Ang. 1268. O. n. 2. fol. 91-94 t.

Karolus dei gratia Rex Jerusalem Sicilie etc. Guillelmo Nigro. Risoni de Marra et Petro bodin etc. Significamus vobis. quod conventiones que hic inferius continentur de laboranda. cudenda et facienda quantitate in nostra Sicla neapolis karolensium auri inter nos ex una parte et Angelum de Vito de Ravello nostrum fidelem ex altera fuerint in modo subscripto videlicet.

Quod ipse Angelus de Vito convenit nobis ex bona voluntate de faciendis laborari cum suis omnibus expensis in nostra Sicla Neapolis de ducentis milibus unciarum auri duplarum auri. auri tarenorum vel alterius cuiuscumque speciei auri ipsam summam valentes. que debeant ei assignari per vos de nostra camera castri Salvatoris ad mare de neapoli. vel per quoscumque alios qui inde habuerint mandatum a nobis assignandis a primo die huius presentis mensis martii successive usque ad duos annos et quinque menses venturos et quod ipsi karolenses auri sint eius tenute. eiusdem forme et ipsius ponderis sicut sunt karolenses auri qui fuerunt facti usque huc in eadem Sicla ducentis milibus unciarum. computatis decem et novem milibus unciarum auri Restantibus de extaleo quadraginta et octo milium unciarum auri. que idem Angelus et Philippus Saladinus de Messana socius suus convenerunt et promiserunt olim nostre Curie facere laborari in eadem Sicla de karolensibus auri. secundum conventiones que inde fuerunt inter eos et nostram Curiam.

Et pro lucro cuiuslibet uncie unum tarenum et septem grana ponderis generalis. quod est in summa pro ipsis ducentis milibus unciarum auri. novem milia. ponderis predicti.

Et in tali modo omnes predicti karolenses quos ipse Angelus debet facere laborari pro predicta summa auri et pro lucro predicto. sunt in summa. ducenta et novem milia unciarum karolensium auri in quibus dictus Angelus inde tenetur nostre Curie.

Et tamen sunt addite inter nos ex una parte et predictum angelum de vito ex altera. conventiones subscripte.

Primo quod dictus Angelus teneatur recipere a vobis vel a quacumque alia persona cui nos mandaremus omnes duplas auri quas nos mandabimus quod ei assignentur ad rationem de septem tarenis et decem granis pro qualibet dupla. computandas in summa predicti auri quod nos convenimus ei assignare pro faciendo laborari ipsis karolensibus.

Item quod ipsa predicta ducenta milia unciarum auri in duplis auri. auro tarenorum. auro virgarum et in quacumque alia specie auri valente ipsam summam assignentur ei per vos Thesaurarios vel per quoscumque alios sicut dictum est a primo die huius presentis mensis martii vel a principio laboris ipsorum karolensium sicut ipse Angelus laborabit et quod ei debeatur assignari pro parte nostre Curie in ipsa quantitate in qua ipse Angelus vobis poterit assignare qualibet vice in karolensibus auri.

Tali modo. quod de lucro pro quibuslibet mille unciis quas dictus Angelus vobis assignabit in karolensibus auri. debeat assignare ultra ipsas dictas mille uncias in karolensibus auri ad predictam rationem ultra ipsas mille uncias auri qualibet vice licet lucrum quarumlibet mille unciarum ascendat ad maiorem quantitatem.

Tali modo quod infra ipsos predictos duos annos tota summa ipsorum predictorum ducentorum milium unciarum auri duplarum. auri tarenorum auri in virgis vel alterius auri valentis tantum sibi per nos integre assignetur vel per quoscumque alios qui inde a nobis habuerint mandatum in modo predicto.

Et adhuc dictus Angelus teneatur resignare vobis per totum spatium predictorum duorum annorum et quinque mensium predicta ducenta milia unciarum in karolensibus auri et pro lucro predicte summe novem milia unciarum auri in eadem moneta. videlicet pro quibuslibet mille unciis. viginti uncias sicut superius dictum est.

Salvo tamen si restet in fine dicti temporis aliquid exhibendum nostre Curie pro cimmento. pro ipso residuo cimmenti laborando nos sibi dabimus tempus competens de solvendo infra quod de tota summa predictorum ducentorum milium unciarum auri.

Et reliquorum novem milium unciarum pro lucro in predictis karolensibus auri ipse poterit inde satisfacere sicut inde tenetur.

Adhuc est conventum inter nos et dictum Angelum quod si ipse non fecerit laborari totam predictam quantitatem ducentorum et novem milium unciarum auri in predictis Karolensibus auri infra ipsum tempus duorum annorum et quinque mensium totum id in quo nostra Curia de lucro predicto ratione pretii laboris poterit dampnificari et videbitur a parte ipse tenebitur redere nostre Curie de suo proprio ad predictam rationem videlicet de uno tareno et septem granis pro qualibet uncia tali modo. quod inde nostra Curia servetur indempnis.

Nos vero volumus facere ad beneplacitum ipsi Angelo. quod ipse possit emere quodcumque aurum in quacumque specie quam voluerit preter duplas. florenos auri et lucenses integros seu ruptos cum plena notitia et conscientia nostrorum Thesaurariorum. convertendum in summa extalei predicti.

Et super proba predicti auri nos ordinabimus aliquem ydoneum sufficientem et fidelem virum qui erit pro parte nostre Curie in fundendo ipsos Karolenses et laborando et cudendo tali modo quod in labore ipsorum Karolensium non possit fieri aliqua circumventio per ipsum eundem extallerium cuiquem nos ordinaverimus supradicta proba nos providebimus de expensis.

Predicti vero Karolenses continebunt quilibet eorum de fino auro quatuor tarenos et decem et novem grana et tres octavas alterius grani.

Tali modo quod quatuor ipsorum Karolensium continebunt tantummodo de fino auro sicut continebunt quinque floreni auri videlicet. decem et novem tarenos et decem et septem grana.

Qui predictus Angelus de Vito de servandis et adimplendis omnibus rebus predictis et qualibet pro se. tactis sacrosanctis Evangeliis dei. prestitit corporale Sacramentum in nostra presentia.

De quibus facta sunt duo scripta. unum sigillatum nostro Magno Sigillo consueto pendenti quod remanebit penes dictum Angelum pro sui cautela et reliquum sigillatum Sigillo ipsius Angeli. quod remanebit penes nos in nostra Camera.

Propter quod nos volumus et vobis mandamus. quatenus in principio debeatis exhibere et assignare predicto Angelo de Vito in auro tarenorum vel alio auro ipsum valente talem quantitatem sicut vobis videbitur. quod bene sit et ex tunc in antea ei assignabitis ipsam quantitatem auri tarenorum. duplarum auri vel alterius auri ipsum valentis. quam ipse vobis assignabit qualibet vice in Karolensibus auri.

Et propter istas conventiones secundum formam predictam servandas Nos vobis mandamus. quod apponatis totam maiorem curam quam vos poteritis non obstante.

Et de hiis que sibi exhibueritis et assignaveritis et de hiis que ipse vobis exhibebit et assignabit pro cautela vestre partis et sue fiant bone et ydonee apodixe.

Datum Neapoli. Anno. Domini. M°. CC°. LXXXI°. XV° die mensis martii VIIII^e^ Indictionis. Regnorum nostrorum Jerusalem anno V°. Sicilie vero XVI°.

Ad quarum litterarum Regalium executionem Nos predicti Thesaurarii processimus sicut inferius continetur.

Videlicet.

Diversis diebus mensium martii et aprilis X^a^ Indictionis apud Neapolim assignavimus predicto Angelo de Vito magistro Siclarum auri et argenti in predicta Civitate Neapolis pro fundendo et facienda predicta moneta Karolensium auri de pecunia Thesauri Regii quem custodimus. ad generale pondus quantitates subscriptas. Videlicet.

Auri tarenorum. unciarum sex milia. sexcentas. tarenos decem et octo et grana quindecim.

Et duplarum auri in pondere. uncias trecentas. octuaginta tres. tarenos undecim. grana novem.

Que sunt ad rationem de tarenis auri quinque et granis septem ponderis generalis per duplam duplarum numero duo milia centum quinquaginta minus quinta parte unius duple computate ipsi Angelo per nos ad rationem de tarenis auri septem et granis decem pro dupla qualibet pro valore auri tarenorum. unciarum quingentarum. triginta septem. tarenorum tredecim et granorum novem.

Nec non et diversis diebus predictorum mensium martii et aprilis ad dictum pondus subscriptas alias quantitates auri emptas per nos ad rationes subscriptas de pecunia Thesauri predicti. pro predicta moneta Karolensium auri facienda. videlicet.

Auri. tarenorum. Aurum. in virgis et aliis diversis maneriebus auri valore auri tarenorum. Unciarum decem milia. sexcentas undecim. tarenos decem et octo et grana quindecim.

Emptam scilicet seu capsam et ipsam auri summam per nos predictos Thesaurarios de notitia et conscientia ipsius Angeli olim diversis diebus et ad diversis personis de pecunia predicti Thesauri Regii. ad rationem de uncia auri una pro qualibet. uncia dicti auri tarenorum. aurum in virgis et aliis diversis maneriebus auri. ad generale pondus.

Pro Karolensibus auri. Unciarum decem milibus sexcentis undecim. tarenis decem et octo et granis quindecim.

Et duplarum auri in pondere Unciarum duo milia. sexcentas sedecim. tarenos decem et octo et grana quindecim.

Que sunt ad rationem de tarenis auri quinque. et granis septem ponderis generalis per duplam. duplarum numero quatuordecim milia. sexcente. septuaginta due. tareni tres et grana septem. computate ipsi Angelo per nos ad rationem de tarenis auri septem et granis decem pro dupla qualibet pro valore auri tarenorum. Unciarum trium milium sexcentarum sexaginta octo. tareni quatuor et grana quatuordecim.

Quam duplarum quantitatem nos predicti Thesaurarii emimus similiter de notitia et conscientia predicti Angeli olim diversis diebus et a diversis personis de pecunia predicti Thesauri ad rationem de uncia auri una. tarenis undecim et granis sex pro qualibet uncia in pondere duplarum ipsarum.

Pro Karolensibus auri. Unciarum tribus milibus. sexcentis duabus

Et Karolensibus argenti. tarenis sex et granis quinque.

Verificata — Summa predicte pecunie assignata pro predicta sicla auri est. Auri tarenorum. Unciarum. sex milium sexcentarum. tarenorum XVIII. grana XV. Duplarum auri in pondere. uncie CCC. LXXXIII. tareni XI. grana VIIII. Karolenses auri. Uncie quatuordecim milia ducente tredecim. tareni XVIII. grana XV. Karolenses argenti. tareni VI. grana V.

Ad executionem mandati domini nostri Regis nobis prefatis Thesaurariis oretenus facti de assignando argento non distincta quantitate Angelo de Vito de Ravello pro fieri facienda ex eo moneta Karolensium argenti processimus sicut inferius continetur. videlicet.

Diversis diebus mensium martii et aprelis X^{e} indictionis apud Neapolim assignavimus predicto Angelo de Vito pro fundendo et facienda predicta moneta Karolensium argenti. de argento tam Thesauri Regii quem custodimus. quam argento per nos empto de pecunia eiusdem Thesauri. ad generale marcarum pondus quantitates subscriptas. Videlicet.

Argenti in virgis de Thesauro Regio quem custodimus. de tenuta scilicet unciarum undecim et sterlingorum octo per libram sicut dixit Philippus Saladinus magister probe dicte Sicle. Marcas nongentas septuaginta. uncias quinque et sterlingos duos. Istud Argentum fuit de tributo Regis Tunisii = Facienda est collatio ut supra.

Et argenti de liga vigintarum cassarum. marcas trecentas triginta quinque. emptas diversis diebus et a diversis personis de pecunia predicti Thesauri ad rationem de uncia auri una et tarenis tribus ponderis generalis. in Karolensibus argenti per marcam quamlibet.

Pro Karolensibus argenti. ad rationem generalis ponderis. unciis trecentis sexaginta octo et tarenis quindecim computatorum ad rationem de solidis ipsorum quinque pro uncia auri una.

Verificata — Summa de assignatis pro predicta sicla argenti est. Argentum in virgis marche CM LXX. uncie. V. sterlingi II. Karolenses argenti. uncie CCC. LXVIII. tareni XV.

Verificata — Quarum summarum totius predicti esitus est. Augustalium et Karolensium auri. unc. CVI. milia. D. XXXVII. tar. XV. = Karolensium argenti. unc. CCC. LXXII. tar. XX. gr. X. = Florenorum numero VII. milia CC. XX. = Auri Tarenorum unc. VI. milia DC. tar. XVIII. gr. XV. = Duplarum auri in pondere unc. CCC. LXXXIII. tar. XI. gr. VIIII. = Argenti in virgis. Marche. CM. LXX. unc. V. sterlingi II. = Venetorum argenti. Marche DCCC. LXXVIIII. unc. V. = Argenti in diversis vasis fractis. Marche. XXXVIII. unc. I sterlingi XVI. = Nuces Indie cum pedibus argenti. II. ponderis marcarum. III. unc. IIII

Facta vero collatione introitus et exitus predictorum. Restant in predicta Camera Castri ovi penes eosdem Thesaurarios in fine predictorum trium mensium.

Pecunie et aliarum rerum quantitates subscripte. videlicet.

Notandum quod omnia ipsa residua posita sunt in introytu sequentium mensium Junii Julii et Augusti eiusdem X^{e} Indictionis. et facta inde collatione concordant.

Florenorum auri numero DCC. XLIII. tar. III. = Auri tarenorum unc. XXXV milia DCCC. LXXXV. tar. XXVIII. gr. XVII. = Duplarum auri in pondere. unc. II milia. CC. L. tar. XXI. computato ana tareno quatragintauno pro qualibet uncia ponderis generalis duplarum ipsarum. = Argenti de longobucco Marc. CCC. I. unc. VII. sterlingi XVIII. = Duplarum auri in pondere unc. M. CCCC. II. tar. XXVIIII. gr. XV. = Duplarum auri VI. Medalee duplarum VIII.

Duple mure. murre. Jacobini. Raffet et aliarum diversarum manerierum numero XXVI. milia DC. LXVI. et due partes alterius duple. = Duple de mira. numero XCIII. = ponderis librarum. CCC. XCVI. unc. X. tareni XXI. grana X appreciati valere unc. VI milia D. XLVIII. tar. III. gr. VII.

Turonensium argenti. librar. numero CC. LI. solid. IIII. dupl. II

Argenti in vasis et aliis operibus non auratis ponderis marcarum C. V. unc. IIII. sterling. VI.

Argenti fracti in diversis vasis et aliis petiis ponderis marcarum CCCC. XXXVIII. unc. V. sterling. XVIII.

Anuli auri III. et lapis calcidonius I. ponderis tar. XXI.

Cinture munite argento VI et Sigillum argenti I. ponderis marcarum IIII. unc. I. sterling. XVIII.

Turonensium parvorum tar. I. gran. IIII.

Scutelle argenti inter magnas et parvas. XCV. et Plactella argenti I. ponderis marcarum. C. IIII. unc. V.

Incisoria X. Bacile I. argenti. ponderis. marcarum. LVI. unc. VI. sterling. III.

Nappi LXXXIII. Salseria II et Scutella fracta I. argenti. ponderis. marcarum, LXXX. unc. VII. sterling. V.

Coppe argenti V. ponderis marcarum. X. unc. X. sterling. XIIII.

In coppis argenti aurati. ponderis. marc. XII. unc. III. sterl. XIII.

Coceariorum argenti. XCVII. ponderis marc. XII. unc. II. sterling. IIII.

Scifi de maczaro cum pedibus argenti IIII.

Nappus de maczaro cum pede argenti I. ponderis. unc. III. tar. XX.

Poti VIII et Furcette II. Argenti quorum potorum tres sunt cum cohoperculis. ponderis. marcarum. XXV. unc. VI. sterling. XV.

Ciathi IIII et Vas pro tragea I. Argenti ponderis marc. III. unc. II.

Calices argenti. II. unus scilicet cum patena ponderis marcarum. III. unc. I. sterling. XV.

Calix argenti aurati I. ponderis marc. I. unc. IIII.

Scifi argenti sine pedibus XXVIII. sex videlicet granati et reliqui plani ponderis mar. XXIII. unc III $^{1}/_{2}$.

Monilia auri IIII. cum lapidibus. ponderis unc. IIII gr. X.

Cristallum parvum I. cum tribus pedibus argenti in quo sunt reliquie.

Cinture de seta munite argento II ponderis marc. I. unc. VII $^{1}/_{2}$.

Buttones de ambra XVIII. ponderis. unc. I. tar. III. gr. XV.

Anulus auri albi I. ponderis tar. VII $^{1}/_{2}$.

Burete argenti II. ponderis mar. I. unc. VI.

Missale I. Briviarium I. Casula de scunnito viridi I. Tabule cum ymaginibus cohopertis argento II. Drappus ad altare I. Altare de marmore benedictum I. Toballa ad altare I. Corporale I. Bacilia de ere II. Vestimenta unius sacerdotis cum ornamentis altaris.

Scifi argenti cum pedibus. XXVII. ponderis. marc. XX unc. I. sterling. X.

Pettorale de seta munitum auro. I. cum pernis et zafiris sedecim. ponderis unc. V. tar. VII ½.

Pettorale de seta munitum argento. I. ponderis. unc. XXVI. tar. VII ½.

In floribus de lisa argenti tam aurati quam non aurati. ponderis marc. XVI. unc. III.

Paramenta albarum de cendato cum floribus argenti aurati VI. ponderis marc. XI. unc. VI.

Auri fracti . . . unc. XXX. tar. VI.

Coppa de ebore I.

Argenti in virgis et aliis diversis maneriebus ponderis. marc. C. LXXXIIII.

Miliariensium argenti. marc. IIII. unc. VII. sterling. XI.

Argenti in Virgis. Petiis. Venetis. Turonensibus et aliis diversis maneriebus pecunie ponderis. librar. III milia CM. LVIII. unc. VII. tar. XXIIII. gr. V.

Auri albi unc. VIIII. tar. XXIII.

Auri de paliolo in pondere. libr. VIII. unc. X. tar. III. granum medium.

Virge auri XII ponderis unc. LII. tar. XVII. gr. XV.

Urceus auri I. ponderis libr. V. unc. X. tar. XXII.

Nappus argenti aurati I. ponderis unc. XI. tar. V.

Auri fracti sclavati de una conrigia ponderis unc. XLIIII. tar. XXIII. gr. X.

Nappus de nuce Indie munitus argento I. ponderis unc. VIII. tar. III.

Parisiensium numero libr. XV. soldi. X.

In Petiis et miliarensibus argenti. ponderis marc. M. DC. LXV. sterling. VIII. ad rationem de unciis octo et tarenis vigintiquatuor ponderis generalis pro marca.

In foliis auri unc. I. tar. XX.

In Placcis et miliarensibus argenti ponderis. marcarum. CC. XLVIIII. unc. I. sterling. XII. de liga unciarum undecim sterlingorum octo minus quantitatem argenti fini per libram.

Argenti de longobucco. marc. CXXVI. unc. VI. sterling. XIII. de liga unciarum septem sterlingorum trium et duarum nonarum partium unius sterlingi argenti fini per marcam.

Decretum I. de lictera antiqua pulcherrimum in cartis edinis cum Apparatu comuni in quo sunt concordantie Biblie.

Decretum I. de lictera antiqua cum Apparatu comuni.

Codex I. cum apparatu comuni.

Digestum vetus cum Apparatu comuni.

Digestum novum.

Infortiatum cum apparatu comuni de tribus partibus

Summa Aczonis.

Libellus Roffridi de Jure civili.

Summa eiusdem de Jure canonico

Parvum volumen.

Liber I. in quo continentur quedam glose de digesto novo.

CLXXXXIV.

Anno 1281. 3 Aprile. 9ª indizione — Montefiascone.

Carlo I. di Angiò ordina che tutti i baroni e feudatarî di Abruzzo, tanto francesi, che regnicoli, nel giorno di domenica, ottavo giorno innanzi alla prossima festività di Pentecoste, in completo servizio militare si dovranno trovare alla sua presenza nella città di Orvieto.

Ivi Reg. Ang. 1281. A. n. 41. fol. 107.

Scriptum est Guillelmo de Janvilla Militi Magistro passuum Aprutii vel statuto loco sui etc. Cum Pontio de Blancoforti Militi Justitiario Aprutii sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis ut infrascriptis Baronibus tam ultramuntanis quam latinis. terras et bona pheudalia in Jurisdictione sua tenentibus ex parte nostra iniungat ut equis et armis decenter muniti sicut eorum quilibet pro ipsis terris et bonis pheudalibus facere tenetur et debet et preter id quanto melius se exforciare poterunt ut ad honorem nostrum et eorum cedere videatur die dominico octavo ante festum pentecostis proximo futurum apud Urbemveterem ad Curiam nostram debeant personaliter se conferre et quod precipiat procuratoribus terrarum infrascriptorum baronum qui dicuntur in ultramontanis partibus commorari. ut debitum servitium quod dicti barones pro terris et bonis pheudalibus que in eadem Jurisdictione tenent facere tenentur et debent ad eamdem Curiam nostram in predicto termino destinare procurent et mandent etiam illis baronibus quibus gratiose concessimus aliquorum filiorum baronum in pupillari etate consistentium in Jurisdictione sua gerere baliatus ut de proventibus terrarum dictorum pupillorum deducto eo quod pro vita et substentatione pupillorum ipsorum pro anno presenti sufficiens fuerit debitum servitium quod pro terris. eisdem Curie nostre debetur ad eamdem Curiam nostram in eodem termino debeant destinare. fidelitati vestre firmiter et districte precipimus quatenus barones ipsos qui pro se personaliter et illos qui pro predictis baronibus absentibus. ac eos qui pro baliatu pupillorum ad prefatam Curiam nostram accesserunt et mittentur sicut successive ad passus custodie vestre commissi catervatim vel semotim venire contigerit. cum armis equis ad Arma. Ronzinis et Someriis ac familiis eorumdem de quibus omnibus iuramento cuiuslibet eorum stare vos volumus. exire de Regno libere permittatis. Dummodo Attentius Caveatur quod inter eos aliquis nil ferat vel referat verbo vel litteris nostre huiusmodi Maiestati et quod occasione presentium aliqui alii quam ipsi qui ad predictam Curiam nostram sicut predicitur personaliter venire et mitti debent pro servitiis supradictis de regno ipso nostro exeant arma vel aliqua alia prohibita deferentes presentibus post mensem Maii minime valituris. Nomina vero ipsorum baronum sunt hec videlicet. Ultramontanorum Bonforziatus de Galiberto. Bertrandus de Pugetto de exclitarda. Guillielmus de bracza. Audam de Ausiaco. Guillelmus de Avignono. Butinus de Arelato. Petrus Trocta. Hugo buardi de Jnsula. Guillelmus de Mesnile tam pro se quam pro Uxore sua. Alfantus Bonitus. Riccardus primogenitus Ysnardi Hugolini. Gibosius de Miniero. Ysnardus peculi. heres Guillelmi de Palcrate. Guillelmus filius hugonis de Stachis. Jacobus de Alabro. Petrus Alamagnus. Johannes de Marolio. Raho de Tritis. Herveus de Chaurs. Girardus de Chisterone. Raymundus de Sancto Juliano. Jacobus de Sinacurt. Lombardus de Curbano. Robinus de bestisiaco. Guillelmus de Paran qui omnes in Regno presentes esse dicuntur. Et nomina absentium qui dicuntur in Ultramontanis partibus commorari sunt hec videlicet Bertrandus de baucio de berris. Jacobus

Gantelmi. Matheus de Blessiaco et Guillelmus de Cardineto. Et nomina baronum latinorum sunt hec videlicet Synibaldus de Vallempula. Comes Celani mittat servitium debitum. Raynaldus filius Gualterii de Collepetro. Gualterius de Bellanto. Gualterius de Aquaviva. Goffridus de Padula. filius Gentilis de Grandinato. Berardus de Sangro. Guillelmus Morelli. Riccardus de Grandinato. domini de Malanocte. Jacobus de Aquaviva. Tomas Rogerio de Piczis. Thomas Raynaldi de Guasto. Stephanus de Anglono. Raynaldus fallarone et heredes Raynaldi de Sangro. Qui omnes barones tam ultramontani quam latini exceptis absentibus et predicto Comite Celanensi veniant personaliter et heres vero Guillelmi de Palerato qui dicitur in pupillari etate consistere quia personaliter venire non potest balius eius mittere debet servitium pro eodem. Datum apud Urbemveterem. Die. III° Aprilis (*M.° CC.° LXXXI° VIIII° Indictionis*).

CLXXXXV.

Anno 1281. 3 Aprile. 9ª indizione — Montefiascone.

Carlo I. di Angiò crea il milite Radulfo de Gorlay in provveditore de' castelli dell'isola di Sicilia, e gli comunica le istruzioni ed i capitoli di quell'uffizio.

Ivi Reg. Ang. 1281. A. n. 41. fol. 122 e t.

Scriptum est Radulfo de Gorlay militi etc. de tua fide et legalitate confisi te provisorem castrorum nostrorum Sicilie que per Curiam nostram custodiuntur mortuo nuper Goffrido de Polliceno qui officium ipsum de mandato nostro gerebat usque ad beneplacitum nostrum duximus statuendum. Ideoque tibi firmiter precipimus ut ad partes ipsas et quelibet castrorum ipsorum te personaliter conferas et officium ipsum ad honorem et fidelitatem nostram excerceas diligenter. fideliter et prudenter. statum et conditionem. arma et munitiones quaslibet castrorum ipsornm oculata fide inspiciens et plene sciens ea omnia et singula que nunc ibi sunt in quibuscumque consistunt et redigi faciens in scriptum per species et competentes distinctiones arma omnia et munitiones et res singulas quas invenies in quolibet castrorum ipsorum in tribus inventariis puplicis consimilibus quorum unum de quolibet castrorum ipsorum penes te retento. aliud camere. et tertium Magistris Rationalibus Magne Curie nostre mittas. Et quia plura de huiusmodi armis seu guarnimentis ac munitionibus assignata fuerint castellanis et contergiis castrorum ipsorum tam precessorum eorum tempore quo castra ipsa in eorum custodia receperunt quam etiam post receptionem eorum per secretos et magistros procuratores Sicilie ac alios diversos officiales nostros qui fuerint pro tempore de mandato nostro quam Vicariorum nostrorum Sicilie servanda pro thesaurariis in castris ipsis. et plura etiam post assignationem eorum revocari per ipsos officiales postmodum debuerint plene perquiras. et scias si sunt ibi ad presens tam ea que ut dictum est ipsis castellanis seu contergiis assignata fuerint pro parte Curie nostre in castris ipsis tempore quo ea in eorum custodia receperint de mandato nostro per eorum in officio precessores de quibus omnibus instrui et certificari debeas per inventaria puplica de receptione castrorum ipsorum munitionum tempore ipso facta in quibus ea ipsa omnia distingui et redigi specificanter et particulariter debuerint. Que inventaria aput ipsos castellanos et contergios esse debent que omnia alia et singula que post

receptionem castrorum ipsorum fuerint in castra ipsa immissa et etiam revocata et ipsis assignata in thesauro eorumdem castrorum servanda per secretos et Magistros procuratores aut quoscunque alios officiales predictos tam in victualibus specialiter in milio de quo pro maiori parte castra ipsa muniri mandavimus quam in vino carnibus sallitis rebus aliis quibuscunque et in quo statu ea que ibi inveneris ad presens existunt. Verum videlicet bona vel mala utilia vel inutilia dampnificata vel deteriorata fuerint in quo et quo etiam tempore et cuius Castellani vel custodis et quorum culpa seu negligentia huiusmodi dampnificatio et deterioratio intervenit que insuper arma reparari et resarciri egeant et in quo quodcunque pro reparandis et resarcendis ipsis fuerit oportunum. Que omnia sicut de hiis certitudinem plenam habueris celsitudini nostre et predictis Magistris Rationalibus destincte et lucide per litteras tuas scribas ut super hiis remedium congruum opponamus. indempnitati Curie nostre consulendo. Insuper diligenter provideas et attendas que ex castris ipsis reparatione indigeant et in quo tam in fabrica murorum quam aliis edificiis quibuscunque et ne defectu reparationis eorum posset quod absit sinistrum aliquod evenire. Omnia et singula castra ipsa reparatione indigerint diligenter et fideliter ad presens et quotiens ac quando expedierit facias omnibus quibus indigent reparari per homines Universitatis terrarum locorum seu speciales personas ipsarum procuratores qui consueverunt ad id actenus deputari per te cum omni studio diligenti et sollicitudine inquirendi servata in reparatione ipsa forma subscripta quod in antea fidelium nostrorum alleviatione inventa. Videlicet quod requirantur per te et Justitiarium regionis ubi castra ipsa reparanda consistant. Universitates terrarum et locorum ipsorum seu speciales persone que ut dictum est ad id deputari consueverunt. Unum eorum Syndicum pro omnium ipsorum transmittant qui extimationi faciende pro reparatione cuiuslibet castri reparandi et super expensas proinde faciendas pro universitate sua presens intersit et convocatis quatuor probis viris eligendis de terris ipsis potius famosis quos negotium ipsum tangit una cum eis et predicto Justitiario ad castrum ipsum quod reparandum fuerit personaliter conferas et insimul omnes inspiciatis in quibus partibus castrum ipsum fuerit reparandum que etiam pro reparatione ipsa necesse fuerint et pro quanta quantitate pecunie reparatio ipsa fieri poterit et compleri omnibus oportunis receptoque sacramento ab eis de fideliter extimando et facta diligenti legali et sollempni extimatione per vos omnes cum magistris duobus carpenteriis et duobus fabricatoribus quos ad hoc volumus interesse et compilata summa pecunie ad quam ascendet extimatio reparationis ipsius incontinenti pecuniam ipsam inter terras et loca que tenentur reparationi predicte secundum ratam generalis subventionis in terris ipsis per Curiam nostram impositis vel imponendis tempore reparationis huiusmodi sicut acciderit per unciam ipse Justitiarius particulariter distribui faciat et recolligi per collectores eligendos ad hoc per terras et loca predicta compellendo Universitates terrarum et locorum ipsorum ad solvendam pecuniam ipsam non simul et semel totam sit divisim per temporum intervalla sicut opus ipsum successive pecunia indigebit. quia ipse similiter ipse Justitiarius faciat extimari ut dicti fideles nostri ante tempus reparationis ipsius inutiliter non exolvant et reparatio ipsa celeriter compleatur. quam pecuniam recollectam idem Justitiarius mandet et faciat assignari duobus fidelibus ydoneis viris uni videlicet eligendo per universitates terrarum et locorum Baronum que ad hoc tenentur si voluerint alteri eligendo per Universitates domanii nostri magis famosarum que ad hoc tenentur diciori et sufficienti ut pecunia ipsa per ipsos homines expendatur in reparatione ipsa sicut habuerint successive si vero predicte Universitates terrarum Baronum nollent vel negligentes extiterint ad eligendum celeriter vel mittendum expensorem ipsum quia nolumus reparationem predictam propterea retardari idem Justitiarius expensorem temporaneum eligi faciat per Universitates domanii nostri magis famosas

que ad hoc tenentur sicut superius est expressum illa forma servanda per eundem Justitiarium in huiusmodi taxatione quam in qualibet collecta nostra mandavimus observari de extimatione quoque reparationis ipsius castri fieri volumus quinque puplica consimilia instrumenta continentia quantitatem pecunie reparationis et extimationis predicte loca indigentia reparari nomina et cognomina extimatorum et etiam expensorum quorum unum dictus Justitiarius retineat pones se et aliud tibi remaneat tertium dictis expensoribus assignetur. quartum celsitudini nostre et quintum Magistris Rationalibus volumus assignari. Volumus etiam et mandamus ut omnia et singula castra predicta provisionis tue frequenter et continue visitatione perquiras et plene scias omnes castellanos contergios et cappellanos et servientes cuiuslibet Castrorum ipsorum redigens in scriptis nomina et cognomina et terras nativitatis ipsorum et plene scias si est totus et integer in eis numerus personarum deputatarum ibi per Curiam nostram iuxta tenorem statuti Castrorum ipsorum Tibi sub sigillo pendenti nostre celsitudini assignari et si omnes Castellani et contergii ordinati sunt per patentes litteras nostras quos si forte inveneris patentes exinde litteras nostras minime ostendentes statim eum amoveas ipsius amotione incontinenti nostro culmini intimando. set ne occasione amotionis eiusdem in custodia castri de quo amovebitur possit intervenire defectus provideas ibi de aliquo Ultramontano ydoneo et fideli de quo tanquam de te ipso plene confidas cum tibi exinde innitamur quousque de mandato nostro alius subrogetur. et si etiam castellanus aliquis moriatur statim quod id presciveris eius obitum nobis significare non differas committendo simili modo custodian castri cuius castellanus decesserit alicui Ultramontano similiter bono ydoneo et fideli undecunque insuper omnium predictorum sollicitudinem et sufficientiam diligenter advertas et ubi inveneris superfluum vel minus sufficientem numerum servientium et vigilum ac aliarum personarum vel aliquem servientem minus ydoneum tu et castellanus illius castri nobis hec omnia ac predictis Magistris Rationalibus et magistro balistariorum nostrorum per vestras litteras intimetis. Supplicantes nobis quod de augendo vel minuendo numero ipso et alio subrogando nostra provideat celsitudo quod si aliquis servientium mortuus fuerit seu recesserit nomen et cognomen ac diem obitus seu recessus eiusdem et de quo castro fuerit nobis similiter intimetis ut alium mandemus substitui loco sui ad substitutionem tamen alicuius non procedas sine speciali mandato nostro. ordines insuper in quolibet castrorum ipsorum pro tutiori eius custodia unam excubiam Ultramontanam buccinantem quam si forte bonum et fidelem non inveneris de ordinanda ea supersedeas quousque bonum invenias et fidelem cui excubie solidos exibebis sicut uni ex servientibus supradictis. Cuilibet autem Castellano seu contergio ordinaveris loco alicuius mortui aut alias in casu predicto quod Ultramontanus sit sicut superius dictum est corporale recipias sacramentum quod castrum ipsum pro nobis cum servientibus nostris fideliter et diligenter custodiat et illuc nemini assignet nisi tamen illi cui per patentes litteras nostras utroque sigillo nostro munitas ipsum mandabimus assignari. A predictis vero servientibus excubiis sacramentum recipias presente castellano castri aliquibus probis et fidelibus viris illius terre ubi est castrum ipsum tantum extra portam eiusdem castri singulariter et semotim. Ita quod interim ipsius Castri custodia non remaneat penitus vacuata in forma subscripta videlicet. quod quidquid contigerit evenire de castellano castri ipsius sive per mortem vel captionem suam seu quocunque alio casu. servientes ipsi castrum ipsum nullo modo dimittant nec redant alicui persone viventi nisi tantum nobis vel certo aut credibili ac speciali mandato nostro vel herede nostro succedenti in Regno nostro Sicilie post obitum nostrum nostras vel ipsius heredis patentes super hoc litteras deferenti. nec castrum ipsum a castellano seu quocunque alio dimitti vel redi alicui alii permittent. et si forte castellanus aliquis fraude vel malitia infidelitate vel maginatione quacumque alia vellet castrum ipsum deserere vel redere vel alii quam

super dictum est assignare ipsi servientes hoc nullatenus patiantur set ipsum castrum defendent et conservabunt fideliter toto suo posse contra omnes pro parte nostra heredes nostri predicti. Et quia intelleximus ex relatione quamplurium nostrorum fidelium quod multi castellani et servientes extra castra eorum custodie deputata contra ordinationem et beneplacitum nostrum illicite discurrentes multa committunt enormia pressuras et gravamina nostris fidelibus inferendo placet nobis et tibi expresse precipimus quod tu cum Justitiario regionis in qua situm est castrum cuius castellanus et servientes talia forte commiserint si idem Justitiarius commode et absque maiorum et expressorum negotiorum nostrorum dispendio personaliter poterit interesse vel in ipsius absentia cum alio ad hoc statuendo per eum de quo plene confidat de talibus processibus et excessibus eorum diligenter et frequenter inquirens Inquisitionem ipsam studiose et diligenter statim nobis et predictis Magistris Rationalibus ac Magistro balistariorum sub tuo et ipsius Justitiarii sigillo trasmittas ut in nostri presentia examinata diligenter inquisitione predicta iuxta eius merita pena debita transgressoribus pro eorum culpis seu insolentiis infligantur. quibus castellanis et servientibus quod castra ipsa pro aliqua negotiatione non exeant set in continua et diligenti eorum custodia die noctuque perstant ex parte nostra districte inhibeas et sepius interdicas recepto inde corporali ad sancta dei evangelia iuramento. Intelleximus insuper quod quamplures Castellani vineas. arbusta. molendina. ortos. et terras que ad munitionem castrorum ipsorum fuerunt actenus deputate tenent et convertunt in usus proprios. proventus et reditus annuos in eorum gagiis et sollidis minime computatos propter quod volumus quod exinde diligenter inquirens quidquid de hiis inveneris distincte et particulariter cum valore annuo vinearum et possessionum ipsarum ac eorumdem castellanorum nominibus qui predicta tenent et a quo tempore ipsa tenuerint et in quibus locis nobis et Magistris Rationalibus et magistro balistariorum predictis studeas intimari. Et quia te in predictis servitiis expensis propriis nolumus laborare statuimus tibi expensas tuas ad rationem de tarenis . . . . . (1) ponderis generalis per diem ordinamus tecum notarium unum Ultramontanum pro scribendis rationibus tuis et aliis servitiis ad officium ipsum spectantibus quem invenias et retineas bonum fidelem et ydoneum cui statuimus expensas suas ad rationem de tareno auri uno per diem quas expensas tuas et eiusdem notarii tibi ab eodem die quo officium ipsum exercere inceperis in antea usque per totum eundem presentem annum per Matheum de Riso Palmerium Abbatem et socios secretos Secreti Sicilie exiberi mandamus. Datum apud Montem Flasconem. Die. III°. Aprilis. VIIII^e^. Indictionis. (1281).

Forma statuti regiorum castrorum Sicilie qui custodiuntur per Curiam cum numero castellanorum. contergiorum. cappellanorum et servientium deputatorum in quolibet ipsorum prout inferius denotantur assignatum Radulfo de Grolay militi provisori castrorum ipsorum. Videlicet Citra flumen Salsum.

Castrum Messane custoditur per Castellanum militem non habentem terram in regno socium unum ipsius castellani militem. Scutiferos quatuor et servientes quadraginta septem qui tantum servientes solvendi sunt per provisorem quia castellanus socius suus et scutiferi recipiunt gagia eorum a dohaneriis Messane.

Castrum Scalette custoditur per castellanum scutiferum non habentem terram in regno et servientes quatuor.

Castrum Ramecte custoditur per scutiferum contergium non habentem terram in regno.

Castrum Montisfortis custoditur per castellanum scutiferum non habentem terram in regno et servientes octo.

---

(1) Qui nel documento sta uno spazio bianco, dove dovea notarsi il numero de' tarì, e non fu notato.

Castrum Melatii custoditur per castellanum scutiferum non habentem terram in regno et servientes quinque.

Castrum Sancti Marci custoditur per contergium scutiferum non habentem terram in regno.

Castrum Sancti Filadelli custoditur per Raymundum de Podio Riccardi castellanum qui debet retinere socium in custodia ipsius castri ad expensas suas servientes octo et debet recipere tantum a Curia pro expensis suis per diem tarenum unum.

Castrum Castellionis custoditur per castellanum militem non habentem terram in regno et servientes quinque.

Castrum Nicosie custoditur per Johannem de Mirepoes castellanum militem non habentem terram in regno et servientes viginti qui castellanus est nuper ordinatus mortuo Rogerio de Maracurt milite terram habente.

Castrum Castro Johannis custoditur per castellanum militem non habentem terram in Regno et servientes triginta septem.

Castrum Siracusie custoditur per castellanum militem non habentem terram in regno et servientes quinque.

Palatium Siracusie custoditur per contergium scutiferum non habentem terram in regno.

Castrum superioris Toromone custoditur per castellanum militem non habentem terram in regno et servientes quinque.

Castrum inferioris Toromone custoditur per castellanum scutiferum non habentem terram in regno et servientes quatuor.

Castrum Lentini custoditur per castellanum militem non habentem terram in regno. Gaytam unam et porterium unum ad expensas eiusdem Vicarii et servientes duodecim.

Castrum Aguste castrum Abole custoditur per castellanum scutiferum non habentem terram in regno et servientes duos.

Castrum Moac custoditur per contergium scutiferum non habentem terram in regno.

Castrum Garsiliati custoditur per castellanum militem habentem terram in regno et servientes quatuor.

Castrum Calatabiani custoditur per Michiloctum de Durier nuper ordinatum contergium qui ipsum debet expensis propriis custodire.

Ultra flumen Salsum.

Castrum Cefaludi custoditur per Petrum de Syneto militem non habentem terram in regno qui licet sit miles solvitur tamen sicut scutifer et servientes viginti septem.

Palatium Panormi custoditur per Nicolaum de Edemonia nuper ordinatum contergium ad expensas suas.

Castrum ad mare Panormi custoditur per castellanum scutiferum non habentem terram in Regno et servientes quinque.

Castrum Curelionis custoditur per contergium militem non habentem terram in regno.

Castrum Sacce custoditur per contergium non habentem terram in regno.

Castrum Calata Calatanissette custoditur per Castellanum scutiferum non habentem terram in regno et servientes quatuor.

Castrum Agrigenti custoditur per contergium scutiferum non habentem terram in regno.

Castrum Carini custoditur per Contergium scutiferum non habentem terram in regno.

Castrum Themari custoditur per contergium scutiferum non habentem terram in regno.

Castrum Bicari custoditur per castellanum militem non habentem terram in regno et servientes novem.

Castrum Favare custoditur per Castellanum militem ad expensas suas.

Castrum Licate custoditur per Castellanum scutiferum non habentem terram in regno et servientes tres Gaytam unum et porterium unum.

Castrum Sancti Mauri custoditur per Castellanum scutiferum non habentem terram in Regno et servientes tres.

Castrum Gyracii custoditur per Castellanum militem non habentem terram in regno qui solvitur ut scutifer.

Castrum Caroni custoditur per Castellanum militem non habentem terram in Regno qui solvitur ut scutifer.

Castrum Calate Bellocte custoditur per Castellanum militem non habentem terram in regno et servientes sex.

Castrum Camerate custoditur per militem contergium non habentem terram in regno.

Castrum Mazare custoditur per còntergium scutiferum non habentem terram in Regno.

Castellanus miles non habens terram in Regno recipit per diem tarenos auri duos.

Castellanus miles habens terram in Regno recipit per diem tarenum auri unum.

Castellanus scutifer seu contergius non habens terram in Regno recipit per diem tarenum auri unum.

Castellanus scutifer seu contergius habens terram in Regno recipit per diem grana auri decem.

Quilibet cappellanus. serviens. Gayta. seu porterius recipit per diem granos auri octo.

Datum aput Montemflasconem. die III°. Aprilis VIIII° Indictionis.

CLXXXXVI.

Anno 1281. 28 Aprile. 9ª indizione — Orvieto.

Carlo I. di Angiò essendo stato prescelto dall' Arcivescovo di Ravenna e da Obizzo Marchese d'Este e Conte di Ferrara per arbitro in talune loro discordie, con facoltà di associarsi uno ecclesiastico a sua volontà, invita il Cardinale Benedetto del titolo di S. Niccola in Carcere Tulliano.

Ivi Reg. Ang. 1281. A. n. 41. fol. 107.

Scriptum est Venerabili in Christo patri et Amico karissimo domino Benedicto (1) dei gratia Sancti Nicolai in Carcere Tuliani Diacono Cardinali. Karolus etc. Olim de lite ac discordia que inter Venerabilem patrem dominum. B. (2) Archiepiscopum et Ecclesiam Ravennatem ex parte una. et nobilem Virum Opizonem Marchionem extensem. et Comitem Ferrarie ex altera erat vel esse seu oriri poterint super iurisdictione. seu usu vel exercitio iurisdictionis in portu maiori. et toto eius plebatu. ac maderio et pertinentiis suis procuratores partium in nos tanquam in arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem et disceptatorem compromittere curaverunt promiserunt

(1) Costui è Benedetto Gaetano di Anagni uomo sagacissimo nel maneggio degli affari e dottissimo nel diritto Canonico e Civile. Da notaio apostolico promosso a Diacono Cardinale del titolo di S. Niccola in Carcere Tulliano; poi a prete Cardinale del titolo de' SS. Silvestro e Martino ne' Monti, e finalmente nel giorno della Vigilia di Natale dell' anno 1294 a Sommo Pontefice, e si disse Bonifacio VIII.

(2) Costui è Fra Bonifacio del Fiesco de' Conti di Lavagna, genovese, creato arcivescovo di Ravenna nel 1274, e morto il 23 decembre 1294.

insuper dicte partes inter alia stare parere ac obedire nostre sentencie nostroque Laudo. arbitrio. diffinicioni et amicabili compositioni. ac precepto moderationi interpretationi ac declarationi. que et quas nos vel alia persona ecclesiastica quam ad predicta duceremus deputandam vel nominandam. diceremus laudaremus. arbitraremur sententiaremus moderaremur et interpretaremur et declararemus. ac huiusmodi Ecclesiastice persone si quam assumeremus ad predicta extunc dicti procuratores eandem potestatem in omnibus et per omnia ut nobis in quantum poterant tribuerunt. et etiam concesserunt prout in instrumento puplico inde confecto plenius continetur. Nos autem olim cognitionem huius cause vobis in statu minori constitutis dusimus committendam diffinitiva nobis sententia reservata. Verum quod propter recidivi periculum optamus causam huius fine debito celerius terminari ad cuius diffinicionem ob alias occupationes arduas intendere comode non valemus. de paternitatis vestre circumspectione gerentes fiduciam pleniorem. auctoritate predicti compromissi et prefate nobis tradite potestatis. vos nominamus deputamus et assumimus ad predicta. Volentes ut eamdem quam ex compromisso et procura ipsarum partium in nos facto habebamus et habemus habeatis in omnibus et per omnia potestatem. et stare parere ac obedire vestre sententie vestroque laudo. arbitrio. diffinitioni. et amicabili compositioni ac precepto. moderationi. interpretationi. et declarationi predicte partes penitus teneantur. Datum apud Urbem Veterem Anno domini Millesimo CC°. LXXXI°. die XXVIII°. Aprilis. VIIII° Indictionis. Regnorum nostrorum. (*Jerusalem anno V° Sicilie vero anno XVI°*).

CLXXXXVII.

Anno 1282. 8 Settembre. 11ª indizione—Nel campo di assedio contro Messina.

Giovanni Maiorini ed i suoi fratelli ricorrono a Carlo I. di Angiò dicendo che il padre loro cittadino napoletano, ma del popolo, menò in moglie una donna *de genere militum*, loro madre, che essi furono dal padre emancipati ed ebbero assegnati i beni, a modo che ciascuno di essi vivea da padre di famiglia; quindi a norma della antica consuetudine della città di Napoli, che stabiliva dovere i figli nati da padre popolare e da madre nobile, essendo emancipati, contribuire co' militi, domandano di potere fruire di tale loro diritto.

Ivi Reg. Ang. 1283 E. n 46. fol. 14.

Scriptum est eidem (1) etc. pro parte Johannis Maiorini et fratrum filios Marini Maiorini de Neapoli nostrorum fidelium. Maiestati nostre fuit humiliter supplicatum. ut cum dictus pater eorum sit Civis popularis. mater vero de genere militari. ipsosque dictus pater eorum emancipaverit ac liberaverit. a sua patria potestate. divisis inter eos omnibus bonis suis. ut quilibet ipsorum tanquam pater familias vivat decetero Jure suo. et de Antiqua Consuetudine Civium neapolitanorum sit. ut si pater popularis susseperit filios ex muliere orta de genere militari. postquam filii emancipantur. ipsi filii solvunt et conferunt in dacis publicis et collectis cum militibus eiusdem terre

(1) Nobili viro Lodoyco de Montibus a foro ultra usque ad confinia terrarum Sancte Romane Ecclesie Capitaneo et Magistri Justitiarii Regni Sicilie locum tenenti.

neapolis secundum facultates cuiuslibet eorumdem. cum ipsi sint in Casu simili et velint cum militibus communicare. ac conferre in omnibus collectis subventionibus et dacis puplicis et collectis. que in eadem Civitate nostra neapolis pro tempore imponentur id eis concedere nostra mandare Serenitas dignaretur. quorum supplicationibus Inclinati fidelitati tue precipimus. quatenus si est Ita. constito tibi de predicta consuetudine per diligentem Inquisitionem exinde faciendam si rem inveneris Ita esse. sicut predicta petitio continet Supplicantium. facias sibi id quod inde est consuetum hactenus observari. Datum ibidem (1) VIII° Septembris XI^{e} Indictionis.

CLXXXXVIII.

Anno 1282. 28 Ottobre. 11^{a} indizione — Reggio.

Carlo I. di Angiò ordina a' suoi tesorieri di regalare una bella coppa di argento con entro cento fiorini di oro a Fra Berengario ambasciadore del re di Alemagna, che ritorna al suo sovrano.

Ivi Reg. Ang. 1283. E. n. 49. fol. 193.

Charles par la grace de dieu Roi de Jerusalem et de Sicile etc. A ses Amez et feians tresoriers. Guillaume le noir. Ris de la Marre. et de Pierre bodin etc Nous vous mandons. que a frere Berengier mesage du Roi de Alameigne tant est que il se devra departir de naple pour Retourner a son Seigneur li doicz donner et presenter un Henap Dargent a pie de belle apparance et Cent Florins dor dedenz icelui Henap. et toutes ces choses li presentez pour notre part. non obstante. Donnee a Rege lan de notre Seigneur M. CCIIII^{xx} II. le XXVIII^{me} jour du mois doctonbre de XI^{me} Indiction. de noz Roiaumes de Jerusalem le VI^{me} An et de Sicile le XVIII^{me}.

Au queles Roiaus lestres exeqution. Nous devant diz Tresoriers Alames avant Sicomme il est contenu desouz. Cest Asavoir.

Le dis et neuvieme jour du mois de Novembre de XI^{me} indiction a naple. Nous devant diz tresoriers Avons presente et assegne de la part de monseignieur le Roi delantcomte du devant dit Roial mandement. Au devant dit frere Berengier mesage du Roi de Alemeigne quant il se parti de naple. des veisiaus dargent estanz en Roial tresor souz notre garde.

Henap . . . un . . . dargent. dore Apie . . . du pois . . . de deus Mars.

Et dedenz le denant dit henap de la pecune du dit tresor.

Florins dor . . . par nombre . . . Cent.

---

(1) In Castris in obsidione Messane.

CLXXXXIX.

Anno 1283. 12 Gennaio. 11ª indizione — Reggio.

Carlo I. di Angiò dovendo portarsi a Bordeaux per combattere con Pietro di Aragona in duello, crea in Vicario Generale del Regno il suo figliuolo primogenito, Carlo Principe di Salerno.

Ivi Reg. Ang. 1280. B. n. 39. fol. 165

Scriptum est eidem (1) etc Cum nobis ad presens feliciter procedentibus ad partes ultramontanas in Vasconiam scilicet apud civitatem Burdegalensem. ubi cum Rege Aragonum inimico nostro secundum appellationem hinc inde propositam et defensam. Deo nobis existente defensore pugnare debemus. Karolum dilectum primogenitum nostrum principem Salernitanum et Honoris Montis Sancti Angeli dominum usque ad felicem nostrum de partibus ipsis redditum et etiam usque ad nostrum beneplacitum generalem vicarium nostrum in Regno Sicilie commisso sibi plene ipsius Vicarii officio duximus statuendum fidelitati tue firmiter precipimus quatenus eidem Karolo dicte Vicarie officium exercenti. tamquam persone nostre in omnibus et per omnia devote et efficaciter pareatis et intendatis. Cuius mandata omnia et ea precipue. que tam super exhibendam et solvendam pecuniam pro quibuscunque negotiis et servitiis quam super extractione victualium. extra vel infra Regnum ferendarum tibi sub magno sigillo Vicarie et parvo secreto suo. contigerit destinari. ea silicet quod quantitatem pecunie continebunt de quacunque fiscali pecunia existente per manus tuas non obstante mandato tibi facto de tota pecunia ipsa ad cameram nostram Castri Salvatoris ad mare de Neapoli destinanda et que victualium exactionem mandaverint non obstante mandato de non permictenda extrahi per aliquos aliqua victualium quantitate sine speciali mandato nostro. sub utroque sigillo magno videlicet pendenti et parvo secreto tibi pro inde dirigendo. prout mandata ipsa distinxerint sine defectu quolibet exequtionem quibus mandatis totaliter et efficaciter executis. totam reliquam quantitatem. ad eamdem Cameram nostram. sicut per plures alias litteras nostras tibi mandatas extitit per ydoneos et fideles nuntios tuos. destinare procures. thesaurariis nostris ibidem statutis integraliter assignandam. a quibus inde ad tui cautelam. ydoneam recipias apòdixam. Datum Regii. XII° Januarii XI^{e}. Indictionis.

Similes facte sunt Laurentio Rufulo de Ravello Secreto Magistro procuratori et portulano. ac Magistro salis Apulie. Datum ut supra.

Similes facte sunt Gualterio de Melficta et Thomasio Cacziolo. Secretis Magistris procuratoribus et portulanis. ac Magistris salis Calabrie. Datum ut supra.

---

(1) Secreto Magistro Portulano et Procuratori et Magistro totius solis Principatus Terre laboris et Aprutii.

CC.

Anno 1283. 25 Aprile 11ª indizione — Nicotera.

Carlo Principe di Salerno e Vicario del Regno crea il milite Ansaldo Lavandario in Camerario della Città di Roma e suo distretto, e gli comunica le istruzioni per l' esercizio del suo uffizio.

Ivi Reg. Ang. 1283 E n. 46. fol. 77. t. - 78

Scriptum est Ansaldo Lavandario militi etc. Prefecto a nobis nuper Vicario in Urbe et districtu eius Nobili Viro Goffrido de Dragono militi familiari et fideli domini Regis et devoto nostro. ad sui regimen Vice Regia tam provide quam salubriter gubernandum nequaquam obmictendum duximus quin ad percipiendum fideliter debitos eius pro parte Regia proventus. minister ydoneus preponatur. Ideoque de tua fide prudentia et legalitate plenam fiduciam obtinentes te Camerarium Regium in dicta Urbe et suo districtu usque ad Regium et nostrum beneplacitum duximus statuendum. de te mandantes quatenus statim receptis presentibus ad partes ipsas te personaliter conferens pridem Camerariatus officium ibidem ad honorem et fidelitatem Regiam ac Curie sue profectum diligenter et fideliter studeas exercere. percipiendo et conservando legaliter proventus omnes et redditus eiusdem urbis. et eius districtus domino Regi Ratione Senatorie. debitos sive de iuribus salis. doane. Statere. ponderum et mensurarum portarum Ripe Romee Victualium Reditibus Judeorum et cribellatorum sive aliis iuribus et reditibus et directibus quibuscunque prout ad ipsum officium tuum spectant necnon et proventus omnes. quos acquiri contigerit ex penis. bannis. sententiis et condempnationibus tam super civilibus quam criminalibus causis que in Curia per Vicarium ipsum regendo ibidem fuerint agitate servaturus in hiis omnibus antiquam et observatam consuetudinem contra. quam nichil novum volumus attemptari. de pecunia vero tota. victu et rebus aliis que de predictis iuribus et reditibus aut undecunque ad manus tuas provenient successive nec non et de toto exitu eorumdem fieri volumus duos quaternos consimiles continentes omnia huiusmodi iura et redditus in quibuscunque consistant quod et quantitatem tam ex eis quam ex quacunque alia causa et qua. de die in diem perceperis et a quibus quod etiam expenderis et solveris et quibus. quin et pro qua causa. particulariter et distincte unum videlicet quaternorum ipsorum quem tu sigillandum sigillo dicti vicarii et alterum quem ipse sigillandum sigillo tuo fieri faciatis ut ratiocinii vestri tempore debita fiat collatio de utroque super cuius tui amministratione officii eam curam adhibeas et sic studiosius existas quod inde possis rationis tue meritorum obsequiis commendabilis inveniri ad maiorem quoque cautelam Volumus et mandamus ut pecunia tota Argentum. Jocalia et huiusmodi res subtiles proventure ad manus tuas reponi et conservari debeant in aliquo cofaro quod habeat duas seras. sub duabus clavibus diversis quarum una dictus vicarius penes retineat aput te altera remanente. Preterea scire te volumus quod infrascriptos. phisicum. Judices. notarios et personas alias cum predicto Vicario duximus deputandos quos omnes tecum ad expensas nostras comode volumus iuxta modum et formam tibi per Capitula. sub nostro sigillo declarandos videlicet Magistrum Accursium fisicum qui habebit servitorem unum Judices octo. videlicet Judicem Goffridum de Catanzario. Judicem Johannem Citum de Capua. Judicem Andream de Madio. Judicem Jacobum de Gifone Judicem Bonaventuram de Amelio. Judicem Jacobum de Ripa Transonda. Judicem Gentilem de Aquila et Judicem Alesandrum filium Henrici de Suerno. Quorum

Judicum quilibet habeat servitorem unum. Item Volumus esse ibi notarios duodecim octo videlicet de Regno Sicilie Notarium Georgium de Neapoli Notarium Henricum Regem de Neapoli. notarium Gerardum de Surrento. Notarium Symonem de Termulis notarium Blasium de Ortona. Notarium Johannem de Pizullo de Piscaria. Notarium Petrum Juvenem de Aversa et notarium Jacobum Alferium de Ebulo et reliquos quatuor de Urbe inter quos erit Jacobinus. Qui notarii distribuentur ad officia infrascripta videlicet predictus Simon de Termulis et Jacobus erunt in Camera. sex alii de Regno erunt in criminalibus unus alius de Regno erit in appellationibus et reliqui tres de Regno erunt in civilibus de quibus duodecim notariis novem tamen commendent tecum predicti videlicet octo de Regno cum quatuor eorum garzionibus et predictus Jacobinus. Item porterios quatuor hostiarios duos. Bannitores tres equites. Tubatores duos. pulsatorem campane unum. pro faciendis apodixis persone decem. cappellanum unum et clericum unum. que omnes predicte persone que tecum commedere debent computata persona tua sunt numero sexaginta exhibiturus nihilominus anno quolibet predictis phisico et Judicibus cuilibet videlicet eorum libras provisinorum octoginta. silicet Sexaginta pro gagiis decem pro uno equo suo et reliquas decem pro Robbis. et cuilibet predictorum notariorum tam de Regno quam de Urbe libras provisinorum triginta Reliquis autem personis predictis expensas exhibeas consuetas. deputavimus insuper cum eodem Vicario. curreríos de Urbe equites triginta et volumus quod si videbitur eidem Vicario Marescallo deputato. cum eo et tibi plures retinere liceat vobis posse retinere usque ad curreríos quinquaginta equites de Urbe quibus gagia consueta exolvas de custodiendis vero castris et fortellitiis existentibus intus Urbem. custodiendis portis. et ordinandis in Barbarano Viturciano et Monticello castellanis. et ordinando comittere in Tibere dictos Vicarium. Marescallum et te insimul providere. Volumus diligenter sicut pro salubriori statu partium earumdem et utilitate camere melius videbitur expedire. Volumus insuper et mandamus quatenus predicto Vicario pro se familia et equis suis expensas exhibeas ad rationem de uncia auri una per diem ponderis generalis. Marescallo etiam militi duobus sociis militum eiusdem Vicarii ac scutiferis quatraginta latinis moraturis cum eo. gagia statuta exolvas. Singulis tribus mensibus. ad rationem de uncis auri quatuor pro quolibet milite et uncis duabus pro quolibet scutifero ponderis predicti per mensem dummodo quilibet miles sit armis ut miles decenter munitus et habeat secum armigerum unum nobilem equitem armatum. equos quatuor inter quos sit unus ad arma. et garziones duos quemlibet habentem cervelleriam spalleriam cum gorgerea ferrea. ensem et cultellum et quilibet scutifer sit decenter armatus. et habeat equos duos. inter quos sit unus ad arma. et garzionem unum dicto modo munitum in qua solutione predictos Vicarium et Marescallum tecum volumus interesse. illas autem pro te familia et equis tuis. expensas retineas per Regias tibi litteras constitutas. Datum Nicotere XXV° Aprilis XI° indictionis.

CCI.

Anno 1283. 16 Maggio 11ª indizione — Nicotera.

Carlo Principe di Salerno e Vicario del Regno crea Riccardo de Pando in Camerario del Principato di Acaia e della Morea, e gli comunica le istruzioni per l' esercizio di quell' uffizio.

Ivi Reg. Ang. 1283. E. n 46. fol. 85.

Scriptum est Riccardo de Pando de Scala etc. de fide prudentia et legalitate tua. de qua fama. laudabilis. testimonii perhibetur plenarie confitentes te Camerarium seu protobestiarium Principatus Achaye. et totius terre Amoree amoto inde Gualterio de Collipetro milite nec non et magistrum Siclarium Regie Sicle Clarentie amoto inde Jacobo Castaldo. et Thomasio de Afflicto devotis nostris qui officia ipsa ad presens de Regio mandato exercent usque ad Regium et nostrum beneplacitum duximus statuendum devotioni tue firmiter iniungentes quatenus statim receptis presentibus mora qualibet et occasione remota. ad predictas partes te personaliter conferens officia eadem ad honorem et fidelitatem Regiam atque nostram diligenter et fideliter studeas exercere. Recepturus a prefato Gualterio terras. castra. villas. Casalia. domos apotegas. vineas. furnos. molendina. et quecunque alia Bona. et iura. Curie in sua procuratione sistentia massarias etiam cum animalibus. victualibus. Jumenta. Stallones. pultros. equitaturas et generaliter omnia et singula Bona Curie tam stabilia quam mobilia. se seque moventia. cuiuscunque conditionis et qualitatis existant que in manibus suis sunt et ea omnia tamquam bonus pater familias utiliter debeas procurare et proventus et reditus quantumcunque bono modo. poteris de bono in melius promovendo. ad quod ut cautius scias procedere de ipsis omnibus Bonis et Juribus. ac reditibus eorumdem. usu etiam et consuetudine Regionis ab eodem precessore tuo per quaternum sub sigillo suo. plenius informeris. cuius quaterni exemplum Magistris Rationalibus etc. sub Sigillo tuo transmictas sine aliqua tarditate a predictis quoque Magistris Siclariis. Siclam cum omni moneta cusa. et non cusa. argento. ere. rebus et suppellectilibus singulis existentibus in eadem Stiliis ad fundendum et toto alio suo necessario apparatu. recipere debeas et monetam turonensium parvorum in ea continue cudi facere. que sit illius tenute. forme. et qualitatis cuius fuit et esse debuit. de mandato Regio moneta cusa. ibidem per precessores tuos eosdem secundum tenorem ipsius mandati Regii propterea eis facti. de quibus omnibus te per litteras eorum ad plenum volumus informari Residuum insuper totum pecunie quod penes dictum Gualterium fuerit. ab eo simili modo recipias ut ex ipsa possis Regiis qui incumbunt servitiis celeriter subvenire factis de omnibus et singulis. que ab ipso receperis per quantitates et qualitates partes et species ac omnes distinctiones congruas particulariter et distincte tribus consimilibus instrumentis quorum uno. penes te retento. alio remanente eidem tertium incontinenti mittas Magistris Rationalibus supradictis. formam eandem in Instrumentis fieri faciendam de predicta Sicla et aliis que a prefatis magistris Siclariis receperis. retinendi et mictendi eisdem similiter servaturus secum. castra Regia. que in eisdem partibus custodiuntur per Curiam de consilio et mandato ac provisione nobilis viri domini Guidonis de Tremulay. Regii balii et Vicarii Principatus predicti. de rebus et proventibus dictorum officiorum tuorum munire debeas omnibus oportunis. cum opus fuerit et tu cum eodem Balio. videris expedire. Satisfacturus de eisdem proventibus Castellanis servientibus et personis aliis ad ipsorum castrorum custodiam deputatis et necessario

deputandis in antea. de statutis et consuetis eorum gagiis a tempore quo solvendi existunt. de quo per litteras dicti Gualterii certius fias. et in antea dum in officio ipso eris ad hoc quia nuper statuimus et eidem Balio per nostras rescripsimus litteras ut eam et tantam gentem ad arma secum. pro tuta terre custodia debeat retinere. inter quam non sint aliqui pheodatarii Principatus ipsius nec oriundi de ipsis partibus vel habitantes ibidem cuius solutioni sufficiant predicti reditus et proventus salva semper ex eis oportuna munitione et continua custodia castrorum ipsorum. ac exequtione necessariorum et utilium servitiorum Curie. que facienda et complenda emerserint. Volumus et mandamus ut eamdem ordinationem nostram in solvenda Gente huiusmodi fideliter et efficaciter studeas observare. facturus et recepturus de omnibus que receperis et expenderis apodyxam ydoneam ad cautelam In defectu vero redituum et proventuum terre. iurium et bonorum in muniendis castris predictis solvendis Castellanis servientibus et gentibus ad arma predicta. ac aliis servitiis utilibus exequendis necessariam quantitatem convertas de proventibus lucri Sicle. predicte retenta semper quantitate necessaria ad laborem ipsius. ita quod in ea continue laboretur et ut in premissis omnibus cautela securior habeatur placet nobis et tibi districte precipimus quod tam predicta quam quelibet alia toto officii tui tempore recipias et expendas modo predicto. cum plena conscientia et notitia. prefati Balii et inde fiant quaterni duo consimiles. unus videlicet per te qui sigilletur sigillo suo et alter per eum. qui sigilletur sigillo tuo. ut tue rationis tempore debita fiat collatio de utroque quorum quaternorum transumptum. anno quolibet in mense Augusti. sub eisdem sigillis predictis Magistris Rationalibus destinare curabis. in quo quicquid in pecunia. victualibus. animalibus aliisve rebus mobilibus tunc restiterit penes te particulariter sit contentum. Datum Nicotere. die XVI° Madii XI° Indictionis.

CCII.

Anno 1283. 8 Giugno 11ª indizione — Napoli.

Guglielmo di Antiochia ambasciadore del re di Armenia fa quietanza a' regî tesorieri delle spese fatte per lui e pel suo seguito, durante la sua dimora nella città di Napoli.

Ivi Reg. Ang. 1283. E. n. 46. fol. 205 t.

Le huitieme Jour du mois de Juingnet de lonzieme Indiction (1) a naple en la presence de Johan Maiorin Juge de cele cite de naple. Nichole Vesple conmun notaire de cele cite. et des tesmoniz desouz escriz etc. Nous Guillaume de Anthioche Mesages de Noble Roi dArmenie. par la presente publique apodisse Reconnoisons que de Vous Sages Homes Mestre Guillaume dit le noir de Paris Ris de la Marre de barlete et Pierre bodin dAngiers etc. peianz dela pecune du Roial tresor que vous gardez. de lauctorite tant du Roial mandement fait a vous preta par lestres ouvertes escrites en Francois etc. que de la Requisicion faite a vous par Noble Home monseignieur Loys de Monz lores Capitani au Roiaume de Secile du Far en enca etc. par lestres garnies du Seel de la Capitenie. les queles Roiaus lestres et de celui Capitani vous avez devers

(1) Anno 1283.

vous. presentement avons Receut en pieca par diverses foiz. du mois de Janvier primierement passe de ceste onzieme Indicion en enca.

Pour noz despens. et si autres de notre compaignie. et quatre chevaus pour sis mois desouz escriz du present an de lonzieme Indicion. cest asavoir Janvier. Fevrier. Marz. Avril. Mai. et Junig. prochiement passez ou quel tans. le quel est Jours Cent quatre Vinz Un. Avons fait demeure continuelment a Naple. si comme il vous a este dilet certaine chose par notre affermante. a la Reson de tarins dor trois et granis huit du general pois par Jour. a icelui general pois.

En Charlois dor onces Vint et tarins quinze . . . Charlois dor once XX. tarins XV.

En la memoire de la quele chose etc.

CCIII.

Anno 1283. 16 Giugno 11ª indizione — Nicotera.

Carlo Principe di Salerno Vicario del Regno dietro petizione della Università della Città di Napoli riforma alcuni Capitoli del Regno, nel parziale interesse della città di Napoli.

Ivi Reg. Ang 1283. E. n. 46. fol. 58.

Scriptum est Universitati popularium Neapolis etc. habet dominantis actoritas quomodo fidelibus subditis digne respondere possit ad merita. habet et ipsorum fidelium prompta devotio quo favore reciproco pensatis eorum obsequiis in suis petitionibus exauditionis gratiam meruerit est etiam apud omnes et alde certissimum nullaque insienuatione negatum quod dum probis responderet ad merita solverit gratiose quod deberet. Cum igitur ex parte vestra quedam nobis nuper fuerint porrecta Capitula nonnulla vestra Gravamina continentia super quibus provisionis nostre Beneficium implorastis nos qui semper in votis gerimus vestra et cunctorum domini patris nostri fidelium Gravamina relevare. Capitulis ipsis ad manus nostras benigne receptis ad horam nos subarcimus in qua cum nostro consilio eisdem immo possemus gravaminibus providere. Primi quidem Capituli tenor habebat quod inter alia nostra capitula edita dudum in Generali parlamento nostro in planitie Sancti Martini sollepniter celebrato per unum Capitulorum ipsorum statuimus. quod Comitibus. Baronibus et aliis nobilibus militaribus viris per Justitiarios seu officiales alios Curie nulla servitiorum exequtio demandetur que statum et conditionem eorum non deceat nec causa vexandi eos vel lucrum inferendi aliquod commictatur eisdem. et secundum Capitulum continebat quod per aliud dictorum capitulorum nostrorum similiter statuimus quod cum Comites Barones et pheoda tenentes in Curia Regia litigabunt personaliter vel realiter sive conveniant aut accusent vel accusentur ab aliis per companios eorum absolvi debeant vel etiam condepnari. ut ipsorum cause qualescunque fuerint prout melius et tutius fieri poterit terminentur propter quod nobis humiliter supplicastis ut Capitula ipsa que ad statum vestrum nobis gravia videbantur localiter in predicta tantum Civitate Neapolis corrigere dignaremur. Nos vero in hac parte vestris petitionibus annuentes ad huiusmodi vestri relevationem gravaminis predicta Capitula localiter ut dictum est in predicta Civitate Neapolis tantum duximus corrigenda. statuentes ex tenore presentium quod predicta

Neapolitana Civitas ab ipsorum duorum Capitulorum observatione penitus sit exempta Ita quod in exeqution quorumlibet servitiorum Curie cum necessitas imminet tam militum quam et vestrum sit exequta conditio et indifferenter tam ipsis militibus quam et vobis predicta Curie servitia cum expediens fuerit iuxta solitum committantur. Volumus etiam et statuimus quod nobiles ac alii de Civitate ipsa quicunque sive conconveniant sive conveniantur personaliter vel realiter Baiuli et Judices dicte terre similiter de causis ipsis cognoscant easque audiant et examinent ac debito fine decidant sicut actenus extitit consuetum predictis nostris Capitulis in premissis omnibus aliquatenus non obstantibus que velimus in hac parte correpta quo in predicta civitate Neapolis volumus non valere. Item Tertium continebat capitulum quod cum in solvendis collectis mutuis et quibuslibet aliis exactionibus tam pro parte Curie quam pro servitiis dicte terre milites eiusdem Civitatis Neapolis conferre consueverunt et comunicare vobiscum supplicastis ut nobis placeat quod milites ipsi de cetero in hiis omnibus vobiscum conferant et comunicent sicut consuetum est actenus vel partem inter se taxandam et recoligendam inde recipiant eos rationabiliter proinde contingentem ad quod vobis tenore presentium respondemus quod placet nobis et volumus ut predicti milites in premissis omnibus vobiscum conferant et comunicent sicut antecessores eorum et ipsi actenus conferre consueverunt vel ut predicitur partem inde recipiant eos proinde rationabiliter contingentem nisi forte aliqua mandata contraria domini patris nostri Generalia vel Specialia fuissent proinde inpetrata que presentibus nostris litteris aliquatenus non obstantibus in suo robore volumus permanere. Cetera per quartum et ultimum Capitulum nobis humiliter supplicastis ut quia Castellanus Castri Salvatoris ad mare de Neapoli homines casalium civitatis eiusdem ligna et paleam cum eorum animalibus ad Castrum ipsum deferre compellit quod ab antiquo non extitit consuetum id per eum fieri prohibere benignius mandaremus. quam supplicationem vestram efficaciter commictentes eidem Castellano nostris damus litteris in mandato ut omnino ab huiusmodi gravamine inferendo desistat et predictos homines ad talia indebita servitia non compellat cum nolimus quod sub nostri Vicariatus tempore hominibus ipsis huiusmodi honera seu indebita servitia imponantur. Datum Nicotere anno domini Millesimo. CC°. LXXXIII° die XVI° Junii XI° Indictionis.

CCIV.

Anno 1283. 15 Decembre 12ª indizione — Napoli.

Carlo I. di Angiò ordina al Viceammiraglio Giacomo de Burson di fare costruire 30 nuove galere secondo il modello che gli manda.

Ivi Reg. Ang. 1284. B. n. 48. fol. 55.

Scriptum est domino Jacobo de Bursono Viceammirato etc. Cum Galeas Triginta de novo construendas in principatu et terra laboris pro felici nostro passagio ad Rebellem Sicilie ynsulam. per vos fieri ad presens nostra providerit magnitudo. Et velimus quod Galee ipse iuxta Galipum (1) Curie quod vobis sub Sigillo nostro pendenti trans-

(1) Modello di galera.

mictimus. debite construantur. Nobilitati vestre precipimus. quatenus iuxta Galipum Curie infrascriptum. dictas triginta Galeas in partibus supradictis facere fieri et complere cum diligentia studeatis. tenor autem et forma dicti Galipi est hec. Inprimis quelibet Galea. sit longitudinis cannarum decem et novem ad generalem Cannam. Item inplano latitudinis palmorum duodecim. Item de quarrato in quarratum. latitudinis palmorum quatuordecim. Item a tabula sentine usque ad tabulam cohoperte. altitudinis palmorum septem et medii. Item in puppi palmorum quatuordecim. Item in prora altitudinis palmorum undecim. Item in laccis de punta in puntam longitudinis palmorum decem et novem. Item Curvamina oportuna sit de Robore videlicet. matere nonaginta sex. et quelibet matera sit grossitudinis palmate unius seu dimidii palmi. Item nulla matera extrahatur ab altera. Item a quarrato inferius usque ad Carenam. sit de Robore et totum ipsum quarratum sit de Robore a cinta inferius per totum. Item a cinta superius sit de altano. Item paremessale et morsate. de plano sit de Robore. fila duo per latus. Et alie morsate subtus et super Bancos sint de ulmo vel de fago. vel de frassino Item corde omnes sint de Robore. Item cohoperta sit de altano. cum Bancis pedibus et portis eiusdem. Item lacte sint de Robore vel de ulmo. Item sit Galea ipsa quelibet. munita. Aposticiis Bracciolis. Bandis. Tackis. scalinis et omnibus aliis guarnimentis lignaminum. Item sit in perenota in Carena Cintis et quarratis in singulis quatuor palmis. Item habeat arborem de prora unam Girantem intertio palmorum tribus et medio. longitudinis Cubitorum viginti. Et pro eadem arbore de prora. Antennam unam longitudinis. Cubitorum triginta. trium. Item habeat arborem de medio unam Girantem intercio. palmis tribus. longitudinis. Cubitorum quatuordecim. Et pro eadem arbore de medio Antennam unam longitudinis Gubitorum viginti septem. Item scalam unam longitudinis. cannarum septem. amplitudinis palmi unius et quarti. et grossitudinis dimidii pedis. Item habeat timones duos. unum longum de palmis viginti quinque et alium de palmis viginti quatuor. de ligno ulmi. Item ancoras tres quamlibet ponderis Cantari unius et medii. secundum magis et minus. ad Cantarium Generale. Item Aguminas tres de ana passibus. triginta quamlibet ponderis. Rotulorum quatraginta. Item habeat quelibet Galea de Ansarcia grossa et subtili pro fornimentis arborum et velorum. prore et medii et corredis omnibus eorumdem. molas quinque ponderis Cantariorum quatuor. et Rotulorum septuaginta. Item quod tota ansartia cuiuslibet Galee sit in una summa. ponderis Cantariorum quatuordecim. ad generale Cantarium de cannape Atenio. Item habeat velum unum de prora de cubitis. triginta duobus. de Bambacinis. Item habeat aliud velum de medio de Cubitis viginti sex. de Bambacinis. Item aliud velum terciarolum. de Cubitis viginti unius de Cannabacio. Item habeat Remos Centum. et octo quemlibet longitudinis palmorum viginti septem. Item habeat pro fornimentis arborum et velorum prore et medii. Tallias. intus magnas et parvas triginta unam. Item Calcifios duos. Item pastettis quatuor cum polegii. Et troccias duas fornitas nucibus Bulgaris et bigatis. Datum Neapoli per Magistros Rationales etc. die XV Decembris XII Indictionis.

CCV.

Anno 1284. 22 Febbraio 12ª indizione — Brindisi.

Carlo I. di Angiò ordina al regio tesoriere di pagare dieci once di oro al milite Pietro, figliuolo del re di Tunisi, per comprarsi le armature e gli abiti, ed altre somme poi a Tommaso de Argaz siniscalco della Real Casa.

Ivi Reg. Ang. 1284. B. n. 48. fol. 97 t.

Scriptum est discreto Viro Magistro Ade de Dussiaco thesaurario etc. devocioni vestre districte precipiendo mandamus quatenus statim receptis presentibus domino Petro militi filio Illustris Regis Tunisii quas Sibi Gratiose donavimus. pro emendis Indumentis et armaturis ad opus persone sue. Uncias auri decem. et domino Thomasio de Argaz nostri hospitii Senescallo familiari et devoto nostro pro Gagiis suis unius anni et mensium quinque numerandorum a die primo Septembris proxime preterite undecime usque per totum mensem februarii presentis duodecime indictionis. que a Curia nostra debet recipere nec non pro mantellis ipsius festivitatum nativitatis et pentecostes predicte undecime et nativitatis presentis duodecime Indictionis. Uncias auri triginta novem et tarenos septem ponderis generalis de pecunia Camere Regie penes nos statute. que est vel erit per manus vestras dare et exhibere curetis. Recepturus de hiis que dederitis sub sigillo dictorum militum tamen ad vestri cautelam ydoneas apodixas. Data Brundusii. die XXII. februarii XII° Indictionis.

CCVI.

Anno 1284. 11 Marzo 12ª indizione — Melfi.

Carlo I. fa liberare dal carcere alcuni saraceni che si fanno cristiani.

Ivi Reg. Ang. 1284. B. n. 48. fol. segnato 110 t. CX t. 97 t.

Scriptum est domino Ancelmo de Montibus Castellano Castri Melfie etc. Cum velimus ut subscripti captivi qui Sarracenice ydrolatie relinquentes perfidiam ad christiane fidei cultum per Baptismi lavacrum sunt reversi nec non Guillelmus de cypro de Rutiliano. a squalloribus Regii Carceris eos in castro Melfie includentis ob divini pietatis intuitum liberentur. devotioni vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus statim re per predictos Captivos videlicet Rubachi de Cayro qui christiano nomine petrus vocatur Rubacha de Damyata qui vocatur Antonius christianus. Salem de Alexandria qui dicitur Johannes christianus. Schanif de Damyata qui christiano nomine Natalis vocatur et Aly de Turchya qui vocatur Nicholaus christianus ac prefatum Guillelmum de Rutiliano liberetis a carcere liberosque abire sine molestia permittatis. Datum Melfie per Bartholomeum de Capua etc. die XI Martii XII Indictionis.

CCVII.

Anno 1284. 21 Aprile 12ª indizione — Napoli.

Carlo I. di Angiò fa restituire a Ruggiero della Marra i suoi beni, che gli erano stati confiscati.

Ivi Reg. Ang. 1270. B. n. 8. fol. 45.

Scriptum est eidem (1) etc. Cum ex pacto compositionis inite inter Curiam nostram et Rogerium de Marra quem captivum carcer noster includit promiserimus ei vel alii pro parte sua restituere omnia bona sua stabilia que habet in Juvenatio Barolo et Ravello devotioni vestre precipimus quatenus omnia huiusmodi bona sua stabilia que idem Rogerius habebat sue tempore captionis in predictis terris Baroli et Juvenatii earumque pertinentiis tam ex successione paterna quam titulo emptionis capta pro parte Curie de mandato nostro que per vos vel quoscumque alios ad opus Curie procurantur nuncio predicti Rogerii restituere procuretis vel restitui auctoritate presentium faciatis Scriptum exinde pro vestra cautela ydoneum recepturi. Datum Neapoli die XXI° Aprilis XII° Indictionis.

CCVIII.

Anno 1284. 12 Settembre 13ª indizione — Brindisi.

Re Carlo avverte tutte le Università del Regno di mandare loro nunzî al generale parlamento, che egli à convocato nella città di Foggia, pel prossimo giorno della festività di S. Martino.

Ivi Reg. Ang. 1284. B. n. 48. fol. 194.

Scriptum est universis hominibus Baroli etc. Et si causarum varietas que processibus nostris hinc inde circumfluunt ac nationum pluralitas que sub nostri dominii felicitate respirant. In statu fovendo pacifico causam nobis continue meditationis adducant quadam tamen specialis prerogativa deliberationis inducimur qualiter Regni nostri fidelis populus cuius subiectio nostris semper beneplacitis est devota et cuius cura nobis est propterea specialiter sic tranquillitatis decore prepolleat sit de suo statu sub predicto nostro dominio sit contentus. ut quorumlibet hostium sublata formidine succedant eis ad nostri nominis exaltationem et gloriam pax et quies cum igitur per excellentiam nostram nuper deliberato consilio sit provisum ut in festo Beati Martini (2) primo futuri anni presentis tertiedecime Indictionis generale parlamentum aput Fogiam pro bono statu ipsorum nostrorum fidelium dante domino celebremus. fidelitatem vestram rogamus et hortamur vobis sub obtentu gratie nostre districte mandantes quatenus de sufficientioribus

(1) Secreto Apulie.
(2) Nel giorno 11 di Novembre di quello stesso anno 1284.

et magis ydoneis terre vestre Nuncios tres vestrum omnium auctoritate per scriptum sollempne suffultos ad audienda deliberanda et terminanda ea que ad honorem nostrum ac predictorum fidelium nostrorum statum pacificum in parlamento ipso ex parte nostri culminis proponuntur ad nostram curiam dirigatis in predicto loco et termino maiestatis nostre conspectui presentandos. Datum Brundusii. die XII Septembris XIII Indictionis.

Similes facte sunt. Universis hominibus Scale. Castrovillari. Florentie. Caserte. Gravine. Castellanete. Johe. Lanzani. Ariani. Guardie Lombarde. Neritoni. Civitelle de Aprutio. Civitatis S. Angeli. Sulmone. Buclanici. Fogie. Manfridonie. Acherontie. Melfie. Matere. Andrie. Cutronis. Caiacii. Hostuni. Surrenti. Civitatis Pennensis. S. Germani. Montis fusculi. Brundusii. Trani. Bisiniani. Potentie. Therami. Padule. Campi. S. Flaviani. Tarenti. Vigiliarum. Ortone. Alifie. Giracii. Cusencie. Amalfie. Juvenacii. Civitatis Theatine. Thermularum. Avellini. Melficte. Monopoli. Troye. Sancte Agathes. Botonti. Eboli. Ravelli. Bari. Venusii. Aquile. Montisleonis. Ydronti. Lucerie Sarracenorum. Vestarum. Guastaymonis. Piscarie. Marturani. De verbo ad verbum ut supra. Datum ut supra.

CCIX.

Anno 1284. 25 Ottobre 13ª indizione — Brindisi.

Carlo I. di Angiò fa mettere a disposizione del Conte di Cefalonia e di Giacinto un usciere per menarlo alla Morea.

Ivi Reg. Ang. 1284. B. n. 48. fol. 198 t.

Scriptum est Henrico de Guines viceammirato etc. Cum ad supplicationem Nobilis viri R. Chephalonie et Jachinti Comitis dilecti consanguinei familiaris et fidelis nostri unum de usseriis Curie nostre in tua procuratione existentibus pro transitu suo familie et equorum suorum de Brundusio. ad terras suas predictas sibi accomodari velimus. fidelitati tue precipimus quatenus re per usserium ipsum cum afisis. corredis. velis. ancuris. remis et omnibus suis necessariis guarnimentis eidem comiti vel nuncio suo pro eo presentes tibi litteras assignanti accomodato nomine mandes et facias assignari ac inde recipi apodixam ydoneam ad cautelam. Datum Brundusii. die XXV°. Octobris XIII° Indictionis.

CCX.

Anno 1285. 2 Gennaio 13ª indizione — Foggia.

Carlo I. di Angiò avverte tutti i prelati del regno che molti uffiziali per mettere al sicuro i loro beni, per le loro malversazioni, ànno fatto comparire ipotecati o in varî altri modi alienati alle Chiese i detti loro beni, li avverte perciò di guardarsene, perchè i diritti regî saranno sempre preferiti a tutti gli altri.

Ici Reg. Ang. 1269. D. n. 6. fol. 61 t.

Scriptum est universis archiepiscopis episcopis abatibus. prioribus et singulis clericalis ordinis cuiuscumque dignitatis vel status existant. per terre Bari provinciam constitutis etc. Nullus est dubitationis anfractus quod bona officia nostra gerentium ex tempore quo ipsa gesserint vel gerere debuerint. nostre Curie ypotheca tacita sunt fisci privilegio obligata ad eo ne in ypotheca predicta fiscus noster licet posterior tempore aliis ipsam. non tamen expressam habentibus preferatur quodque res iam vinculo obligationis astricte. alienari non possunt ut alienationis verbo intelligatur actus transferendi dominii et cuiuscunque concessionis alterius potestas licita interdicta. Ea propter cum ad nostram nuper devenerit notitiam Quod aliqui de officialibus Justitiariatus ipsius. qui per nonnullas Regni nostri partes diversa exercuerunt officia eorum bona nostre Curie obligata excogitatis fraudibus simulatis colludiis in ecclesias vestras sub alienationis specie diversis titulis transtulerunt nonnulli etiam ex hiis sub simulate religionis velamine se et sua ipsis ecclesiis dedicarunt per quos enormibus dapnis afficimur et honerosis dispendiis agravamur puritatem fidei vestre requirimus et devotionis constantiam exortamur quatenus ad requisitionem venerabilis patris domini. A. (1) episcopi Melfitensis. Lucasii de Sancto Aniano et Joannis de Amicis militum. dilectorum familiarium et fidelium nostrorum bona ipsorum officialium. mobilia vel stabilia in ecclesias vestras prohibita alienatione translata. Magistro Petro de Stampis Secreto et Magistro procuratori nostro ipsarum partium procuranda ad opus nostre Curie resignare curetis. ut exequamini iuris debitum in hac parte nostris beneplacitis satisfiat exinde. et iniuriosa nostri fisci captio. restaurabiliter evitetur. Que et si satis sui consequentia sit nobis dapnosa esset nobis intollerabiliter gravior per exemplum. Unum tantum pro toto scire vos volumus. quod nisi per vos in restitutione predictorum bonorum nostris effectibus ex iuris debito satisfiat. indepnitati nostre Curie pro ut expedire videbimus curabimus providere. Datum. Fogie anno domini. M. CC°. (2) die. II°. Januarii. XIIIᵉ. Indictionis Regnorum nostrorum Jerusalem anno octavo Sicilie vero XX°.

---

(1) Questo vescovo è affatto ignoto all' Ughelli, il quale nella sua *Italia Sacra*, edizione di Venezia, a p. 929-930, nella Serie de' Vescovi di Melfi registra al n. 13 Fra Sinibaldo dell' Ordine de' Minori creato nell' anno 1280, ed al n. 14 Saraceno che dice confermato *2 Non. Augusti 1295*. Per la qual cosa il vescovo A. che reggeva la chiesa di Melfi nel 2 di Gennaio dell' anno 1285 deve registrarsi nella serie di quei *Vescovi tra il Sinibaldo ed il Saraceno*.

(2) Per negligenza dello scrittore della Cancelleria di Carlo I. qui l' anno sembra erroneo, ma la indizione e gli anni del regno fanno scomparire ogni dubbio. Perciò qui in vece di M°. CC°. deve leggersi M°. CC°. LXXXV.

CCXI.

Anno 1285. 6 Gennaio 13ª indizione — Foggia.

Carlo. I. di Angiò nomina Roberto Conte d' Artois suo nipote ad esecutore di talune sue disposizioni.

Registro Robertus 1324. C. n. 255. fol. 9. e t

Karolus Dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie Ducatus Apulie Principatus Capue et Alme Urbis Senator Princeps Achaye Andegavie Provincie Forcalquerii et Tornodori Comes. Omnibus tenore presentium volumus esse notum. quod cum quamplures persone diversarum nationum condicionis et status fideliter nobis serviverint hactenus et servire non cessant. nullamque sint a maiestate nostra remunerationem de suis obsequiis et laboribus consecute tam ipsarum fatigiis quam nostre saluti anime quam eisdem obsequentibus non proviso gravis honeris non crediderimus ex parte congruo remedio providencie in discretione directa locutione composita et sana memoria constituti. quia de omnibus ipsis particularem ad presens notitiam non habemus. aut circa id possumus bono modo vacare. De Magnifico viro Domino Roberto Comite Atrebatensi Carissimo nepote nostro. tamquam de nobis ipsis plenarie confidentes et pro certo tenentes quod idem Comes. consanguinis nobis idempnitate coniunctus et filiali zelo caritatis annexus servitores nostros benigne respicias, et nostra in eis sibi renata memoria gratiose tractabit presentis voluntatis nostre sedulis executor presertim cum in Regno nostro presens habeat et habere valeat satis plenam plenitudinem de predictis. Nichilominus pro heredum nostrorum profectu et salubri regimine subiectorum concedimus et tradimus eidem Comiti generalem plenam et liberam potestatem in perpetuum concedendi postquam divino beneplacito rebus exhimémur humanis predictis personis quibus earum attentis serviciis et etiam qualitate viderit expedire et earum heredibus ex suis corporibus legitime descendentibus iuxta formam domorum per nostram excellentiam Indultorum de terra et bonis Curie nostre Regni Sicilie usque ad redditum annuum decem milium unciarum condicionis huius necessitate adiecta. quod Regno eodem circa tuendum heredum nostrorum dominium et honorem et inimicorum eorum offensionibus viriliter resistendum continuo immorentur nec abinde recedant absque illorum vel illius quorum vel cuius intererit licentia speciali et qui contrafecerint ab hiusmodi cadant concessionibus iuribus ipso facto. Ita quidem quod terra et bona huiusmodi que concedet de nostro antiquo demanio non existunt nec uni persone que plus ex tali dono consequitur ab eo ultra ducentas uncias in redditibus annuis concedatur. Si tamen alia terra et bona concedenda non superessent in Regno ipso quam de demanio supradicto possit in aliorum defectu de bonis terris Castris, et locis eiusdem demanii non magis concedere usque ad Summam redditus predestinati. Magnarum tamen Civitatum. et terrarum dicti demanii acessionem faciendam per eum penitus interdicimus et expresse inhibemus eidem. pro ipsius nichilominus integritate demanii dictis nostris heredibus reservamus. ut predicta bona. terras Castra et loca non magna que idem, Comes. dicto modo concesserit. possint ad dictum demanium et eorum dominium revocare. equivalente excambio hiis quibus concesse fuerint retributo. Ratificantes actorantes de mera nostra conscientia et imperpetuo laborantes privilegia omnia, que presenti potestate actenta et dicta condictione servata. idem Comes. de concessionibus supradictis duxerit indulgenda· que a predictis nostris heredibus inviolabiliter volumus observari. unde ad futuram memoriam et po-

testatis predicte perpetuam firmitatem presentes nostras patentes litteras exinde fieri. et pendenti Sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Fogie. anno Domini Millesimo Ducentesimo octogesimo quinto. Die Sexto Januarii. tertiedecime Indictionis. Regnorum nostrorum Jerusalem anno octavo. Sicilie vero Vicesimo (1).

CCXII.

Anno 1285. 7 Gennaio 13ª indizione — Foggia.

Carlo I. di Angiò dona il castello di Alano al milite Guglielmo de Fossis.

Ici Reg. Ang. 1283. A. n. 45. fol. 13 e t.

Scriptum est eidem Secreto (2) etc. Cum Nos attendentes grata plurima et accepta servitia que Guillelmus de Fossis dilectus miles familiaris et fidelis noster. Maiestati nostre exhibet hactenus et que ipsum exhibiturum speramus in posterum Castrum Alani situm in Justitieratu Terre Laboris cum hominibus Juribus et pertinentiis suis et subscripta Bona sita in Aversa et pertinentiis eius concessa dudum per Excellentiam nostram quondam Symoni de Argat ex obitu primogeniti sui absque legitimis filiis mortui ad manus Curie nostre per excadentiam rationabiliter devoluta dicto Guillelmo et suis heredibus ex suo corpore legitime descendentibus pro annuo redditu unciarum auri quadraginta de liberalitate mera et gratia speciali duxerimus concedenda Ita quod Idem miles et heredes sui pro Castro et bonis ipsis nobis nostrisque in Regno Sicilie heredibus et successoribus servire teneantur immediate et in capite de servitio duorum militum computata persona sua ad rationem de unciis auri triginta pro servitio cuiuslibet militis iuxta quod est de usu et consuetudine dicti Regni. Et quod illi quibus aliqua Casalia Jura et possessiones dictorum Castri et bonorum celsitudo nostra concessit ea in capite a nobis teneat prout ipsis concessa fore noscuntur. Si qui etiam Barones et pheudatarii sunt in dicto Castro aut pertinentiis suis qui servire in capite nostre Curie teneantur in nostro demanio et dominio reserventur nec respondatur sibi a Baronibus et pheudatariis Baronie ipsius nec de hiis tantum que inter Castrum ipsum eorum aliqui forte tenent Retentis in manibus Curie nostre salinis ac Juribus mannarie et lignaminum Si qua sunt vel debentur in Castro ipso aut pertinentiis suis que velut ex antiquo ad Regiam spectantia dignitatem in demanio nostro volumus remanere Animalia quoque et equitature aratiarum Massariarum et Marescallarum nostrarum pascua et aquam libere sumere valeant in territorio et pertinentiis dicti Castri que si usque ad mare forsitan protendantur in servitio nobis et heredibus et successoribus nostris predictis dominium Jus et proprietas totius litoris et marine pertinentiarum ipsarum in quantum a mari infra terram per Jactum Baliste ipse pertinentie protenduntur quam maritimam per homines demanii nostri prout consuetum est hactenus volumus custodiri fidelitati tue precipimus quatenus prefatum militem ut certum nuntium suum pro eo in corporalem possessionem ipsius Castri et bonorum predicto modo presentium auctoritate inducens facias sibi de proventibus ipsorum Castri et bonorum decetero

(1) Questo è certamente il codicillo al testamento di Carlo I. di Angiò.

(2) Di Terra di Lavoro.

responderi. Receptoque prius ab hominibus dicti Castri pro nobis fidelitatis solito Juramento ipsum ab eis assecurari facias iuxta usum et consuetudinem dicti Regni et intendi et responderi sibi de omnibus quibus tenentur et debent fidelitati nostre nostris et cuiuslibet alteribus iuribus semper salvis et factis autem de exequtione presentium cum forma eorum tribus ydoneis consimilibus Instrumentis unum ipsorum tibi retineas aliud militi assignes eidem et tertium Magistris Rationalibus Magne Curie nostre mictas licet autem contineantur superius predicta bona fore presentibus distinguenda quia enim distinctio eadem fieri bono modo nequiverit volumus et mandamus ut auctoritate presentium ea diligenter inquiras et inquisita assignes prefato militi vel nuncio suo modo predicto. Datum Fogie anno domini M° CC° LXXXV. Die VII° Januarii XIII° Indictionis (1).

CCXIII.

Anno 1285. 27 Ottobre. 14ª indizione — Trani.

I Balii del Regno, Gerardo vescovo di Sabina legato apostolico, ed il Conte di Artois pubblicano la bolla del pontefice Onorio intorno le decime e le immunità della Chiesa e degli Ecclesiastici.

Arca I mazzo 9. n. 12. (2).

Gerardus miseratione divina Episcopus Sabinensis Apostolice Sedis legatus baiulus Regni Sicilie una cum excellenti viro domino Roberto Comite Atrebatense per Sanctam Romanam Ecclesiam constitutus. universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Litteras Apostolicas nos legisse. et recepisse noveritis in hec verba. Honorius Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam dilectus filius nobilis vir Carolus clare memorie Caroli Regis Sicilie Primogenitus. tunc Princeps Salernitanus. et eiusdem Regis in Regno Sicilie Vicarius Generalis tamquam vir Captolicus de genere ortus Christianissimo devotam ad Deum. et ipsius Ecclesias mentem gerens eiusdem generis vestigia imitatus pro bono statu Ecclesiarum Regni predicti et ad conservationem iurium earumdem inter cetera. licet sub alio forsan verborum stemate dicitur statuisse et mandasse inviolabiliter observare quod decime que debebantur Ecclesiis et personis Ecclesiasticis Regni eiusdem Catholicorum Regum Sicilie temporibus et debentur et recipi ab Ecclesiis consueverunt eisdem ipsis Ecclesiis sine difficultatis obstaculo. ac more dispendio persolvantur scilicet que debentur in pecunia in festo Pentecostes. et alia que debentur in frumento et aliis victualibus. vino. oleo seu fructibus illis temporibus quibus percipiuntur et si aliqui sint que certis diebus persolvi consueverunt die debita persolvantur. et ne de hoc Ecclesie vel persone Ecclesiastice necesse habeant singulis annis a Curia litteras impetrare statuit quod sub pena dupli eius quod pro decimis vel aliis iuribus personis vel Ecclesiis quibus secundum ordi-

---

(1) Questo è l'unico diploma da Carlo I di Angiò firmato nel giorno 7 di gennaio dell'anno 1285 e l'ultimo, come ultimo fu quel giorno di sua vita.

(2) Questa pergamena è una delle distrutte o disperse; io l'ò trascritta dalle p. 512 — 515 del vol. 2 dei *Notamenta ex Archis Regiae Siclae* del De Lellis, da me posseduto.

nationem permissam solutum non fuit debetur Secreti seu Magistri Procuratores ac Magistri Salis. Baiuli. vel alii officiales qui eas debent persolvere tam presentes quam futuri teneantur ea integraliter solvere. secundum quod superius est distinctum. nullo inde mandato aliis expectato. Item quod Comites. Barones. et ceteri qui tenentur ad decimas et iura alia Ecclesiis vel personis ecclesiasticis pro bonis que tenent ea teneantur solvere suis temporibus quibus hactanus extitit consuetum. Adyciens quod ad hoc auctoritate sui Statuti super hoc editi ad requisitionem personarum quibus debentur per Justitiarios Provincie compellantur quodque solvantur ab aliis quibuscumque per quos bona pupillorum. Terras et feuda tenentium procurantur. sive baliatus Cura teneat sive alii sint commissi. sive Terre vel feuda aliquorum occasione delicti. vel quacumque alia causa per Curiam teneantur. Item quod Clerici nisi pro bonis feudalibus prout continetur in conventionibus inter dictum Regem. et Romanam Ecclesiam habitis ad Judicia Secularia ne trahantur. Item quod Ecclesie in toto Regno predicto gaudeant privilegio eis per comunia iura indulcto scilicet. quod hii qui ad eas confugiunt ab inde non extrahantur inviti. nisi in casibus a iure premissis. Item quod domus Prelatorum et Religiosorum et aliarum ecclesiasticarum personarum sine voluntate ipsorum. causa hospitandi ab officialibus. vel aliis personis eis invitis nullatenus capientur. Et si de voluntate ipsorum Prelatorum Religiosorum vel aliarum personarum Ecclesiasticarum recepti fuerint. ibi criminalia iudicia exercere. aliquatenus non presumant nec lectos vel res eorum contra voluntatem ipsorum accipiant. et si secus factum fuerit post emendationem et restitutionem dapni. si Comes fuerit vel Baro qui contra fuerit teneatur ad penam duodecim unciarum auri. si simplex miles ad sex et si burgensis ad tres. Item quod officiales Comites. Barones vel alie quecumque persone laycales non intromittant se de electionibus prelatorum vel collationibus prebendarum seu quorumlibet ecclesiasticorum beneficiorum directe vel indirecte nec de aliis ad spiritualia pertinentibus nisi quantum ratione Juris patronatus aliquibus competit vel ex privilegio est concessum. nec propter Prelatos Capitula ecclesiarum seu Convenctus piorum locorum ipsorum consanguinei. vel vassalli quomodolibet molestentur. Item quod clerici. qui clericaliter vivunt in collectis et exationibus aliis quibuscumque. nec pro bonis ecclesiasticis nec pro patrimonialibus de portionibus eos legitime contingentibus cum aliis teneantur. Item quod res et possessiones que non sunt in aliquo Curie vel alii obligate dari. donari possint Ecclesiis et legari. sed et si ea obligatione tenentur propter quam datio donatio vel legatio de iure impediri non possit hoc casu res et possessiones huiusmodi prefatis titulis cum onere suo ad Ecclesias transferantur. Item quod vassallis Ecclesiarum qui et que habent ab Ecclesiis tenent et sunt eisdem Ecclesiis ad servitia personalia obligata officia per Curiam Comites. Barones vel alios sine ipsorum Prelatorum licentia nullatenus committantur. Item quod privilegia et iura concessa Ecclesiis et Ecclesiasticis personis a Catholicis et antiquis Regibus Sicilie in quorum possessione serventur illesa. De illis vero in quorum possessione non sunt fiat eis sine difficultate iustitia in Curia competenti. Item quod officiales et Commissarii Curie possessiones. et res que ab ecclesiis possidentur non auferant nec in ipsis easdem Ecclesias contra iustitiam perturbare presumant. Item quod officiales. seu seculares persone se nullatenus intromittant ad cognoscendum de aliquo crimine ecclesiastico. nec impediant Prelatos aut ipsorum officiales quin de huiusmodi crimine libere cognoscant et puniant ut est iuris. Item quod Justitiarii vel alii officiales vassallos Ecclesiarum coram se vel ad ipsorum iudicia in civilibus trahere non presumant. Item quod Prelati Ecclesiarum Ecclesiastice persone ac officiales ipsorum vassallos eorum debitores possint prout eis competit compellere ad satisfaciendum sibi de debitis et Juribus earumdem contradictione aliqua illegitima non obstante. Item licet idem Princeps statuerit aliqui de vassallis Ecclesiarum eis ad personalia servitia obligatis si forsan a Terris. in quibus

morari debent aufugerint. per Prelatos et personas Ecclesiasticas revocandis. nos tamen dicimus distinguendum ut si ratione persone ad huiusmodi servitia teneantur possint. si recesserint legitime revocari. Si vero tenentur rerum tantummodo ratione et recedere voluerint res ipsas Ecclesiis et personis eisdem omnino dimittere compellantur. Item quod Judeis qui sunt Ecclesiarum vassalli nulla committantur officia nec eis alie oppressiones vel gravamina inferantur. Nos itaque cum fratribus nostris deliberatione habita premissa in favorem Ecclesiarum Dei et ministrorum ipsius attendentes inducta de ipsorum fratrum Consilio et assensu ac plenitudine potestatis et firmitatis perpetue robur statuimus obtinere. ipsaque precipimus perpetuis temporibus inviolabiliter observari. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis atque precepti infringere vel ei ausu temerario contrahire. si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurus. Datum Tibure per manum Migistri Petri de Mediolano Sancte Romane Ecclesie Vice cancellarii XV. Kal. Octobris Indictionis XIIII. Incarnationis Dominice anno MCCLXXXV. Pontificatus vero domini Honorii pape quarti anno primo. In cuius rei testimonium presentem earumdem Apostolicarum litterarum tenorem ex eis de verbo ad verbum transumptum fieri fecimus et pendenti sigilli nostri appensione muniri. Datum Trani VI Kal. novembris Pontificatus domini Honorii pape quarti anno primo.

APPENDICE

I.

Anno 1130. 29 Ottobre 9ª indizione — Napoli

Gregorio Romano vende a Maria, figliuola del q.m Pandolfo Longobardo capuano detto Rosso, badessa del Monastero de' SS. Marcellino e Pietro, un moggio di terra misurato col passo di ferro della Chiesa cattedrale di Napoli: quale terra è posta fuori grotta nel luogo denominato *Solerano*.

Pergamene sciolte de' Monasteri soppressi, conservate nell' Archivio di Stato di Napoli.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi: Imperante domino nostro Johannes porfirogenito magno imperatore anno tricesimo nono: sed et alexio eius filio porfirogenito magno imperatore anno duodecimo: die vicesimanona mensis octobris indictione nona neapoli. Certum est me gregorium qui vocatur romanum filium quondam domini cesarii qui vocatur romanu et quondam domina landelgrima honesta femina iugalium personarum: A presenti die promptissima voluntate venumdedi et tradidi vobis domina maria venerabilis abbatissa monasterii sanctorum marcellini et petri ancillarum dei filia quondam domini pandolfi longobardi capuani qui vocatur ruxo. et cuncta congregationis monacharum memorati sancti vestri monasterii et per vos in ipso sancto et venerabile vestro monasterio: Idest integrum unum modium de terra per passum mensuratum at passum ferreum sancte nostre ecclesie et integra petia de terra mea posita vero in loco qui vocatur saleranum quod est foris cripta una cum arboribus et fructoras suas et cum introitu suo et omnibus eis pertinentibus. pertinente vero mihi per memorata genitrice mea: Coherente sibi memoratum integrum unum modium de terra per memoratum passum quod superius vobis et per vos in memorato sancto vestro monasterio venumdedi de memorata petia de terra mea ut superius legitur ab uno capite terra memorati vestri monasterii quod vos comparatu habetis da domino urso. qui vocatur romano uterino germano meo sicuti inter se terminus exfinat. ex alio capite est reliquum de memorata petia de terra mea quod ipsum reliquum in mea reserbavi potestatem quomodo inter se terminus exfinat quas ibidem ambas partes purgare debeamus et de uno latere terra heredum de illi qui vocatur de domino lamberto quomodo inter se terminus exfinat: ex alio latere terra de illi qui vocatur de appiunea et in aliquantum terra de illi guinetassi ut inter se terminus exfinat. de quibus nichil michi de hoc quod superius vobis et per vos in ipso vestro monasterio

venumdedi ut superius legitur aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena persona quod absit comisi aut iam comicto potestatem. set a nunc et deinceps a me vobis et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio sit venumdatum et traditum in vestra vestrasque posteras et in memorato vestro monasterio sit potestatem at abendum et possidendum illut ipso vestro monasterio usque in sempiternum: et neque a me memorato gregorio qui vocatur romano neque a meis heredibus nullo tempore nunquam vos memorata domina maria venerabilis abbatissa et cuncta vestra congregationis memorati vestri sancti monasterii nec posteras vestras quod absit abeatis de ipsum quod superius vobis et per vos in ipso vestro monasterio venumdedi aliquando quacumque requisicione aut molestia per nullum modum nec per submissas personas a nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes mei hoc quod superius vobis et per vos in memorato vestro monasterio venumdedi in omnibus illut antestare et defensare debeamus ab omnes homines omnique personas absque omni data occasione: pro eo quod accepi a vobis exinde in presenti in omnem decisione seu deliberatione pro vice memorati vestri monasterii. Idest auri solidos quadragintaquinque de tari ana quattuor tari per solidos boni de amalfi diricti et pisatis: et quia ita nobis stetit si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut submissas personas tunc compono ego et heredes meis vobis vestrasque posteras et in ipso memorato vestro monasterio auri solidos nonaginta bythianteos: et hec chartula ut superius legitur sit firma scripta per manus Sergii discipulus domini preside curialis per memorata indictione hoc signum ✠ manus memorati gregorii qui vocatur romani filius memorati quondam domini cesarii quod ego qui memoratos ab eo rogatus pro eo subscripsi et memoratos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego Johannes filius domini stefani testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego Sergius filius domini petri testis subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego Petrus rogatus testis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego preside curialis complevi et absolvi per memorata indictione ✠

II.

Anno 1131 — Aversa.

Rainaldo Mosca soprannominato Joele figlio del q.m Riccardo Mosca, uno de' baroni di Aversa, unitamente ad Ata sua madre fa donazione di una terra posta in tenimento della loro torre di Agnano, al. monastero di S. Biagio, sito nel sobborgo di Aversa, di cui la badessa à nome Sellitta.

Pergamene sciolte predette.

In nomine domini nostri Jesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eiusdem redemptoris MCXXXI indictione . . . . . et quarto anno principatus domini secundi Roberti filii secundi Jordani gloriosissimi principis Capue et Comitis Averse. . . . Ego Rainaldus musca qui nuncupor Johel filius quondam Richardi musce unus ex baronibus

prescripte civitatis. . . . . . . una cum matre mea Ata ivi ad monasterium sanctimonialium sancti Blasii quod est situm in suburbio eiusdem civitatis averse . . . . iuvante deo et sanctis eius per amonitionem quam a te domina Sellitta venerabilis abbatissa eiusdem monasterii audivi. et . . . . supradicte matris mee proposui in animo meo habere partem cum iustis. Qua de causa pro amore dei omnipotentis. summe genitricis semper virginis marie. nec non et in honore omnium sanctorum. et pro redemptione animarum nostrarum parentumque nostrorum et ut semper maneamus in orationibus eiusdem monasterii et rectorum ac gubernatorum eius: per hoc videlicet scriptum. et in presentia subscriptorum testium: imperpetuum do et trado. et super altare predicti monasterii sancti Blasii offero in territorio nostre turris de agnano totam terram sansonis filii quondam Johannis . . . . et in eodem castello Johannis bove cum suo fratre angelo et Guido debenedicto et aloara dedoferio. et Jovinum. et Willelmum debenedicto et ursum delusexto. et petrum cognomine focce et letitiam. et Johannem peregrinum. Cum domibus illorum: et cum omnibus rebus ipsorum tam mobilibus quam immobilibus quas modo habent quasque in ante parare seu acquirere potuerint: et cum fundis. terris. vineis. olivetis. atque castanetis ec. . . . . . . seu materna substantia illorum. ad possessionem tuam prefata domina Sellitta tuarumque sororum et vobis succedentium: et . . . . et utilitatem eiusdem vestri monasterii sancti Blasii. Eo videlicet modo: ut ab hac hora in antea omni tempore. . . . . anno prenominatus Johannes bove cum suo fratre angelo reddant ipsi et heredes ipsorum in eodem monasterio. . . . . et spallam I de porco et in sanctam pasca alios tarenos decem. et predictus Guido debenedicto. in natale domini tarenos quatuor. . . . . aloara dedoferio in natale domini tarenos duo et in sanctum pasca tarenos duo et in una quaque ebdomada operam 1 cum brachiis. canistrum 1. Prescriptus Juvinus: in natale domini tarenos. . . . .

III.

Anno 1132. Marzo 10ª indizione — Napoli.

Maria figlia del q.m Giovanni denominato Gizzio col consenso di Giovanni Pollastrella suo marito vende al figlio del q.m Marino de Palumbo una porzione di terra con fabbricato, posta nella città di Napoli *iuxta platea pubblici at foru*, non lungi dalla porta piccola del monastero di S. Pellegrino.

Pergamene sciolte predette.

. . . . porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo: sed et alesio porfirogenito . . . . mensis martii indictione decima neapoli: Certum est me maria filia quondam Johannis qui nominatur gictio . . . . cum consensi et voluntate Johanni qui nominatur pullastrella viri mei: A presenti die promptissima voluntate. . . . . filio quondam marini qui nominatur de palumbo: et quondam maria iugalium personarum: idest integra portione. . . . . super inferiora cella de quidem stephano qui nominatur de

cicina hoc est ipsa partione mea . . . . salit et usque strectum una cum quantum ibidem pertinet de eodem tectum suum superne: seu venumdedi et tradidi tibi et integra medietate mea de integra alia superiora qui est constituta super inferiora cella herede quondam anna que nominatur riccia que fuit conius petri negotioris qui nominatur de sarra: una cum medietate de orreu planctatu super ipsa superiora: qualiter salit ipsum es ipsum orreum usque at tectum una cum quantum ibidem pertinet de eodem tectum suum superne: set in aquantu: de ipsa medietate mea es ipsum orreum quod tibi venumdedi est constitutum super in aliquantum de reliqua alia medietate es ipsa superiora qui est de memorato stephano qui nominatur de cicina: eo quod ipsum orreum unde ipsa medietas mea tibi venumdedi est in aliquantu constitutu super anditum altineum qui ingredit at pischina communi: Insimul posita vero intus hanc civitatem neapolis intus curte communi quod est iusta platea pubblici at foru non longe ab illa portella pictula qui ingredit at monasterium sancti pellegrini ancillarum dei sergiforu: una cum aeribus et aspectibus suis et cum quantum at ipsu quod tibi venumdedi pertinet: de memorata curte communi et de gradis marmoreis frabitis commune et de regie et anditu altineum communem et de memorata pischina et de atrium es ipsa pischa et de cursora es ipsa pischina insimul commune et cum introitus suas et omnibus sivi pertinentibus: pertinente vero michi per memorato quondam Johannis qui nominatur gictio genitori meo: etia et in michi in portione mea tetigit per notitia mea testata da quondam drosu thia mea etia et mihi ipsu quod tibi venumdedi et alium quod da me tetigit at memorata drosu que fuit thia mea in portione tetigit per alia notitia testata da memorato stephano qui nominatur de cicina viro suo memorata drosu: que vera ipse ambe notitie ego tibi in presentis ille dedi et aput te remisi pro tua heredumque tuorum defensione: et coheret at memorata integra portione mea es ipsa superiora quod tibi venum dedi cum suis homnibus pertinentibus ut super legitur: qui est constituta super es parte de ipsa inferiora cella memorati stephani qui nominatur de cicina: de uno latere parte septentrionis sunt aeres de curte heredes quondam domini landolfiriten sicuti inter se paries exfinat in qua sunt fenestre que ibidem respiciunt et per qua ibidem lumen ingredit de uno capite parte orientis est superiora domui tue ut inter se clusa viminicicia communi exfinat: et abet ibidem ipsa portione mea quam tibi venumdedi es ipsa superiora de latitudine per mensura passu unu et palmum unum de alio capite parte occidentis est memorata alia superiora et predictum orreum unde ipsa medietas mea tibi venumdedi ut inter se paries exfinat: in qua sunt regie quas tu et heredes tuis atllargare debeatis in da parte septentrionis: et abet ibidem ipsa portio mea quam tibi venumdedi es ipsa superiora similiter per mensura de latitudine passum unu minus palmum unum: de alio latere parte meridiei est reliquum es ipsa superiora de memorato stephano qui nominatur de cicina: seu et in ipsa meridiei parte est reliquu es ipsa superiora quod est anditu communi de ipsum quod tibi venumdedi et de ipsum es ipsa superiora memorati stephani qui nominatur de cicina: et est ipsu anditu altineum commune quod ibidem ingredit a parte orientis iusta ipsa superiora tua memorati petri qui nominatur de palunbu: et a parte occidentis iusta ipsum es ipsa superiora memorati stephani qui nominatur de cicina: da foris ipsu reliquum es ipsa superiora memorati stephani qui nominatur de cicina in ipso latere in ipsa meridiei parte est memoratu anditu communi qui vadit at ipsa pischina communi ut superius legitur et at ipsa medietate quod tibi venumdedi es ipsa alia superiora et de ipsu orticellu superne iterum coheret sivi de uno latere parte septentrionis est domu de ipsi heredibus memorati domini landolfi qui nominatur rigie sicuti inter se paries exfinat: de alio latere parte meridiei est reliqua alia medietas es ipsa superiora et de predicto orticellum splanctatu superne de memorato stephano qui nominatur de cicina: de uno capite parte orientis est ipsa alia superiora

unde ipsa portione mea superius tibi venumdedi ut inter se paries exfinat: in qua est ipsu es parte es ipsa regia quod atllargare dissimus in da memorata parte septentrionis ut superius legitur per qua ibidem ipsum introitum abere debeatis: de alio capite parte occidentis sunt aheres desuper atriu es ipsa pischina communi unde quantum ad oc pertinet tibi illut venumdedi: set in ipsa portione mea quam tibi venumdedi es ipsa superiora abet furnu frabitum quod iterum tibi venumdedi. De qua nichil mihi de oc quod superius tibi venumdedi cu suis hominibus pertinentibus ut superius legitur aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque personas quod apsit comisi aut iam comicta potestatem: set a presenti die et deinceps a me tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestate quidquid es ipsum quod tibi venumdedi facere volueris ut ab odierna die semper in omnibus libera es ipsum quod tibi venumdedi abeatis potestatem: et neque a me memorata maria filia memorati Johanni qui nominatur gictio ego una cum consensu et voluntate de memorato Johannes qui nominatur pullastrella viri mei: neque a meis heredibus nec a nobis personas submissas nullo tempore nunquam tu memorato petro qui nominatur de palumbo aut heredibus tuis quod apsit abeatis es ipsum quod tibi venumdedi aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum: nec per submissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: insuper omni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus ipsum quod superius tibi venumdedi cum suis hominibus pertinentibus ut superius legitur: in omnibus illut hantestare et defendere debeamus ab omnes omines omnique personas: hobstendentes tu et heredibus tuis michi meisque heredibus memorate ambe notitie quod superius aput te remisi at relegendum et at finem faciendum ubique michi meisque heredibus necesse fuerit per ipsum quod superius tibi venumdedi et sic ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus in omnibus illut antestare et defendere debeamus qualiter superius legitur: propter quod accepi a te esinde in presentis in omnem decisitione seu deliberatione: idest auri solidos duodecim et medietas de tari ana quadtuor tari per solidos voni de amalfi diricti et pesanti: sicut inter nobis conbenit: Quia ita nobis conbenit: si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis et in aliquit offensis fuerimus per quobis modum aut per submissas personas tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus auri solidos vigintiquinque bythianteos et ec chartula ut superius legitur sit firma scripta per manus petrus notarius dischipulo domini Johannis scriniarii qui scribere rogatus per memorata indictione ✠ oc signum ✠ manus memorata maria filia memorati quondam Johanni qui nominatur gictio ipsa una cum consensu memorati Johannis pullastrellu viri sui quod ego qui memoratos pro eu subscripsi et memoratos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego leo filius domini leoni testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego Johannes Curialis: testi subscripsi et memoratos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego petrus filius domini sergii testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego Johannes scriniarius: complevi et absolvi per memorata indictione ✠

IV.

Anno 1132. 10ª indizione — Aversa.

Gualtiero abate del monastero di S. Lorenzo conferma a Monaco figlio di Giovanni e ad altri l' enfiteusi della Villa Nobile.

Pergamene predette.

✠ In nomine domini nostri ihesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eiusdem redemptoris MCXXXII.Indictione decima.Et quinto anno principatus domini Secundi Roberti filii secundi Jordani gloriosissimi principis capue. et comitis averse. Ordo igitur religiosorum abbatum exigit ut plurima beneficia . . . . huius monasterii fideliter ecclesie et sibi servientibus pendant quantum in domo dei laborantes. secundum qualitatem laborum illorum digna mercede remunerentur. Quapropter notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam et futuris. quia ego Gualterius dei gratia cenobii sancti Laurentii abbas Consilio et assensu universorum fratrum eiusdem cenobii tibi Petro cognomine monacho filio quondam Johannis . . . . filiis Acilicii Aymoni. petro adque Samsoni. et filiis vel filiabus illorum fratrum quod per obitum illorum permiserint dum vixerint tantummodo nullisque aliis vestris heredibus amplius ab hac die in antea in territorio ville nobule. Et in eadem villa triginta quattuor modios terrarum per partes divisos concedimus et auctoritate cuntorum supradictorum fratrum confirmamus per hoc videlicet scriptum. et in presentia subscriptorum testium nominatim totam terram quam olim a nobis infeudo tenuit.quondam gustabilis dodera.et que continet per passus modios XXVI et in loco qui nuncupatur turone quamdam petiam terre nostre que fuit Jordani de lavalle. et continet per passus modios V et in nostra starcia integram unam petiam terre. que continet per passus modios III. Tali quidem pacto ut prephato nostro monasterio beati Laurentii quod est situm in suburbio prescripte civitatis averse. et nobis nostrisque successoribus pro feudo prenominate terre. cum vestra equitatura et cum uno famulo fideliter serviatis. et si bonum famulum habere non potueritis. qui apte vobis serviat: In uno quoque anno pro eo nobis nostrisque successoribus reddatis tarenos triginta. At vero si equitatura vestra pro nostro servicio quolibet morbo pertentata fuerit: aut casu accidente mortua ceciderit. de nostro sumptu vobis restauretur. de hac itaque terrarum concessione. ac pro benevolentia quam vobis semper exibuimus: tertiam partem de vestris rebus mobilibus devota mente offertis deo. et beato martiri laurentio. Ita tamen ut quacumque hora aliquis ex vobis ab hoc seculo vita finierit. de propriis suis rebus mobilibus tertiam partem ex hoc quod ei iuste evenerit. prescripto nostro monasterio tradat. Hoc etiam cunctis notum sit quod nullum super terram quesituri estis dominium vel advocationem quamlibet alicuius maioris potestatis contra nos. ne forte quod absit talem importunitatem a nobis vel a successoribus nostris patiamini. vel subferre nequaquam possitis Obsecramus. igitur tam prelatos quam subiectos nobis successores. quatinus sic etiam prenominato petro monacho et post transitum tuum tibi et supradictis filiis tuis. Et post obitum eorum heredibus illorum atvenerint sicut in hac pagina continetur. Hanc enim concessionem ut firmius credatur ratam habemus . . . . manu subiacenti signo crucis signavimus et de honestioribus fratribus nostris iussimus subscribi ac nostri. sigilli impressione sigillari. et subscriptos testes ut se subscriberent rogavimus.

✠ Signum crucis prephati ✠ domini Gualterii abbatis.

✠ Ego frater. Willelmus de Telesio consensi et subscripsi.
✠ Ego donatus Roggerius damianus subscripsi.
✠ Ego Jordanus monachus consensi et subscripsi.
✠ Monachus Willelmus de mantua. subscripsi.
✠ Ego Riccardus de archi et monachus subscripsi.
✠ Ego martinus presbyter dargentis interfui et subscripsi.
Suprascripti tales testes interfuerunt. et propriis manibus subscribserunt.
✠ Gualterius de valea ✠ Jordanus primicerius ✠ Balduinus Scorduanensis.

✠ Ego Willelmus clericus et notarius commorans in aversana civitate eius auctoritate requisitus a prenominato domino et abbate monasterii sancti Laurentii hanc chartulam donationis manu propria scribsi.

V.

Anno 1132. 7 Agosto 10ª indizione — Atrani.

Lupino figlio di Mauro Comite vende a Pantaleone Comite suo genero, la metà di una mola con tutti i fabbricati e sue competenze.

Pergamene predette.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo tricesimo secundo die septima mensis augusti indictione decima Atrano. Certum est me quondam lupinus filius domini mauri filius domini pulchari de mauro de petro de Johanne comite et sum pro vice mea et pro vice de mauro filio meo qui non est intra terram et ego illud qui nominatur denilo pro parte sua. A presenti die promptissima voluntate. venumdedimus atque in presenti cessimus et contradidimus vobis pantaleoni genero meo filio domini paradi filii domini mauri de pantaleone de mauro de maurone comite. et trezza iugalia. Idest plenariam et integram ipsam medietatem nostram de ipsa mola quam habemus in reginnis minoris positam sicut fabricata et ordinata est cum omnibus edificiis tam pertinentiis suis quam et cum ipsa aquaria et cum ipso lectu et cum via sua et omnia sua pertinentia unde nichil nobis exinde exceptuavimus. quod nobis obbenit a dicto domino mauro genitori nostro. et at illum obbenit a predicto domino pulcharo genitori suo abio nostro. Ipsa vero reliqua medietate de predicta mola pervenit at ipsa heredes domini Johannis thii nostri filii supradicti domini pulchari abii nostri. qui nunc est de leone filii mauri musceptula. et ipsa chartula cum quo illam comparavit memoratus dominus pulcharus abius noster ab urso tallorisi dedimus vobis illam et si plus chartula exinde inventa dederit quod pertineat in hoc quod vobis venumdedimus nos et nostri heredes mittere ille debeamus sub potestate vestra et de vestris heredibus sine omni vestra dampnietate vel ammaricatione. Unde excepimus exinde a vobis plenariam nostram sanationem. Idest auri solidos quinquaginta de tari ana tari quattuor per solidum sicut inter nos conbenit in omnem deliberationem et in omnem decisitionem Ut a nunc die presenti et in perpetuis temporibus in vestra et de vestris heredibus sit potestate habendi fruendi possidendi vendendi donandi seu commutandi etiam vestrisque heredibus dimittendi. In omnia et

in omnibus liberam et absolutam habeatis potestatem faciendi et iudicandi vobis exinde omnia que volueritis sine omni nostra et de nostris heredibus contrarietatem imperpetuum. Insuper etiam nos et nostri heredes vobis et at vestris heredibus eos antestare et defensare promittimus omni tempore ab omnibus hominibus. Quod si minime vobis exinde fecerimus dupplo memorato pretio vobis componere promittimus. et hec chartula sit firma in perpetuum. ✠ Maurus protonobilissimus filius domini sergii comitis mauronis testis est. ✠ Leo filius iohanni et mauro testis est.

✠ Johannes filius domini Sergii comitis manu testis est.

✠ Ego mastalus presbiter scriba scripsi.

VI.

Anno 1132. Settembre 11ª indizione — Capua.

Ruggiero de Millia dona al sacerdote Giuliano abate del monastero di S. Lorenzo di Capua due pezzi di terra, posti fuori il territorio Capuano, presso la chiesa di S. Barbato.

Pergamene predette.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo tricesimo secundo et quinto tertio principatus domini Robberti gloriosi principis mense septembri indictione undecima. Ego Roggerius cognomine de millia filius quondam . . . . Sicut michi aptum et congruum est bona mea voluntate: pro mercede et redemptione anime mee. et animarum patris mei et genitricis mee. et Robberti filii mei omniumque parentum meorum. Per hanc chartulam in presentia Johannis iudicis capue civitatis et aliorum testium . . . . domino Juliano dei gratia sacerdoti et monacho monasterii et ecclesie sancti laurentii. situm prope civitatem capue . . . . divina favente clementia venerabilis ac deo dignus Abbas esse dinoscitur tibi tam pro parte et vice quam auctoritate nostri monasterii. hoc est integras duas petias de terra

meas que sunt foris territorio capue civitatis prope ecclesiam sancti barbati. quarum prima hos habet fines. Ab uno latere et ab uno capite est finis terra predicti monasterii. Ab alio latere est finis terra mulieris nomine marocte filie quondam . . . . ac relicte quondam sassi cognomine bafrii Ab alio capite est finis via publica. Secunda vero petia terre est ibique et hos habet fines. Ab uno latere est finis terra cioffi guaymarii. Ab alio latere est finis terra supradicte mulieris nomine marocte. et finis terra quam michi reservavi. ab uno capite est finis predicta via publica que est intus hanc petiam terre et predicta prima petia terre. Ab alio vero capite est finis aprimus. habet per singula ipsa capita per transversum passus quadraginta et quatuor. Ad mensuram de passus landonis senioris castaldei mensuratos. Una cum omnibus inferioribus ac superioribus suis et cum viis suis ibidem intrandi et exeundi atque cum omnibus suis pertinentiis. Ego qui supra Roggerius tibi predicto domino Juliano pro parte et vice supradicti monasterii et illud alienavi et dedi et tradidi. Ad possessionem predicti monasterii et eius custodibus atque rectoribus. vel cui hec cartula pro parte et vice supradicti monasterii in manu paruerit ad habendum et possidendum illud firmiter a modo et semper et faciendum inde secundum legem omnia que eis placuerint. Et obbligo ego qui supra Roggerius me et meos heredes parti predicti monasterii et eius custodibus atque rectoribus vel cui hec cartula pro parte eiusdem monasterii in manu paruerit. integram supradictam meam alienationem defendere et antestare amodo et semper ab omnibus hominibus ab omnibusque partibus. Et quando voluerint licentiam et potestatem habeant inde esse actores et defensores. vice mea et de meis heredibus cum ista alienationis cartula. et cum aliis nostris et predicti monasterii rectoribus. quomodo et qualiter melius potuerint et voluerint. Et quidquid exinde secundum legem facere voluerint et potuerint. eorum sit potestas. Et quando voluerint defendamus eis illud sicut superius obbligavi. Si autem ego qui supra Roggerius vel mei heredes non fecerimus et non compleverimus eis ea omnia per ipsum ordinem qui prelegitur. vel si hanc cartulam de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium disrumpere aut removere quesierimus decem bizianteos solidos aureos bonos pena me vel meos heredes eis componere obbligo. et omnia supradicta eis impleamus. et hec cartula de quibus continet firma permaneat semper. et de his omnibus complendis ego et mei heredes eis ut supra leguntur facimus nos cuncta in presentia supradicti Johannis iudicis et aliorum testium. guadiam tibi predicto domino iuliano pro parte et vice supradicti monasteri dedi et fideiussionem tibi inde posui per convenientiam me ipsum. Unde si necesse fuerit ad pignerandum obligo ego qui supra roggerius per me ipsum fideiussorem me et meos heredes parti predicti aversani monasterii et eius custodibus atque rectoribus vel cui hec cartula pro parte eiusdem monasterii in manu paruerit. Damus tibi oves vaccas equos et equas et pastores ipsos. et de aliis rebus terris usque ad legem. Et taliter ego qui supra roggerius qualiter mihi congruum fuit. et sicut inter nos convenit pro mercede. et redemptione anime mee et animarum patris mei et genitricis mee. et robberti filii mei. omniumque parentum meorum. Ego tamen conservo iuxta legem filias legitimas quas habeo. hec omnia supradicta ut dictum est feci. Et te Roggerium notarium qui interfuisti scribere rogavi ✠ Capue.

✠ Ego qui supra Johannes Judex ✠

VII.

Anno 1132. Settembre 11ª indizione — Siponto.

Ruggiero di Terlizzi figlio di Goffredo Comite dona alla chiesa di S. Leonardo della città di Siponto la chiesa di Sant' Arcangelo, posta nel casale di Versantino.

Pergamene predette

In nomine dei eterni et Salvatoris nostri Jhesu Christi. Anno incarnationis eius millesimo centesimo tricesimo secundo mense septembris Indictione Decima (1). Regnante Domino Roggerio victorioso et serenissimo rege Sicilie atque Italie. Ego Roggerius de terlitio olim filius Goffridi Comitis. Presente Besantio iudice aliisque bonis hominibus inferius scriptis precepto et consensu domini Johannis Sipontini Archiepiscopi (2) eo etiam in subscripta oblatione propriam manum ponente. In Sipontina civitate pro redemptione peccatorum meorum et anima dicti mei patris offero bona voluntate ecclesie sancti Leonardi que sita est in territorio dicte civitatis iuxta stratam peregrinorum intus Sipontum et candelarium in manu tui dompni Viti Sacerdotis prioris eiusdem ecclesie. Scilicet unam ecclesiam sancti archangeli sitam iuxta casale versanteni cum omni suo territorio et ceteris suis pertinentiis ut ab hodie quicquid iuris in ea mihi pertinet in potestate tua tuorumque successorum absolute maneat et sit. Salvo tamen iure episcopali. et non quero exinde aliud nisi missas et orationes pro anima mea vos ad dominum fundere. Et pro hac oblatione confirmanda Guadiam tibi dedi fideiussore Robberto milite olim filio oggerii ut hanc oblationem non ego nec nullus meus heres infringamus sed ab omni homine eam adversante legaliter defendamus quam si infringere temptaverimus vel defendere voluerimus seu nequiverimus Trecentos Solidos Aureos Romanatos bonos parti prescripte ecclesie Sancti Leonardi componamus hoc scripto semper firmo manente. Salvo tamen in his omnibus domini nostri Roggerii prescripti regis precepto. Ego quoque prescriptus fideiussor tibi dicto dompno Vito tuisque omnibus successoribus licentiam do pignerandi me meosque hereles per omnia nostra que in lege pignerari conceduntur et prohibentur donec prescripta vobis omnia adimpleantur. Que scripsi ego Gaperi. sius Notarius. iussu prenominati Judicis.

Widulfus Obb. Defensor Besantius est item Censor.

✠ Signum manus Roggerii de terlitio suprascripti.

✠ Signum manus Goffridi militis olim filii item Goffridi.

✠ Signum manus Robberti militis prescripti.

(1) Questa indizione è la undecima, secondo la computazione adottata in tutte le province del già reame di Napoli, che era la Greca; la quale cominciava col giorno primo del mese di settembre e terminava nel giorno 31 del mese di agosto dell' anno seguente. Ma poichè qui leggesi in vece notata la indizione decima, è da considerarsi o errore dell' amanuense, ovvero che la indizione nella città di Siponto in quello anno si computava dal 25 di decembre dell' anno precedente 1131, oppure dal primo di gennaio o del marzo dell' anno 1132.

(2) L'Ughelli non à avuto conoscenza di questo arcivescovo. Egli a pag. 825 del vol. 7° della 2ª edizione della sua *Italia Sacra*, nella serie degli arcivescovi di Siponto, al num. XLIV. nota *Sergius Freccia Ravellensis Rogerii Regis a secretis hanc sedem regebat anno 1130 memoratur in tabula marmorea Neapoli in Ecclesia S. Dominici.* E poi lo dice morto nell' anno 1139. A costui fa seguire Guglielmo, che pone al num. XLV dicendo: *Villelmus anno 1140 memoratur in monumentis Ecclesiae S. Jacobi da Barulo.*

Col presente inedito documento si corregge la serie degli arcivescovi di Siponto, ponendo il nostro Giovanni a successore di Sergio al num. XLV; notando al num. XLVI Guglielmo, e così di seguito.

VIII.

Anno 1132. 6 Novembre 11ª indizione — Maddaloni.

Roberto figlio del q.m Asclitino abitante del castello di Maddaloni, dona a Giuliano monaco del monastero di S. Lorenzo di Aversa due pezzi di terra, posti nel luogo detto *alacurrara.*

Pergamene predette.

In nomine domini nostri Jhesu Christi anno ab incarnatione eius millesimo centesimo tricesimo secundo et quinto anno principatus secundi Robberti gloriosi principis: mense novembris Indictione Undecima. Ego robbertus filius quondam asclitini habitator de castro magdelono. Sicut mihi aptum et congruum est bona mea voluntate per hanc cartulam in presentia leonis clerici et iudicis et aliorum testium pro redemptione anime mee et animarum parentum meorum alieno do et trado tibi iuliano monacho tibi autem pro parte et vice monasterii beati laurentii. siti foris in suburbio civitatis averse. hoc est integras duas petias de terris meis que sunt in loco qui dicitur alacarrara quarum prima hos habet fines. ab uno latere qui est a parte orientis est finis terra quam modo residet domine de cazanu: sunt inde passus centum sexaginta et sex. ab alio latere est finis terra iohannis stornelle et finis terra heredum quondam martini berrobetere. et est a parte occidentis. sunt inde passus centum et quinque. et revolvit inde predicta terra ipsa parte occidentis iuxta terram ipsam memoratorum heredum memorati martini sunt inde passus viginti et octo et palmi quinque et inde vadit contra partem septentrionis iuxta terram memorati domine de cazanu. sunt inde passus quinquaginta et quinque. Uno capite a parte meridiei est finis terra petri de mari laudrasii sunt inde passus tredecim. ab alio capite a parte septentrionis sunt finis vie publice. sunt inde passus quadraginta quinque. Secunda vero parte hos habet fines. ab uno latere a parte septentrionis sunt finis vie publice sunt inde passus decem et octo. ab alio latere a parte meridiei est finis terra memorati monasterii sancti laurentii. sunt inde passus similiter. Uno capite a parte orientis est finis terra memorati domine sunt inde passus viginti duo et palmi duo. ab alio capite a parte occidentis est finis terra memorati domine. sunt inde passus viginti quinque una cum omnibus inferioribus et superioribus suis et cum viis suis ibidem intrandi et exeundi atque cum omnibus aliis suis pertinentiis. Ad possessionem memorate ecclesie et eius custodum et rectorum ad habendum et possidendum et faciendum exinde secundum legem omnia que eis placuerint. Et obbligo ego qui supra Robbertus me et meos heredes memorate ecclesie et eius custodibus atque rectoribus vel cui hec cartula pro parte memorati monasterii in manu paruerit integram memoratam meam alienationem defendere et antestare amodo et semper ab omnibus hominibus omnibusque partibus ac suprascripta ratione quod si maraldus tocca redierit volens. has easdem petias de terris recuperare et noluerit eas in memorato monasterio dimittere et ego vel mei heredes memorato maraldo quondam villano meo illud impetrare non potuerimus: a presenti per hanc cartulam obbligo alieno tantam et talem terram et in consimili loco memorato monasterio et eius custodibus atque rectoribus vel cui hec cartula pro parte memorati monasterii in manu paruerit comprehendere et tenere ad proprietatem memorati monasterii et eius custodum atque rectorum defendamus vero illut ego et mei heredes abinde et in antea semper cum via sua ibidem intrandi et exeundi ab omnibus hominibus omnibusque partibus. Si autem ego qui supra

Robbertus vel mei heredes hanc cartulam alienationis de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium disrumpere aut removere quesiverimus vel si non fecerimus et non compleverimus vobis vel eis ea omnia per ipsum ordinem qualiter superius legitur. quinquaginta vizanteos solidos aureos bonos penam me vel mei heredes vobis vel eis componere obbligo. Et omnia memorato vobis vel eis percompleamus. Et hec cartula alienationis de quibus continet firma permaneat semper. Et de complendo hec omnia memorata ego et mei heredes vobis vel eis ut supra leguntur. sicut inter nos convenit in presentia memorati iudicis et aliorum testium. voluntarie mee ego qui supra Robbertus guadiam tibi qui supra iuliano monacho pro parte et vice memorati monasterii exinde dedi. Et fideiussionem tibi inde posui per ipsam contra me ipsum. Unde si necessum fuerit ad pignerandum obbligo ego qui supra Robbertus per me ipsum fideiussorem me et meos heredes tibi qui supra iuliano monacho pro parte et vice memorati monasterii et eius custodibus atque rectoribus vel cui hec cartula in manu paruerit nominati boves vaccas equos et equas et porcos nostros et alias res nostras usque ad legem: et aliter ego qui supra Robbertus qualiter mihi congruum fuit hec omnia prescripta feci et te petrum clericum et notarium qui interfuisti scribere rogavi. Castro Magdaloni.

IX.

Anno 1133. 23 Gennaio 11ª indizione — Amalfi.

I coniugi Giovanni Cicaro e Blatta Brancatolo vendono a Giovanni Capuano un castagneto ed una selva.

Pergamene predette.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo tricesimo tertio die vicesima tertia mensis ianuarii indictione undecima Amalfi Certum est me iohannes filius quondam maroni filii iohanni cicari et blactu ambo iugales filia petri filii vero sergii brancatuli. . . . . pro vice nostra et pro vice . . . . leatti ipsius filius nostris qui sunt sine etatem et nos qui . . . . a pactibus eorum. A presenti die prontissima voluntatem venumdedimus et tradidimus vobis domino iohannes filii domini sergii filii domini iohanni capuano libero plenaria et integra ipsa petia nostra de castanetum et silvanum quod habemus in dudera positum sicut est plenum et vacuum cum omnia sivi infra se habentibus et pertinentibus que nobis obbenit per cartulam traditionis da memorato petro socero et genitori nostro infra ipsa dote et donatione nostra et ipsa memorata cartula nostre traditionis quod exinde habuimus dedimus vobis illa et firmamus vobis ut si alia cartula exinde inventa dederit nos et nostris heredes mittere illam debeamus subtus vos et vestris heredibus sine vestra damnietatem vel ammaricatio. et reclaramus vobis exinde ipse finis. ha supra namque ponitur fini ipse crucis que bactite sunt in facie de ipsum cilium montis. et fini ipsum columnellum quod est fabritum in ipsum montem et sic directum per ipse predicte crucis. et per predictum columnellu in da meridie. usque in fine vestra de subtus itaque ponitur fini media lama unde currit ipsa aqua . . . . et de alio latere ponitur

hoc est a parte septentrionis sicut descendet ipsa alium columnellum quod fabricavimus a fine de memorato domino petro socero et genitori nostro et sic descendit directum in lusum per ipsa petra rotunda usque in media lama. Cum salva via sua ibidem ingrediendi et egrediendi cum omnia causa. quod vobis et at vestris heredibus hopus et necessarium fuerit : unde nobis exinde nichil remansit vel aliquid vobis exinde exceptuavimus. quia quantum memorate finis concluditur. et quantum in memorato loco habuimus plenum et vacuum totum vobis illos venundedimus et tradidimus sine omni minuitatem sicut superius legitur. Unde et impresentis exinde accepimus a vos plenaria nostra sanatio idest auri solidos quinque de tari boni de Amalfi ana tari quatuor per solidum sicut inter nobis conbenit. in omnem deliberationem et in omnem decisitionem ut amodo et semper siat in potestate. vestra et de vestris heredibus at faciendum et iudicandum exinde omnia quod volueritis. sine omni nostra et de nostris heredibus contrarietatem vel requisitione imperpetuum. Insuper nos et nostris heredes vobis et vestris heredibus eos antestare et defensere promittimus omni tempore ab omnibus hominibus. quod si minime vobis exinde fecerimus. et omnia ut superius legitur non atimpleverimus: componere promitto nos et nostris heredes vobis et at vestris heredibus dupplo memorato pretium et hec cartula sit firma imperpetuum. Ipso disturbatus desuper legitur ipse reclaramus quia ipsa memorata fine qui est a parte septentrionis. debeat descendere da predicta columnella in lusu. per medium memorata petra rotunda usque in predicta media lama per memorata obligata pena ✠ Sergius filius leonis de lu iudice testis est.

✠ Constas iudex canonicus ursi testis est

✠ Petrus iudex testis est

✠ Ego Constantinus diaconus et curialis scriba hanc chartulam complevi per manu iohanni diaconi disciputi sui.

X.

Anno 1133. 9 Agosto 11ª indizione — Napoli.

Disposizione testamentaria di Stefano Inferno.

Pergamene predette.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi; Imperante domino nostro Johannes porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo primo : sed et alexio porfirogenito magno imperatore eius filio anno quarto decimo: die nona mensis hagusti. Indictione undecima neapoli: Vysus itaque fuit quod dominus stephano qui nominatur inferno filius quondam domini . . . . inferno et quondam domina anna honesta femina iugalium personarum. per suum dispositum disponere et iudicare ut de omnis sua hereditate seu substantias. . . . . et cum suum dispositum disposuit et iudicavi firmum et stavile permanere imperpetuum : et per ipsum suum dispositu disposuit et iudicavit ipse ut si. . . . . pro anima sua quidem domini Johannis qui nominatur inferno uterino germano suo et suis heredibus: idest auri solidos

centum de tari ana quadtuor tari per solidos voni de Amalfi dirictí pisanti: et irent pro anima sua quod memoratus quidem domino marino cognomento brancactio filio quondam domini gregorii brancactii: seu et quod memoratus quidem dominus bernardo cognomento brancactio filius quidem domini Johannis brancactii hoc est distributoribus suis et de illorum heredibus: et distribuerent illos pro anima sua qualiter ipse suo dispositu continet: nam etsi qualibet dilatione fecisset memorato dominos Johannes uterino germano suo vel suis heredibus at dandum memoratos auri solidos centum at suum transitu pro anima qualiter ipse suo dispositu continet: tunc licentia et potestatem haberes ipsi sui distributoribus et illorum heredibus vel *part* illorum at cui ipse suo dispositu in . . . . sese: atprehendere et venumdare es ipsas omnis sua hereditatem seu substantias de intus et foris hubi ad eis placuerit: tantum vero inquit unde memorati solidi centum tollere balere: et sic distribuerent illos pro anima sua qualiter ipse suo dispositu continet: et venumdarent illut cuique voleret et cuy per eis illut. . . . . dissent vel dedissent firmum et stavile permanere imperpetuum: iterum et per ipsum suum dispositum disposuit et iudicavit ipse: ut at suum transitum fieret hoffertio . . . . ditu pro anima sua: in chartule congregationis ecclesie beate et gloriose dei genitrici semperque virginis marie domine nostre que appellatur rotunda: idest unu modium de terra per passum mensuratu at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: de illa portione sua de terra quam comunem habere cum memorato germano suo: posita vero in loco qui vocatur at sanctum brancactium cum arboribus et fructoras suas et cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus: ad abendum et possidendum illut ibidem memorata chartula congregationis dicte ecclesie usque in sempiternum: et neque illut habere et frugiare deberet sacerdotibus ipsius salutifera chartula congregationis pro ipsius chartula usque in sempiternum: et reliquas vero omnes sua hereditatem seu substantias de intus et foris : hoc est domos et casalibus seu fundoras et terris rationalibus quamque hortuas vel mobilibus rebus movilium et inmovilium seseque mobentibus homnibusque eius pertinentibus: seu et integrum homnem suum hospitatum fundatum et exfundatum viborum et mortuorum cum ipsorum fundoras et terris seu cespitem vel homnem consuetudinaria censoras et regulis seu responsaticas et angarias et salutem adque recaballicationibus omnibus atiacentibus et pertinentibus eius et omnibus suis hominibus defisis adque comenditis seu censitis et accactatis et ospitibus et cespitibus simul cum omnibus illi pertinentibus de intus et foris: alia omnia et es omnibus simul undecumque aut quomodocumque ad eum hobbenire et pertinere vel obbenire et pertinere debere aut pertinentes fuisset per quobis modum intus et foris cum omnibus eius pertinentibus: simul et suum transitum rebertere et fieret de memorato domino Johannis uterino germano suo et de suis heredibus: similiter per ipsum suum dispositu disposuit et iudicavit ipse ut si aliquod in veneficio abere de rebus sancte neapolitane ecclesie post suum transitu fieret ibidem renditum: aberet ipsa. . . . . et hoc pro luminaria absque iniuria tres missaunum: sicuti et quomodo in omnibus ipse suo dispositu videtur continere: et quia quod umanum decurrit. . . . . dicto et memorato quondam domino stephano qui nominatur inferno de hoc mundo vita migravi absque proprium herede. De qua venimus nos videlicet Johannes qui nominatur grasso et pétro et stephano uterinis germanis filiis quondam idem domini petri qui nominatur grasso et quondam domine drosu honesta femina que fuit filia quondam domini cesarii carbania et de memorata quondam domina anna honesta femina que fuit filia quondam domini gregorii de domina niceta iugalium personarum et quesivimus te videlicet memorato domino Johannes qui nominatur inferno thio nostro uterino germano de memorata genitrice nostra de memorata una genitrice et de singulos genitores: dicendo pars nostra haberruste ut nequaquam memorato domino stephano qui nominatur inferno uterino germano qui de hoc mundo vita migravit absque proprium heredem qui fuit uterino

germano de memorata genitrice nostra de memorata una genitrice et de ian dictos singulos genitores tibi relassare non baluissem per ipsum suum dispositu ipsa causa sua que ad eum pertinuit per memorata domina anna honesta femina genitrice sua et tua habia nostra : propter quod nobis et tibi hobbenire et cecidere debet medietas gratis et alia medietas per appretiatu per legatione de dispositum de memorata quondam domina anna honesta femina genitrice tua habia nostra filia memorati quondam domini gregorii qui nominatur de domino niceta et quondam domina marenda honesta femina iugalium personarum cuy memorato quondam domino cesario carbania habio nostro : de memorata genitrice tua habia nostra anteriori viro fuit et memorato quondam domino gregorio qui nominatur inferno genitori tuo posteriori viro fuit : et pars tua dicebat ut memorato uterino germano tuo thio nostro tibi illut relassare baluisset: et multum haltercatione exinde inter nos habuimus et perreximus exinde in publicum at legem ante iudices et ibique a parte tua hobstensu et rellectu fuit ipsu dispositu de memorato uterino germano tuo thio nostro: et iterum ibi quod a parte nostra hobstensu et relectu fuit ipsu dispositu de memorata quondam domina anna honesta femina genitrice tua habia nostra : et dum ipsi iudices taliter ipsa dicta nostra una cum ipsa disposita intellessisent: tribuerunt esinde inter nobis hoc iudicium: ut tu nobis dare de quantum at memorato domino stephano qui nominatur inferno uterino germano tuo thio nostro pertinuit per memorata genitrice tua et sua abia nostra integra medietate hoc est ipsa medietas: medietate gratis et alia medietas per apretiatu escepto homnes movilias suas: et reliqua alia integra medietas es ipsum homnibus memoratis at memorato quondam domino stephano inferno uterino germano tuo thio nostro pertinentibus vel que ad eum pertinentes fuisset per quobis modum insimul de intus et foris una cum ipsa homnes movilias suas: in tua tuisque heredibus remanere potestatem: et quia noshante ipsi iudices dissimus ut ipsa medietas per apretiatu nos tollere noleremus: et ipsi iudices taliter illut audissent: tribuerunt esinde inter nobis hoc iudicium: ut nos tibi esinde chartula promissionis facere deberemus quomodo inferius dicimus: proinde et nos memorato Johannes qui nominatur grasso et ian dicto petro et predicto stephano uterinis germanis filiis memorati quondam idem domini petri qui iterum grasso vocabat: et quondam domina drosu honesta femina que fuit filia memorati quondam domini cesarii carbania et de memorata quondam domina anna honesta femina que fuit filia memorati quondam domini gregorii de domina niceta iugalium personarum pro eodem iudicio et per anc chartulam promictimus et firmamus tibi memorato domino Johannes cognomento inferno thio nostro filio memorati quondam domini gregorii qui iterum inferno vocabat et quondam memorata domina anna honesta femina abia nostra iugalium personarum: quatenus omni tempore tu et heredibus tuis habere debeatis de integrum homnia et in omnibus que at memorato quondam domino stephano qui nominatur inferno uterino germano thio nostro pertinuit vel que ad eum pertinentes fuerit: per memorata domina anna honesta femina genitrice tua et sua habia nostra insimul de intus et foris et de suis omnibus pertinentibus: hoc est de domos et de casalibus seu de terris rationalibus et de hortuas et de fundoras et de terris: esepto de movilias: quamque et de integrum homnes hospitatum fundatu et exfundatu viborum et mortuorum cum ipsorum fundoras et terris seu cespites et de homnes eius consuetudinarias . . . . responsaticas et salutem adque angariis et recaballicationibus et dationibus eorum et de omnibus atiacentibus et pertinentibus eius in . . . . omnibus ospitibus et cespitibus : et de integris omnibus ominibus et defisis adque comenditis seu censitis et accactatis . . . . . memorato quondam domino stephano qui nominatur inferno uterino germano tuo thio nostro pertinuit per memorata quondam domina anna honesta femina genitrice sua et tua habia nostra et de omnibus eorum pertinentibus: et de integrum alium omnia et es omnibus undecumque aut quomodocumque vel ubicumque at memorato domino

stephano qui nominatur inferno uterino germano thio nostro pertinuit vel pertinentes fuerit per memorata domina anna honesta femina genitrice tua et sua habia nostra per qnobis modum: insimul de intus ut foris et de suis omnibus pertinentibus: idest integre tres partes. cum omnibus que at ipse tres partes pertinentibus : et ipse tres partes una cum ipsa homnes movilias et cum omnibus que at ipse tres partis pertinentibus que simul fuit et pertinuit at memorato domino stephano qui nominatur inferno uterino germano tuo thio nostro: da presentis in tua tuisque heredibus sint potestatem faciendi esinde omnia que volueritis absque omni nostra memoratis uterinis germanis nepotibus tuis nostrisque heredibus et de alia quabis persona in nostris vicibus qualibet contrarietatem vel requisitione : et nos et heredes nostris esinde tollere et abere debeamus reliqua alia integra una quatra: at nostra nostrisque heredibus potestatem faciendi que voluerimus absque omni tua tuisque heredibus et de alia quabis personas in vestris vicibus qualibet contrarietate vel requisitione: tamen stetit et firmamus inter nobis : ut de illa medietate que fuit portio memorati domini stephani inferni uterini germani tui thji nostri: de illa petia de terra de loco qui vocatur gualdellu: non iongenda illa hobedientia ecclesie domini et Salvatoris nostri Jhesu Christi: quod est iuris pertinente de monasterio sancti Georgii maioris hancillarum dei is ipso loco gualdellu: nos et heredes nostris tollere et abere debeamus integra una quatra iusta illa reliqua alia medietate nostra memorati uterinis germanis que fuit portio de memorata domina drosu honesta femina uterina germana genitrice nostra: et relique tres partis que es ipsa medietas que fuit portio memorati domni stephani inferni uterinis germanis tuis thiys nostris es ipsa petia de terra de iam dicto loco gualdellu tu et heredibus tuis illut tollere et abere debeatis pro ipse tres partis tue ut super legitur es tua tuisque heredibus potestate faciendi quod voluerit: et de illa medietate que iterum pertinuit at memorato domino stephano inferno uterino germano tuo thio nostro de illa terra de loco qui vocatur carminianum quod est foris in loco qui vocatur casa aurea et de suis homnibus pertinentibus nos et heredes nostris esinde tollere et abere debeamus integra una quatra hoc est iusta illa portione que de ipsa terra de carminianu pertinuit at memorata domina drosu honesta femina genitrice nostra uterina germana tua at nostra nostrisque heredibus . . . . baluerimus et relique tres partis esinde tu et heredibus tuis esinde tollere et abere debeatis pro ipse relique tres partis tue ut . . . . potestatem faciendi quod volueritis: seu et nos memoratis uterinis germanis et heredibus nostris similiter tollere et abere debeamus integra una quatra. . . . . domini stephano qui nominatur inferno uterino germano tuo thio nostro pertinuit de illa terra qui dicitur startia posita vero in loco qui vocatur panecoculu. . . . . nostra et tua et de aliis partibus nostris et ibidem abet ipsa portio memorati domini stephani inferni uterini germani tui thyi nostri quibus ipsa sta. . . . . anno qui tenet illa fidantia es ipso loco panecoculu: hoc est ipsa quatra quod nos esinde tollere debemus . . . . ipsa startia tetigerit at memorata domina drosu honesta femina uterina germana tua genitrice nostra at nostra nostrisque heredibus potestate faciendi que voluerit . . . . heredibus tuis es ipsa portione que fuit memorati domini stephani inferni uterini germani tui thyi nostri es ipsa startia tollere et abere debetis hoc est iusta illa portione que de ipsa startia tibi tetigerit pro tua portione: relique integre tres partis at tua tuisque heredibus potestate faciendi que volueritis: Quia ita nobis stetit: si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis et in aliquit offensis fuerimus per quobis modum aut per submissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus auri solidos triginta bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petrus scriniarius dischipulo domini Johanni scriniarii qui scribere rogatus per memorata indictione ✠

oc signum ✠ manus memoratis uterinis germanis quod ego qui memoratos pro eis subscripsi.

✠ Ego Johannes filius domini gregorii testi subscripsi ✠

✠ Ego petrus filius domini sergii testi subscripsi ✠

✠ Ego petrus filius domini cesarii testi subscripsi ✠

Ego Johannes scriniarius complevi et absolvi per memorata indictione ✠

XI.

Anno 1133. 22 Settembre 12ª indizione — Gravina.

Ruggiero re di Sicilia e d'Italia, figlio del Conte Ruggiero Primo, dona all'abate del monastero di S. Maria di Pisticci, la chiesa di S. Basilio di Appio.

Nel volume de' Quinternioni segnato col num. 20 antico, e 50 nuovo, fol. 298-299.

In nomine domini dei eterni, ac Salvatoris nostri Jesu Christi, Anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo tricesimo tertio indictione undecima: (1) Ego Rogerius Dei gratia Sicilie et Italie Rex Christianorum Adiutor etc. et Clippeus Rogerii Primi Comitis heres et filius Si iuste postulatio voluntatis debet prosequenter compleri omnibus Dei cultoribus, locisque venerabilibus: Illis precipue qui pro peccatis nostris vigiliis et orationibus Dei misericordiam invocant pie postulationis effectum iugiter debemus impendere eorumque iustis petitionibus Assensum prebere. Tuis igitur tuorumque fratrum Gandie Venerabilis Abbas Monasterii Sancte Marie de Pisticio petitionibus Clementius annuentes pro salute anime patris nostri gloriose memorie Rogerii Primi Comitis matrisque nostre Adelaide Regine et nostri Roberti quondam Guiscardi Magnifice memorie patrui nostri nostrorumque dominique parentum aliorumque nostrorum fidelium concedimus et presentis privilegii auctoritate firmamus prefato Monasterio et tibi tuisque successoribus ecclesiam Sancti Basilii in territorio Appii sitam cum suis omnibus pertinentiis et finibus sicut in privilegio a beate memorie Emma sorore nostra quondam Comitissa civitatis Severiane et Appii domina facto continetur: Quod vetustate videbatur consumi et frangi: Cuius fines isti sunt: a lacu Aunicii descendendo super quandam domum destructam in valle Sancti Basilii ad quercum Signatam de quercu vero signata ascendit ad frontones de nuce usque in matinam ad arborem signatam et recto visu vadit ad Serram pizutam descendensque per vallonem qui est ad dexteram partem ipsius Serre et recte ferit in flumen Salandre transiens per medium ipsius fluminis Salandrie et vadit ad pedem montis fatose iuxta vallonem qui dicitur Churatilius et per pedales ipsius fatose et ascendit recte ad locum qui dicitur Guardiola et vadit inferius per costeriam frontonum ad locum qui dicitur fons de cripta: et ab ipso fonte pergit inferius per costeriam frontonum ad locum qui dicitur Cesinelubum ab ipsis vero Cesinis recto visu descendit inferius usque ad mare et intus in mare passus tricentos et per transversum maris usque ad faucem lacus assafri transiens faucem ipsius lacus et ascendit ex transverso versus septemtrionem in capite silve que dicitur frassaneti que est propinqua Turri Maris et recto visu transiens per padulam et ferit in capite

(1) Questa è la dodicesima indizione per le stesse ragioni dette nella nota al precedente documento n. VII.

vallis Rucule et per ascensum frontonis dextere partis ipsius vallis vadit sursum per vallonem qui dicitur hominis mortui usque ad vallem tragine et ascendit in marinam ad tramitem et ab ipso tramite pergit ad quercum signatam et deinde ad aliam quercum cruciferam et ex transverso recto intuitu reddit ad predictum lacum Annicii infra hos siquidem fines cum terris silvis aquis et pascuis prefato monasterio concedimus france libere et absolute, ac semper et perpetuo. confirmamus Ecclesiam supradictam tibi et successoribus tuis et quod nemo cuiuscumque cognitionis existat audeat laborare terras in predicto tenimento nec cum animalibus suis pascendum intrare, nec venationem exercere ibidem, nisi per tui predicti Abbatis licentiam et successorum tuorum gratuitam voluntatem; licenciam quoque tibi et successoribus tuis dedimus ibidem congregandi vassallos unde oportunitas exigerit plantandi vineas et pomeria et operandi quidquid Ecclesie profiguum fuerit: Hec autem omnia prestita et omnes alias Ecclesias cum iuribus et pertinentiis suis, que in privilegiis iam dicti Monasterii de Pisticio continentur: Et omnia quecumque hodierno die iam sepe dictum monasterium iuste et canonice tenet et possidet concedimus semper habendum, tenendum et possidendum et que in antea concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium iuste et canonice poterit adipisci: Si quis autem huius nostre concessionis et confirmationis paginam aliquo modo violare vel interrumpere presumpserit sciat se compositurum auri libras decem medietatem Sacro Palatio nostro et aliam medietatem prenominato Monasterio, presensque privilegium pristinum robur obtineat. Porro ad huius nostre Concessionis et Confirmationis iudicium per manus Guidonis nostri notarii scribi, nostroque sigillo plumbeo insigniri precepimus: Datum Gravine undecima Kalendas octobris per manus Guarini nostri Cancellarii Anno regni tertio

XII.

Anno 1133. 28 Settembre 11ª indizione — Squillace.

Donato Vescovo di Squillace conferma le libertà ed i privilegi concessi al monastero di S. Maria della Torre fondato dal Conte Ruggiero nel luogo detto Arsafia.

Pergamene predette.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego donatus voluntate dei squillacine sedis episcopus (1) sanctorum patrum precedentium vestigia secutus facta eorum et decreta religiosa volo imitari. et pro posse meo conservare inviolata. Monasterium igitur quod dicitur sancta maria de turre cui preest venerabilis pater. Sierius liberum esse laudo. ascero. et confirmo. qua libertate a rogerio comite est fundatum. a beato papa urbano. donatum. et ab antecessoribus meis theodoro. et iohanne episcopo est confirmatum.

(1) L' Ughelli nella serie de' Vescovi di Squillace a pag. 29-30 del vol. 8° della sua *Italia Sacra* della 2ª edizione, al num. XII nota il vescovo Pietro, che dice eletto nel giorno primo di marzo dell'anno 1110, e poi trasferito alla chiesa di Palermo ; ed al num. XIII mette a successore di questo Pietro un Drogone, dicendo: *Drego Episcopus Squillacensis, an immediate post Petrum sederit incompertum est: cuius tantum unica mentio habetur in diplomate Adelesiae neptis Rogerii Siciliae Regis ad favorem Ecclesiae Cephaludensis anno sal. 1140*. Ora col presente documento si supplisce e si corregge la serie di questi prelati, co' nomi di Teodoso, di Giovanni e di Donato, i quali furono successori di quel Pietro notato al n. XII, e predecessori del Drogone dall' Ughelli posto al num. XIII.

Noverit ergo fidelis quisque et amator veritatis prefatum monasterium. insuper locum illum qui arsafia dicitur. de quo predictum monasterium dotatum est. scilicet metavorum. et livianum. et aruncum. cum omnibus pertinentiis suis. tam de clero quam de populo, quos ad presens supradictum monasterium habet. vel in posterum habiturum est. De extraneis quoque omnibus qui in potestate ipsius monasterii habitant. vel habitaturi sunt. hac libertate donatum. ut nec quilibet successorum meorum. ullum episcopale ius ibi abeat. absque comuni spontanea voluntate fratrum predicti monasterii. Consecrationes. ordinationes. crisma. ceterasque episcopales officii indigentias. a quo potissimum voluerint episcopo consequantur. longe. vel prope. et non sit qui prohibeat. Decime eorum ipsis sint. Offensa subiectorum et correctio. ad eos respiciat. Hec que diximus auctoritate et privilegio antecessorum meorum theodori et iohannis confirmata sunt. Hec et ego privilegio presenti et auctoritate quam a deo consecuti sumus testificamur confirmamus, ut nec michi ipsi quandoque aliter quod absit sapienti. vel alicui successorum meorum hec violare liceat.

Si quis igitur pertinaciter hanc sententiam nostram veraciter prolatam. scriptam. signatamque insignum stabilitatis. ingenio vel potentia delere studuerit. deleatur et ipse de libro viventium. a sensientibus vero et defendentibus pax et vita cum vivente et regnante in secula seculorum. Amen.

Datum est autem hoc privilegium VI Kalendas octobris. anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi millesimo centesimo tricesimo tercio. indictione undecima.

✠ Ego donatus squillacinus episcopus hoc egi.
✠ Ego Evurardus dei gratia sancte euphemie abbas hoc signum feci.
✠ Ego leo precemptor squillacine ecclesie interfui.
✠ Signum crucis proprie manus landonis canonici.
✠ Ego petrus canonicus interfui.
✠ Signum manus roberti canonici.
✠ Ego riccardus canonicus interfui.
✠ Ego leo diaconus et canonicus hoc annui.
✠ *ιωνας αργιμανδριτης μαρτάρ σκυλλυκος.*

XIII.

Anno 1133. Ottobre 11ª indizione — Aversa.

Uberto figliuolo di Uberto dona al monastero di S. Lorenzo di Aversa il monastero di S. Maria Incella.

Pergamene predette.

In nomine domini nostri Jhesu Christi anno eiusdem domini nostri incarnationis millesimo centesimo tricesimo tertio. mense octubri. indictione. undecima. Ego Ubertus filius Uberti. tradidi. et obtuli. monasterium sancte marie de cella in monasterio sancti laurentii de aversa eo hordine quo inferius continetur. In divinis lectionibus frequenter audieram quia qui servos dei honorat dominum honorat. et qui servis dei benefacit ita a summo patre suscipitur tanquam ipsi maiestati proprie offeratur. Ob hanc igitur causam Ego ubertus filius uberti filii graonis comestabulus domini Roberti filii riccardi

cum haberem in terra mea quoddam monasterium quod dicitur sancta maria Incella et dolerem nimium quoniam de magna copia ad inopiam devenisset. Et cum pro reverentia sui et monachorum ibi deo servientium locus quondam celeberrimus extitisset. Set postea cum. defectu rerum ipsa quoque religio defecisset considerans quod res maiores in nostra tempestate citius capiant casum quam dilabentes reddeant ad statum iam dictum locum deo adiuvante in melius reparare taliter cogitavi. Itaque ego ubertus qui supra cogitans diem extremi iudicii et gloriam retributionis eterne. compunctus inspiratione divina. rogatu et consensu domini mei roberti filii riccardi. et per voluntatem domini Johannis vulturariensis episcopi (1) pro remedio anime mee et avunculi mei guidelmi de vasto. et pro anima patris et matris mee et omnium parentum meorum concessi et tradidi prephatam ecclesiam beatissime dei genitricis marie que sita est in territorio cellensi monasterio beatissimi laurentii quod constructum est prope muros aversane urbis. Et domino gualterio venerabili abbati eiusdem cenobii suisque successoribus in perpetuum possidendam. Hanc ecclesiam ego qui supra ubertus in presentia domini mei supradicti roberti filii riccardi. Et in presentia nostrorum militum et bonorum hominum nostri castelli quorum quidam subscripti sunt concessi supradicto abbati et successoribus suis pro parte monasterii sancti laurentii cum omnibus rebus suis mobilibus et inmobilibus cum omnibus terris suis cultis et incultis cum omnibus vineis et olivetis. et cum omnibus arboribus fructuosis et infructuosis et cum omnibus viis intrandi et exeundi et cum omnibus ecclesiis suis et terris earum. Scilicet ecclesiam sancti petri cum omnibus terris suis. Ecclesiam sancte sophie cum omnibus tenutis suis. Ecclesiam sancte marie infredano cum omnibus terris suis. Ecclesiam sancti nicolai de pizzoni cum terris suis. Ecclesiam sancte lucie depetra cum omnibus pertinentiis suis. Hec omnia supradicta monasterium sancti laurentii aversani absque omni contrarietate vel contradictione. et sine omni infestatione mei et heredum meorum in perpetuum tranquille et secure possideat. Obligo etiam me meosque heredes ut ecclesiam beate marie cum omnibus rebus suis domino Gualterio abbati suisque successoribus et monachis sancti laurentii manutenere et defendere contra omnes homines debeamus. Sit ecclesia supradicta beate marie libera et absoluta ab omni conditione et consuetudine et ab omni servitio ut fratres ibi domino servientes sine omni inquietudine et sine omni tristitia pro meis et parentum meorum peccatis et pro omni populo christiano die noctuque domino valeant suplicare. excepto si fratres pro benedictione et amicitia et pro defensione ecclesie ex propria voluntate interdum nos voluerint adiuvare. Quod si aliquis heredum meorum vel quilibet alius malignus specialiter stimulatus hanc donationis nostre paginam quocunque tempore violare vel irritam facere nefaria mente presumpserit vel ecclesiam predictam beatissime marie monasterio sancti laurentii subtrahere qualicunque ingenio teptaverit. presumptio quidem sua prorsus nihil valeat. et insuper quinquaginta libras auri purissimi componat medietatem in monasterio sanctissimi martiris christi laurentii de aversa. et medietatem. in nostra curia. et donatio nostra rata et firma omni tempore permaneat. Set et preter istam temporalem penam illam que perpetua est in anima patiatur. et sit sicut dicit apostolus anathema maranatha hoc est pereat in secundo adventu domini et in sempiternum dampnetur. Ut autem hoc privilegium nostrum firmius habeatur. signo manus proprie confirmavi. et subscriptorum

(1) L' Ughelli a pag. 391 del vol. 8° della sua *Italia Sacra*, 2ª edizione, nella serie de' Vescovi di Volturara al n. III nota: PELAGIUS *Vulturariae Episcopus an. 1059. interfuit Lateranensi Concilio ab Nicolao II. celebrato, ex codice Vaticano;* e poi alla seguente colonna 392 registra al n. IV: RAUS *vixit temporibus Rogerii primi Regis circa annum Domini 1135. huius mentio in vita S. Alberti Episcopi Montis Marani;* ed al n. V. HUGO *anno 1229 in monumentis Coenobii S. Mariae de Gualdo Beneventanae Dioecesis.* Da tutto ciò rilevasi che il vescovo Giovanni, del quale si à notizia nel presente documento, fu ignorato affatto dall' Ughelli, e nella serie de' Vescovi di Volturara deve prender posto dopo Pelagio ed innanzi a Raone.

virorum testimonio roboravi. et Guidelmo notario domini mei roberti filii riccardi taliter scribere iussi.

✠ Ego ubertus qui supra propria manu signavi.
✠ Ego robertus filius riccardi affui laudavi confirmavi et signavi.
✠ Ego guidelmus de parisias testis sum et signum meum feci.
✠ Ego iohannes abbas sancti petri in parietibus affui laudavi confirmavi.
✠ Signum crucis proprie manus iohannis nigri testis.
✠ Signum crucis guffridi filii graonis testis.
✠ Signum crucis proprie manus iohannis garricze testis.
✠ Signum crucis uberti iohannis mainardi testis.
✠ Signum crucis proprie manus iohannis bervardi testis.
✠ Signum crucis proprie manus iohannis de molloni testis.
✠ Signum crucis proprie manus petri degiso testis.
✠ Signum crucis proprie manus tibaldi testis.
✠ Signum crucis proprie manus unfridi landolfi testis.
✠ Signum crucis proprie manus iohannis lucerini testis.
✠ Signum rainaldi filii galterii.
✠ Signum crucis proprie manus benedicti cappellani testis.
✠ Signum crucis proprie manus lauti testis.
✠ Signum crucis proprie manus petri de pagano testis.

XIV.

Anno 1133. Dicembre 11ª indizione — Castronuovo.

Pietro detto Giovanni de Dodo vende a Benedetto figlio di un certo Planisio un pezzo di terra, posto nel luogo denominato S. Andrea.

Pergamene predette.

Anno salutifere incarnationis domini nostri Ihesu Christi. millesimo. centesimo. tricesimo. tertio. mense decembris. indictione. undecima. Ego Petrus qui dicor Iohannes de dodo castri nuovi habitator. Coram presentia Iohannis farulfi eiusdem castri iudicis suprascriptorumque testium. per fustem tradens bona mea voluntate vendidi tibi Benedicto quondam filio cuiusdam planisii. quamdam partem unius petie de terra mea que est infra fines et pertinentias predicti castri in parte videlicet que dicitur sancti andree. cum introitu exituque eius. et cum omnibus que intra se habentur. Que pars intra hos continetur fines. a prima parte est terra mercurii et intersunt passi XXX. a secunda est reliqua terra mea et intersunt passi LX et pes I. a tertia similiter est quedam parciuncula eiusdem terre mee et interfunt passi XXX. a quarta quoque est terra boni hominis sancti andree et intersunt passi LX coniungens se ad priorem finem. cuius passi mensura in ianua ecclesie sancti nycolay eiusdem loco designata est. Ex qua venditione mea recepi a te prenominate emptor solidos Romanatos tres et denarios X. Finitumque apud me dixi esse pretium inde. Voluntarie quoque guadiam tibi dedi qui supra emtor et medium posui Alferium de tasso et Iohannem ariani ut prephatam venditionem. Ego meique heredes tibi tuisque heredibus omni tempore defendamus ab omnibus

hominibus ex nostris partibus vos inde quesituris. Ex parte vero aliorum si defendere non potuerimus. aliam tantam et talem. et in consimili locatione facto iureiurando de colludio si a vobis pulsati fuerimus reddere me cum omni sua melioratione obligo vobis et meos heredes. Quod nisi adimpleverimus et vos inde in angustiam miserimus componamus vobis solidos viginti et quod prelectum est adimpleamus. Quod te Robertum Notarium Iohannis ziti iudicis filium eo modo scribere rogavi. actum in castro novo feliciter.

✠ Ego qui supro Iohannes iudex.

✠ Signum crucis feci ego Lando casalopede testis rogatus.

✠ Ego Iohannes malefacius testis qui interfui.

XV.

Anno 1134. Gennaio 12ª indizione — Monte S. Angelo.

Maraldo Malaterra dona una casa al monastero di Monte S. Angelo.

Pergamene predette.

Anno incarnationis Ihesu christi millesimo centesimo tricesimo quarto. Quinto anno regnante domino Rogerio Sicilie et Italie invictissimo rege. mense januarii duodecima indictione. Ego Maraldus filius iohannis malaterra. civitatis montis sancti michaelis archangeli. coram presentia iohannis iudicis testiumque subscriptorum. Intus in eadem civitate. offero et per fustem trado . . . . vinosam que manet iuxta domum gursenolfi filii lande et iuxta domum sancti leonardi in manus domini viti prioris. eiusdem fratris sui berardi . . . . qui cedit. anime mee invicem sancte ecclesie beati leonardi una recipientibus predictis monachis et cum eisdem astante atque recipiente Sassone condam filio sinnorelli . . . . ecclesie advocato. totum offerimus quantum cartula nostre emtionis continet. Et ego cura maria uxor predicti viri sicilet maraldi. . . . . fratre et mundualdo meo offero quartulam et per fustem trado. que mihi in eadem domo pertinet. coram presentia predicti iudicis et subscriptorum testium. . . . . predicti viti monachi. silicet dominus prior vitus et berardus in vicem prefate ecclesie quecumque eorum vel aliorum. . . . . firmanda itaque et roboranda hac nostre offertionis cartula guadiam eis voluntarie dedimus. et sibi. . . . . olim filium iohannis alfarani ut si aliquando tempore nos vel nostri heredes hanc oblationem supradictam. a prefata. . . . . viris vito priori et monacho et suo socio berardo vel omnibus suis posteribus subvertere vel removere niteremur. . . . . penitebit. aut hanc cartam irritam vel falsam esse dixerimus. quinquaginta solidos aureos eis in vice pre. . . . . ecclesie componamus. Hoc scripto denique in suo permanente vigore. Unde ego fideiussor tribuo me meosque heredes ad pignorandum omnia nostra pignora licita et illicita donec premissa adimpleantur. Hoc scriptum scripsi ego Gaderisius notarius imperialis interfui.

. . . . iudex cartam quam signo Iohannes.

✠ Signum crucis proprie manus ursonis rotharis est.

✠ Ego Iohannes ✠ notarius.

XVI.

Anno 1134. Aprile 12ª indizione — Capua.

Pietro Monaco di Aversa avendo ricevuto in enfiteusi, da Gualtieri abate de'monasteri di S. Lorenzo di Aversa e di Capua, tre pezzi di terra posti fuori la città di Capua presso la chiesa di S. Agostino, li concede in succenso a'coniugi Goffredo Blanco e Mobilia, durante la loro vita.

Pergamene predette.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. anno ab incarnatione eius millesimo centesimo tricesimo quarto. Et septimo anno principatus domini Robberti gloriosi principis. Mense apreli indictione duodecima. Ego petrus cognomine monachus filius quondam ------ (1) qui sum habitator prope monasterium ecclesie sancti laurentii situm prope civitatem aversanam. Declaro in presentia petri iudicis capuane civitatis et aliorum testium quia in presenti mense et indictione dominus Gualterius dei gratia venerabilis ac deo dignus abbas supradicti monasterii nec non abbas monasterii ecclesii sancti Laurentii siti intus predictam capuanam civitatem. quod subditum est suprascripto aversano monasterio. cum consilio et consensu monachorum predictorum monasteriorum confratrum suorum per cartam per ordinem convenientem dedit et tradidit mihi. integras tres petias de terra predicto monasterio capuano pertinentes. que sunt foras predictam capuanam civitatem prope ecclesiam sancti angustini. scilicet amodo et usque dum geffridus cognomine blancus et mobilia. uxor eius vixerint vel aliquis eorum vivus fuerit. Per finem vero et in omni ratione velut in ipsa mea dationis et traditionis carta contineri debet. que scripta debet esse per roggerium notarium. roborata vero per predictum petrum iudicem. Modo vero. Sicut mihi qui supra petro aptum et congruum est bona mea voluntate. quam et una cum licentia et volutate predicti domini abbatis domini mei. Per hanc cartam in presentia suprascripti petri iudicis et aliorom testium in subscripta ratione alieno et do et trado tibi videlicet predicto geffrido cognomine blanco. filio quondam gerberti. qui es habitator predicte capuane civitatis. tibi tamen pro vice tua quam et pro parte et vice mobilie uxoris tue hoc est integras predictas tres petias terre quantum et qualiter per predictam cartam mihi sunt pertinentes. sicut dictum est. Quarum prima est sedilia. et hos habet fines. A parte orientis est finis terra supradicte ecclesie sancti augustini. A parte meridiei et a parte occidentis est finis via publica. que est intus hanc terram et subscriptam secundam petiam terre. A parte septemtrionis est finis terra filiorum quondam iohannis frunsi. Secunda petia terre est ibique. et hos habet fines. A parte septemtrionis est finis supradicta via publica. Et finis terre filiorum quondam supradicti iohannis frunsi. A parte occidentis est finis terra filiorum quondam supradicti iohannis frunsi. et finis terra ecclesie sancti petri que dicitur ad cennamiscos. A parte meridiei est finis terra iohannis aloare. et finis terra symeonis iohannis lupi. et revolvit contra partem septemtrionis iusta ipsam terram. et iusta terram iohannis ferrari. et iterum revolvit contra partem orientis iusta terram supradicti iohannis ferrari. et volvit directe usque in viam publicam. A parte orientis est finis ipsa via publica. Tertia vero petia terre est ibi. habetque hos fines. A parte orientis est

(1) Queste lineette indicano che la pergamena in questo luogo non è scritta.

finis terra iohannis donati. A parte meridiei est finis terra supradicte ecclesie sancti augustini. A parte occidentis sunt vie publice. A parte septemtrionis est finis terra supradicte ecclesie sancti augustini. et revolvit contra partem meridiei iusta eamdem terram. et iterum revolvit iusta eamdem terram et vadit directe contra partem orientis. Una cum omnibus inferioribus ac superioribus suis. et cum viis suis ibidem intrandi et exeundi atque cum omnibus suis pertinentiis. et insimul cum ipsa carta per quam illud mihi fuit pertinens ut dictum est in quantum ad defensionem supradicte alienationis pertinere videtur. ego qui supra petrus tibi qui supra . . . . tua et suprascripte uxoris tu. illud alienavi et dedi et tradidi. observata comuni subscripta ratione. Ita tamen ut tu qui supra geffridus et supradicta mobilia uxor . . . . omnibus diebus vite vestre. vel donec aliquis ex vobis vivus fuerit. teneatis et fruamini illud. Omnes vero fruges et labores census vel dationes quas exinde iusta ratione tollere et habere potueritis. vestre sit potestatis. Tamen ad agnitionem possessionis supradicti monasterii. omni anno singulo veniente in festivitate sancti laurentii que venit de mense augusto vel usque ad octavas ipsius festivitatis. detis et reddatis predicto monasterio vel eius parti. censum. scilicet de olivano bono iusta ratione libram unam. bene pensatam. Quod si illud per ipsam rationem non persolveritis ut dictum est. in duplum illud parti suprascripti monasterii componatis. quoniam sic inter nos convenit. Quod si tu qui supra geffridus ante predictam mobiliam uxorem tuam mortuus fuerit. similiter ipsa teneat et fruatur ipsas predictas petias terre per prescriptam rationem ut dictum est omnibus vite sue diebus. Tamen observans subscriptam rationem. Ut a die obitus tui in antea usque in unum mensem completum. de custodibus vel rectoribus aut parti suprascripti monasterii. tarenos aureos bonos monete amalfie pensantes iusta artione sexaginta. et omni anno singulo vertente persolvat ipsum censum suprascripto monasterio aut eius parti per predictam rationem sicut dictum est. Quod si illud non persolverit sicut superius dictum est per supradictam rationem. in duplum illud parti suprascripti monasterii persolvat. Post obitum vero tuum et suprascripte uxoris per predictam rationem ut dictum est. predicte tres petie de terra revertantur in potestate et proprietate ac possessione suprascripti monasterii. quum sic inter nos convenit. Et obligo ego qui supra petrus me et meos heredes tibi qui supra goffrido. et predicte mobilie uxoris tue. integram ipsam alienationem defendere et antestare. observatis tamen supradictis rationibus ut dictum est. ab omnibus illis hominibus et partibus qui pro parte vel dato meo vel de meis heredibus vobis exinde aliquam molestationem inferre quesierint quibuscumque modis scripto vel absque scripto. Cum aliis vero omnibus hominibus et partibus etiam et cum illis de quibus me et meos heredes obligavi. quando volueritis licentiam et potestatem habeatis inde esse actores et defensores. vice mea meorumque heredum. cum ista alienationis carta et cum predictis cartis et cum aliis nostris et vestris rationibus quomodo et qualiter melius potueritis et volueritis. Et quidquid exinde facere volueritis et potueritis. quemadmodum nos inde facere debuissemus et potuissemus. observatis supradictis rationibus vestre sit potestatis. Et quando volueritis defendamus vobis illud sicut superius obligavi. observatis tamen supradictis rationibus. Si autem ego qui supra petrus vel mei heredes non fecerimus et non compleverimus vobis ea omnia per ipsum ordinem qui prelegitur. vel si hanc cartam de quibus continet per qualecumque ingenium disrumpere aut removere quesierimus. observatis supradictis rationibus. quinque bizianteos solidos aureos bonos pena me vel meos heredes vobis componere obligo. et omnia supradicta vobis vel eis compleamus. et hec carta de quibus continet firma permaneat in supradictis rationibus. Et de his omnibus complendis ego et mei heredes vobis ut supra leguntur. Sicut inter nos convenit. in presentia supradicti petri iudicis et aliorum testium. guadiam tibi qui supra geffrido pro vice tua et supradicte uxoris tue

dedi. et fideiussorem tibi inde posui per convenientiam me ipsum. Unde si necesse fuerit ad pignerandum obligo ego qui supra petrus per me ipsum fideiussorem me et meos heredes. tibi qui supra goffrido et predicte mobilie uxori tue. Nominatim boves. vaccas: equos et equas. et porcos nostros. et de aliis rebus nostris usque ad legem. Et taliter ego qui supra petrus qualiter mihi congruum fuit. et sicut inter nos convenit: cum licentia et voluntate predicti domni abbatis. hec omnia supradicta ut dictum est. feci.· et te predictum Roggerium notarium qui interfuisti scribere rogavi.

✠ Capue ✠

✠ Ego qui supra Petrus iudex.

XVII.

Anno 1135. 17 Gennaio 13ª indizione — Napoli.

Pietro Mastalo essendo stato ascritto *in sacros disticos et regula* nel monastero dei SS. Severino e Sossio della città di Napoli, da quell'abate Giovanni, dona al detto Monastero una sua terra denominata *at saccum,* sita nel luogo detto *Cambrane quod est foris flubeum.*

Pergamene predette.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi: Imperante domino nostro Johannes porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo et tertio sed et alexium eius filium porfirogenito magno imperatore anno sextodecimo: die septima decima mensis ianuarii indictione tertia decima neapoli: Certum est me petro qui nominatur demastalum naturali filio quondam domini stephani qui nominatur demastalum: A presenti die promptissima voluntate: propter quod vos videlicet dominus Johannes venerabilis abbas monasterii sanctorum seberini et sossii. ubi eorum venerabilia quiescunt Corpora: vos autem una Cum cunctas Congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii me dignastitis recipere in ipso vestro monasterio et me ibidem atfratastitis: etiam et in presentis me ascripsistitis in sacros disticos et regula memorati vestri monasterii: proinde et ego memorato petro qui nominatur de mastalum per hanc chartulam offertionis pro dei omnipotentis amore et pro mercedis et redemptionis seu salbationis anime mee et de quondam anna Conius mea ut ic et in futuro seculo. requie de peccatis nostris invenire baleamus aput eternum dominum retributor omnium bonorum operum: offeruimus et tradidimus vobis memorato domino Johannes venerabili abbati memorati sancti monasterii iam dictorum sanctorum seberini et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt Corpora vobis autem et at Cuncta Congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio. Idest integra petia de terra mea que nominatur at saccum posita vero in loco qui nominatur Cambrane quod est foris flubeum una Cum arboribus et fructoras suas et cum integrum palmentum et subrectorium suum proprium meum simul frabitum intus se et Cum introitas et anditas seu biis earum et omnibusque eius generaliter et in integro pertinentibus: pertinente vero michi exinde integra medietas per Comparatum per chartulam comparationis mea: quantum exinde fecerunt maria que nominatur ferrara et drosu et landolfo et sergio. hoc est genitrice et filiis thia et

exadelfis cognatis meis: et alia medietas exinde mihi pertinet per memorata quondam anna conius mea per chartulam donationis et deditionis et per dispositum de memorata conius mea: que vero memorata chartula comparationis et memorata chartula deditionis et iam dictum dispositum: una cum alie due chartule Comparationis exinde Continente quas fecerunt Johannes cum mammulo filio quondam leoni mammuli. una cum voluntate marenda conius sua: at sergio isabro amalfitano filium quondam Johannis isabri amalfitani et at sellicta hoc est iugalium: set una ex ipse chartule comparationis et recetatiba exinde continente quod fecit vero Johannes qui nominatur mammulo. filio memorati quondam leoni mammuli. una Cum voluntate maria que marenda clamatur posteriora conius sua: at memorato sergio amalfitano et at memorata sellicta iugalibus. Iterum et due notitie testatem exinde continte una que fuit de memorata conius mea: et ipsa alia de memoratis venditoribus meis insimul aput memorato monasterio ille remisimus. cum omnia que continet: pro vestra posterisque vestris defensione: et Coheret at memorata integra petia de memorata terra que vobis et per vos in ipso vestro monasterio offerui Cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur. de uno latere parte orientis est terra de illi scintilla seu et terra chartule Congregationis ecclesie sancti georgii. Catholice maioris: sicuti inter se egripus et lebata et terminus exfinat: et de alio latere parte occidentis est terra: monasterii sanctorum festi et desiderii. seum et terra ecclesie sancti Johannis qui appellatur in Curte unde et memorato vestro monasterio dominius est: sicuti inter se terminis exfinat: et de uno capite parte meridiana est terra ecclesie sancte marie que appellatur - - - - (1): seu et terra de memorata ecclesia sancti georgii catholice maioris. sicuti inter se terminus exfinat: et de alio capite parte septentrionis est terra memorate chartule congregationis memorate ecclesie sancti georgii: catholice maioris: et terra heredes quondam domini gregorii. qui nominatur de domino actio et de Consortibus suis: sicuti inter se terra exfinat: De quibus nichili mihi exinde aliquod remansit aut reserbabimus nec in aliena cuiusque personas quod absit Commisit aut iam committo potestate: set a presenti die et deinceps a me vobis et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio sit offertum et traditum in vestra vestrisque posteris et de memorato sancto et venerabili vestro monasterio sint potestate. ad abendum et possidendum illut ibidem usque in sempiternum et quidquid exinde facere volueritis ab odierna die semper in omnibus liberam exinde abeatis potestatem: et neque a me memorato petro qui nominatur demastalum neque a meis heredibus nec a vobis personas summissas nullo tempore nunquam nos memorato dominus Johannes venerabilis abbas monasterii sanctorum seberini et sossii. ubi eorum venerabilia quiescunt Corpora vos autem una cum cunctas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii aut posteris suis sub memorato vestro monasterio quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione vel molestia per nullum modum a nunc et in perpetuis temporibus: Insuper omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio exinde in omnibus illut antestare et defendere debeamus da omnes omines omnique personas: Verum tamen per anc chartulam stetit inter nobis ut ipsa integra petia de memorata terra quam superius vobis et quam in ipso sancto vestro monasterio offeruit Cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur. In mea cunctis diebus vite mee sint potestatem illas tenendi et dominandi seu frugiandi. fruendi et commedendi et de ipsas frugias faciendi exinde omnia que voluero vite mee: at vero meum obitum tunc memorata integra petia de memorata terra quam superius vobis et per vos in memorato vestro monasterio offeruit cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur atque ipsas frugias quas inde tollerem habuero in vestra vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio rebertant et sint

1) Qui la pergamena non è scritta.

potestate faciendi que volueritis in omnem ordinem et tenorem ut super legitur: quia ita nobis pro dei amore placuit. Si quis autem potens vel impotens omo secularis aut sacerdotalis ordine Contra hanc chartulam offertionis venire presumserint et ea ebacuare voluerint per se aut per summissas personas. sub anathematis vinculis sit obligatus at trecentorum decem et octo patrum beniatis maledictio quod continet in centesimo hoctabo psalmos. siat eis. sicut dathan et abiron atque bibos obsorbat terra et sicuti ad acetofel consiliario dabit: et sicut ad anania et saffira qui mentientes ante pedes apostolorum espiraberunt. parteque abeat cum anna et caifas et cum iuda traditore domini nostri Ihesu christi et cum omnibus ereticis et scismaticis tenebrosam partem possideant. Insuper Componat ipse et suos heredes in memorato vestro monasterio auri solidos centum bithianteos et ec chartula offertionis hut superius legitur sit firma scripta per manus gregorius Curialis per memorata indictione ✠ hoc signum ✠ manus petri demastalum quod ego qui memoratos ab eu rogatus pro eu subscripsi et oc memorati sumus qualiter apud memorato vestro monasterio stetit una chartula promissionis recetatiba quam fecerunt Iohannes dano qui vocatur cariturο et gemma hoc est iugalibus prebignis meis genero et filia quondam petri mulinato et de memorata hanna conius mea cum onnia que continet pro defensione de memorato vestro monasterio.

✠ Ego Iohannes Curialis testi subscripsi.
✠ Ego petrus filius domini petri testis subscripsi.
✠ Ego leo filius domini leoni testi subscripsi.
✠ Ego gregorius curialis complevi et absolvi pro memorata indictione ✠

XVIII.

Anno 1135. 8 Marzo 13ª indizione — Napoli.

Bonifacio abate del Monastero de' SS. Sergio e Bacco di Napoli concede al suddiacono della Chiesa Napoletana Sergio di Tauro alcuni pezzi di terra di pertinenza del monastero di S. Pietro Apostolo posto nel luogo denominato *Calisto* , *foris flubeum*, con obbligo a Sergio di edificare a sue spese una chiesa nel luogo detto *Casabolara*, e di esercitarvi i divini uffizi.

Pergamene predette.

In nomine domini dei Salvatoris nostri Jhesu Christi imperante domino Johannes porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo tertio sed et alesium eius filio porfirogenito magno imperatore anno sexto decimo die octaba mensis martii indictione tertia decima neapoli. Certum est me sergius subdiaconus sancte sedis neapolitane ecclesie qui nominatur de tauro filio quondam domini gregorii qui iterum de tauro vocabatur et quondam domina drosu honesta femina iugalium personarum. A presenti die propter quod vos videlicet dominus bonifacius venerabilis abbas monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregata est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani quod appellatur casa picta situ in biridiarium. Vos autem una cum cunctas congregationes vestras monasterii memorati sancti et venerabilis vestri monasterii mihi

dedistitis per chartulas quas vos mihi odie fecistitis petia integra et nullibi distructa propria memorati sancti et venerabilis vestri monasterii vocabulo beatissimi petri christi apostoli que sita est in loco qui nominatur calistum quod est foris flubeum: Una cum integra petia de terra propria de memorata ecclesia da quo est ipsa ecclesia seu et cum integras alias omnem fundoras et terris iuris proprie memorati vestri monasterii de memorato loco calistum. Iterum et cum integrum campum unum de terra: arco at situm et exaudum de memorato vestro monasterio positum vero in loco qui nominatur at rium de sola ipsius parte foris flubeum: quamque et integra clusuria de terra cum integrum fundum de terra: seu et integra corrigia de terra insimul proprium memorati vestri monasterii positum vero in loco qui nominatur casa balera quod vocatur parare foris flubeum insimul una cum arboribus et fructora suas et cum palmentas et subrectorias suas que sunt intus memorata terra vestra de memorato loco Calistum: et intus memorata clusuria de memorata terra vestra de memorato loco Casabalera seu et cum integra medietate vestra de quantum aqua bibens que est intus fundum nigro qui nominatur de penum: et cum introitas et anditas seu biis earum et omnibusque eius generaliter et in integro pertinentibus: et coheret at memoratum integrum campum de terra memorati vestri monasterii de memorato loco rium de sola a parte orientis est silba et resina insimul proprium memorati vestri monasterii et a parte occidentis qualiter descendit et vadit intus in mare proprium memorati vestri monasterii qui nominatur at ostentum: et a parte meridie ecclesia destructa et: ha foris ipsa bia est terra quod detinet illi germani: tui: et consortibus suis: et a parte septemtrionis est memoratum rium de sola qualiter descendit usque in fundum ex ipsu rium: sicuti rium aqua exfinat: et at memoratum fundum memorati vestri monasterii de memorato loco casabalera. iterum coheret sibi a parte orientis bia pubblica et a parte occidentis est terra memorati Johannis depinum: sicuti inter se sepis exfinat: et parte septemtrionis est fundum memorati Johannis depinum ubi est memoratu puteu communi sicuti inter se sepis et terra exfinat et a parte meridie est fundum diaconie ecclesie sancti sergii de platea hagustali de monasterio ad baianium.

Similiter et at memorata clusuria de terra memorati vestri monasterii. Iterum coheret sibi a parte orientis bia pubblici et a parte occidentis est terra ecclesie sancte marie at plactia sicuti sepis exfinat bia publica: et in ipsa parte septentrionis est et a parte meridies est terra de memorato Johanne depino et a parte septemtrionis est intersicum de terra de memorata ecclesia sancte marie at plactia: et memorata Corrigia de memorata terra iuris propria de memorato vestro monasterio. Iterum Coheret sibi de uno latere parte orientis est terra de illu apucefalum sicuti inter se sepis exfinat: et de alio latere parte occidentis est terra sancte marie que vocatur at plactia quod detinet dominus Iohannes clerico qui nominatur marcellino: de uno capite parte meridies bia pubblica . . . . parte septemtrionis est terra de memorata ecclesia sancte marie at plactia: hec autem memorata integra . . . . destructa propria memorati vestri monasterii iam dicto bocabulo sancti petri de memorato loco calistum: una cum memorata integra petia de terra in qua est memorata ecclesia et cum memoratos omnes fundoras et terris memorati vestri monasterii de memorato loco calistum: iuris proprie de memorata ecclesia et de memorato vestro monasterio seum et cum memoratum campum vestrum de memorato loco rium de sola qui vocatur . . . . clusuria et iam dictum fundum et prensa . . . . . memorata corrigia de memorata terra memorati vestri monasterii de memorato loco Casabalera et cum omnibus sibi pertinentibus ut superius legitur domino deo volente me ibidem rectore ordinastitis a nunc et omnibus diebus vite mee: In eo enim tenore . . . . . et omnibus diebus vite mee. In mea sunt potestate eos tenendi et dominandi seu frugiandi fruendi et Comedendi et de ipsas frugias faciendi exinde omnia que

voluero vite mee in omnem ordine et tenore sicuti et quomodo in omnibus ipsa chartula per vos michi exinde odie fecistis que aput me abeo bidetur Continere proinde et ego memoratus sergius subdiaconus memorate sancte sedis nostre et ecclesie que nominatur de tauro per anc chartulam promicto et atsigno vobis memorato domino bonifacius venerabilis abbas monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatus est in memorato monasterio sanctorum theodori et sebastiani quod appellatur casa picta situm in biridiarium: nos autem cum cunctas Congregationes vestra monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: quatenus da die presentis ego fravicare memorata integra ecclesia vestra iam dicta sancti petri de memorato loco calistum cum pisse et calce seu putholanum . . . . omni meo expendiu: et da intus et da foris illa tonicare et salvidire debeas ad omni meo expendio : et ibidem regie facere debeas et aranti et frontali ibidem ponere et abere debeas: et ubi fuerit memorata ecclesia Conciata et Cohoperta in presentis illa edificare facias ad omni meo expendium: Iterum et ego in memorata ecclesia sancti petri die noctuque omnem officium sacerdota ibidem facere et exibere debeas seu facere facias hoc est besperos et matutinas et missarum sollemnias et oris laudibus et luminariorum concignationem ibidem facere et exigere debeas seu facere facias sibe ante ora vel ad ora haut post ora ut meruerit ecclesias de foris ut aput domino sed et vobis exinde mercis aterescat et coram ominibus laus erit et si aliquod bonum ecclesie sancti petri offertum vel datum fuerit sibe a biribus vel a mulieribus si fuerit . . . . . . mobile in mea sint potestatem quod voluero: si autem . . . . fuerit sibe prelium ut codicem vel talis causa propter sacramentum ex ipsa ecclesia post meum obitum ibidem remanere debeat. Iterum et ego totius diebus vite mee vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio dare et donare debeo per omni annuo idest oblate paria tua

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Ego Sergius curialis complevi et absolvi per memorata indictione.

XIX.

Anno 1135. 27 . . . . 13ª indizione — Napoli.

Simone del Prete riceve in enfiteusi da Bonifacio abate del Monastero de' Ss. Sossio e Bacco di Napoli una terra posta nel luogo detto *Melito Maggiore*.

Pergamene predette.

In nomine domini dei Salvatoris nostri Jhesu Christi. Imperante domino nostro Johannes porfirogenito magno imperatore . . . . eius filius porfirogenito magno imperatore anno sestodecimo die vicesima septima mensis . . . . indictione tertia decima neapoli: Certum est simeone qui nominatur de illum presbiterum filio quondam stephani de loco qui nominatur malitu maiore: A presenti die promptissima voluntate promicto vobis domino bonifactio abbati . . . . . . quod nunc congregata est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani quod appellatur casapicta situm in biridiarium: Vos autem venerabilis cunctas congregatio monachorum sancti et venerabilis vestri monasterii propter integra petia de terra vestri memorati sancti monasterii pertinente est clusuria posita vero in memorato loco malitu maiore at illa cruce memorati vestri monasterii cum arboribus et fructoras suas et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: Coherente a parte orientis et septemtrionis sunt bie publici ubi est illa cruce et illu . . . . memorati vestri monasterii sicuti inter se sepis exfinat: et a parte meridies fundu . . . . de illu presbitero sicuti inter se sepis exfinat et a parte occidentis sunt duas fudoras quod in vestre reserbastitis potestatem: ubi abitant Johannes mactioni et . . . . hec autem integra petia de terra memorati vestri monasterii pertinentes cum omnibus eius pertinentibus ut superius legitur michi vita mea: et da post meu obitum at quidam marino et Johanne uterinis germanis filiis meis quod ego abeo de quondam domina gaudi conius mea vite illorum illos dedistitis at detinendum et ad dominandum seu laborandum: In eo enim tenore quatenus ego et memoratis uterinis germanis filiis meis vite mee et vite illorum per omni annuo illos arare et de nostra semente illut seminare et vitare (1) debeamus ad omni nostro expendio: etiam et ibidem da die presentes facere et ab . . . . . . debeamus: Casa et curte et area et ortu vite tue et da post meum obitum memoratis filiis meis vite illorum: Caucumminas (2) vites per omni annuo ibidem ponere et plantare debeamus per abto tempore ad omne nostro expendio ut meruerit sicut iustum fuerit: et per omni annuo exsinde lutamenctare (3) debeamus quascumque terras potuerimus et arbores exsinde potare et propaginare recabalciare (4) debeamus et de giro in giro memorata integra petia de memorata terra at repistinare (5) et circumdare debeamus at nostro expendio et omnia que per omni annuo ibidem dominis memoratis dederis in quolibet seminatum. Inter nobis illut dibidamus ad . . . intus macerie quod ibidem fecimus per medietatem nos et posteris nostris et memorato vestro monasterio et ego vita mea si da post meu obitum memoratis filiis meis vite illorum alia medietas et per omni annuo vita mea et da post meu obitum memoratis filiis meis vice illorum illud metere et adunare et scugnare (6) debeamus at nostro

(1) Piantare le viti.
(2) Prati.
(3) Letaminare, concimare.
(4) Rincalzare.
(5) Ripiantare.
(6) Trebbiare.

expendio: et da illut metierimus et scugnaverimus una persona omni annu vobis et . . . debeamus at nostro expendio vinum vobis mundum et saccapanum (1) per quod omni annuo ibidem dominis dictis dederit: dibidamus illut inter nobis at palmentu de memorato loco per medietatem vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio medietas: et ego vita mea et da post meum obitum memorati filiis meis vite illorum alia medietas: et ipsa medietas vestra quod vobis exinde venerint vos et posteris vestris inde illut atducere faciatis at vestrum expendium et per omni annuo ego et memoratis filiis meis vite nostre vobis vestrisque posteris illut reserbare debeamus in ortu viris nostris usque in die tertia: iterum et per omni annuo ego vite mee et da post meum obitum memoratis filiis meis vite illorum vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio dare et dirigere debeamus octo dies ante festivitatem sancti sebastiani idest auri tari quadtuor boni de amalfi diricti et pesanti et duos pullos bonos asque omni ammaricatione et nullatenus presumetis vos vel posteris vestris aut memorato vestro monasterio michi vita mea et da post meum obitum at memoratis uterinis germanis filiis meis vite illorum memorata integra petia de memorata terras cum omnibus suis pertinentibus ut super legitur tollere per nullum modum vel ego vita mea et da post meum obitum memoratis uterinis germanis filiis meis vite illorum illos pastenantes (2) et arbustantes in omni annuo vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio adimplentes qualiter superius legitur et vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio michi vita mea et da post meum obitum at memoratis uterinis germanis filiis meis vita illorum illos defendere debeatis da omnes ommines omnique personas dum illut in oc placito atlhaborandum tenuerimus: post autem transitum dè memoratis filiis meis de illum qui ex eis postea obierit. tunc memorata integra petia de memorata terra cum memorata casa et curte et area seu hortum quod ibidem fecerimus cum omnibus eius pertinentibus ut superius legitur in vestra vestrisque posteris et de memorato vestro monasterio rebertant et sint postea cuius iure fuerit et cui illut laserere volueritis vestre sint postea ut contra vel similiter hasque nostra voluntate exinde dicto domino fecistis quod aput nos abemus quia ita nobis stetit. si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in ipso monasterio auri solidos triginta bithianteos ✠ et ec chartula ut superius legitur sit firma scripta per manus gregorius curialis per memorata indictione ✠ hoc signum ✠ Simeoni ab eo rogatus per eum ut supra ✠

✠ Ego Johannes scriniarius testi subscripsi ✠

✠ Ego Gregorius filius domini Johannis testi subscripsi ✠

✠ Ego sergius filius domini Johannis testi subscripsi ✠

✠ Ego gregorius curialis complevi et absolvi per memorata indictione ✠

presentata apud acta magne curie per notarium antonium de Stabili procuratorem domini abbatis sancti sebastiani die XIII septembris sexte indictionis neapoli.

---

(1) Inacquato, cioè quel vinetto che si ricava, dopo fatto il buon vino, dalle bucce dell' uva spargendovi sopra dell' acqua.

(2) Da piantare.

XX.

Anno 1136. 6 Giugno 14ª indizione — Napoli.

Conio di Tauro suddiacono della chiesa napoletana riceve dall' abate del monastero de' Ss. Sergio e Bacco la chiesa di S. Pietro a Calasto *foris flubeum* con tutte le terre di pertinenza del predetto monastero, site in quel luogo di Calasto; con obbligo che Sergio debba fabbricare, intonacare e coprire detta chiesa ed esercitarvi i divini uffizî.

Pergamene predette.

✠ In nomine dei et salvatoris nostri Jhesu Christi Imperante domino nostro Johannes porfirogenito magno Imperatore anno. . . . . mo quarto: sed et alexium eius filium porfirogenito magno Imperatore . . . . die sexta mensis Junii Indictione quarta decima neapoli. Certum est me . . . . Conius memorate sedis nostre ecclesie que vocatur de tauro filio quondam domini gregorii qui iterum de tauro. . . . . domine drosu honesta femina iugalium personarum: A presenti die promptissima voluntate pro . . . . abbas monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui vocatur casapicta. situm in viridiarium: vos autem una cum cunctas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter quod ego de antea repromisi at dominum . . . . et vestro: et at cuntas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii . . . . frabicare et conciare seu cohoperire cum tenula . . . . propria memorati sancti et venerabilis vestri monasterii bocabulo beatissimi petri christi apostoli qui situm . . . . . . idest foris flubeum: In qua ego pro frabicandum et cohoperiendum . . est pisarium de memorata ecclesia posui idest auri solidos quadraginta de ana . . . . antio ana quadtuor tari per solidum: proinde et vos memorato dominus Johannes venerabilis abbas monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatum est in memorato monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui vocatur casapicta situm in biridiarium: Vos autem una cum cuntas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: per alia chartula que nos mihi hodie fecistitis dedistis et tradidistis mihi memorato sergius subdiaconus memorate sancte sedis neapolitane ecclesie que nominatur de tauro integra ecclesia vestra bocabulo iam dicti beatissimi petri de memorato loco calistum ipsius parte foris flubeum una cum integra petia de terra propria de memorata ecclesia in quo est memorata ecclesia seum et cum . . . . . . alias omnes fundoras et terris proprie memorati nostri monasterii. de memorato loco calistum: Iterum et . . . . campum vestrum memorati vestri monasterii pertinentis de terra recorritum et exandum de dicto vestro monasterio positum vero in loco qui nominatur atriu de sola: ipsius parte foris flubeum: quanque et integra cum integrum fundum de terra et cum integra corrigia de terra insimul posita . . . . . . casabalera: iam dicte parte foris flubeum: que sunt insimul proprium de dicto sancto vestro monasterio. . . . . insimul una cum arboribus et fructoras suas et cum palmentas et subtretoria que sunt in memoratis terris de dicto vestro monasterio de dicto loco calistum: et intus memorata clusuria de memorata casabalera et cum integra medietate vestra memorati vestri monasterii pertinentes de integrum puteum . . . qui est intus fundum de heredes quondam Johanne nepote qui nominatur de bonitum: et cum introytas et anditas seu biis earum et omnibus que eius generaliter et in integro pertinentibus: et coheret at memorata casabalera de terra de dicto loco riu de sola:

a parte orientis est rius et resina insimul proprium memorati vestri monasterii a parte occidentis qualiter descendit et badit intus in mare memorati vestri monasterii passos tres et a parte meridies est bia distructa: et a foris memorata bia est terra de illi gaytani et de consortibus illorum: et a parte septentrionis est ipsu riu de sola sicuti aquas exfinat: et memoratum fundum de memorato loco casabalera: Coheret sibi a parte orientis est bia publica: et a parte occidentis est terra de dicti heredes iam dicti iohanni de bonitus ut sepis exfinat: et a parte meridiana est fundum diaconi et ecclesie sancti gregorii in . . . . de platea hagustale: et a parte septentrionis est fundum de memorato Johanne de bonito et memoratum puteum comune: iterum et coheret at memorata clusuria de dicti memorati vestri monasterii de dicto loco casabalera: ha parte orientis est memorata bia publica: et a parte occidentis est terra . . . . marie at plactia: et a parte meridiana est terra de dictis heredes de memorato Johanne de bonito . . . . . et a parte septentrionis est bia publica: et in ipsa parte septentrionis. . . . . . . memorate marie at plactia: et at memorata corrigia de dicta terra de memorato vestro monasterio iterum . . . . . latere parte orientis est terra de illi aputrefali: sicuti sepis exfinat: et a parte . . . . est terra de memorata ecclesia sancte marie at plactia: et de uno capite parte meridiana bia publica et de alio capite parte septentrionis est terra de memorata ecclesia sancte marie at plactia. . . . . integra ecclesia vestra propria memorati vestri monasterii bocabulo sancti petri de dicto loco calistum: una cum memorata petia de terra ubi est memorata ecclesia et cum memoratas omnes fundoras et terris memorati vestri monasterii de memorato vestro monasterio de memorato loco calistum: seum et cum memoratum campum de memorata terra de memorato vestro monasterio de memorato loco rium de sola: quanque et calusuria memorata terra et memoratum fundum et momorata corrigia de memorata terra simul proprium memorati vestri monasterii de memorata terra casabalera: et cum omnibus eius pertinentibus ubi domino deo bolente me ibidem . . . . . . a nunc et omnibus diebus vite mee: in eo etiam tenore quatenus a nunc et omnibus diebus vite mee in mea sint potestatem illos tenendi et dominandi seu frugiandi . . . . comedendi et de ipsas frugias faciendi exinde omnia que voluerimus. . . . . . que in memorata ecclesia vestra sancti petri at frabicandum vel at tonicandum: et at cohoperiendum . . . . edificandum abuerit da die presentis ego illut facere debeas at meum expendium . . . in memorata ecclesia vestra sancti petri die noctuque omnem officium sacerdotalem ibidem facere . . . . . . seu facere facias. hoc est besperos et matutinas seu missarum sollemnium . . . . oris laudibus et luminariorum concignationes ibidem facere et exhibere debeas seu facere facias . . . sibe ad ora vel post ora haut ante ora: hut meruerit ecclesia de foras: etiam et si alium in memorata ecclesia officium vel datum fuerit sibe a biribus vel a mulieribus si fuerit mobiles in . . . . sint potestatem faciendi que voluero: si autem in moviles fuerit sibe pretium aut . . . vel talis causa pro ornamentum de memorata ecclesia post me nobiscum ibidem remanere debeas: iterum et ego totius diebus vite mee: vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio dare et dirigere debes per omniem annua hoblate paria dua. unu parium per natibitas domini et alium parium per sanctum pascam domini sine amaricatione: et non abeat licentia ego de memoratis terris que superius michi dedistis . . . . memorata ecclesia vita mea cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur exinde alicui vel . . . . aut largire vel alienare da memorato vestro monasterio et da memorata ecclesia per nullum modum: et si . . . . nostro bacua maneat et stet et possexio ipsa gratis rebertant in proprium . . . . monasterium et de memorata ecclesia cuius iure fuerit et cuy illut largire volueritis vestre . . . . . . tum abemus exinde si aliquod exinde at pensione vel allaborandum de . . . . . . aliter presumetis vos vel posteris vestris aut memorato sancto et venerabili vestro monasterio michi . . . . . . memorata integra ecclesia vestra sancti petri vel

aliquod exinde pertinentes at mea posterosque meos . . . . qualibet persona ominum de qualecunque ordine fuerit super me ibidem ponere vel . . . . . . are per nullum modum vite mee: set vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio michi vite mee . . . . . . defendere debeatis dà omnes omines omnique persona si adimplentur ego et . . . . vestrisque posteris et in memorata ecclesia vestra sancti petri et in ipso vestro monasterio homniaque ordine. . . . . seu tranxitum a tunc memorata integra ecclesia vestra sancti petri cum memorata pecia de memorata terra ubi . . . . . cum memoratis omnibus terris et fundoras que superius michi dedistis in eis . . . . . cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur : et cum memorata ecclesia sancti petri conciata et edificata et . . . . . cum omnibus eius pertinentibus in vestra vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio rebertant et potestate cuius iure fuerit et cuy illut largire volueritis vestre sint potestatis quia ita nobis stetit . . . . aliter fecerimus de iis omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio auri solidos sexaginta bithianteos ✠ et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus mei gregorius Curialis per memorata indictione ✠

✠ Ego sergius subdiaconus subscripsi ✠
✠ Ego Johannes curialis testi subscripsi ✠
✠ Ego gregorius filius domini Johannis testi subscripsi ✠
✠ Ego petrus filius domini sergi testi subscripsi ✠
✠ Ego gregorius Curialis complevi et absolvi per memorata indictione.

XXI.

Anno 1137. 16 Aprile 15ª indizione — Napoli.

Il prete Giovanni de Lucia riceve da Giovanni abate del monastero de' Santi Sergio e Bacco, durante la sua vita, varie terre, tra le quali una che discende fino al mare e che chiamasi *l' isola di S. Vincenzo,* su cui è edificata la diruta chiesa di S. Paolo, la quale si appartiene al detto monastero. Esso prete Giovanni però assume l' obbligo di restaurare quella chiesa e di esercitarvi i divini uffizî:

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi. Imperante domino nostro Johanne Porfirogenito magno Imperatore anno quadragesimo quinto sed et Alexius filius eius Porfirogenito magno Imperatore anno hoctobo decimo die sextadecima mensis Aprilis Indictione quinta decima Neapoli: Certum est me Johannis humili presbytero qui nominatur de lucia: filio quidem guydo Pisano et quondam maria iugalium personarum. A presenti die promptissima voluntate promicto vobis domino Johannis venerabili Abbati monasterii Sanctorum Sergii et Bachi qui nunc congregatus est in Monasterio Sanctorum Theodori et Sebastiani qui appellatur Casapicta situm in biridiarium: Vos autem una cum cunctas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii propter integra et . . . . . iuris propria memorati et sancti et venerabilis vestri monasterii bocabulo iam dicti sanctorum sergii et bachi qui est intus campum vestrum de terra proprium memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: qui est istus destructò castro lucculano: una cum memoratum integrum campum nostrum de memorata terra ubi est

memorata ecclesia: et cum integra petia de terra memorati vestri monasterii pertinentes ubi est ecclesia nostra distructa vocabulo Sancti pauli et cuius integra scapula de terra nostra qui ibi est a parte meridiana: qualiter descendit usque ad plagia nostra maris: qui dicitur de insula nostra sancti bincentii: et cum integra alia petia de terra nostra memorati nostri monasterii pertinentes sita ibi ipsum qui est super terra de illu barbarara: Iterum et cum integra halia petia de terra nostra de memorata ecclesia pertinentes posita vero in loco qui nominatur foris gripta: in caput de illa gripta scura: insimul cum omnibus eius pertinentibus: ubi domino deo bolente me ibidem custodem ordinastitis a nunc et omnibus diebus vite mee: in eo enim tenore quatenus ego a nunc et omnibus diebus vite mee: in memorata ecclesia vestra sanctorum Sergii et Bachi die noctuque omnem officium sacerdotale. ibidem facere et esibere debeas seu facere facias hoc est besperos et matutinas seu missarum solemnias et oris laudibus et luminariorum concignationem. ibidem facere et exibere debeas seu facere facias sibe ad ora haut ante ora vel post ora: ut meruerit ecclesia de foras hut aput dominum vobis eterni Christi inde meritis atcrescat: et coram hominibus laus: et pro alimoniis meis dedistitis et tradidistitis mihi a nunc et omnibus diebus vite mee memorata integra ecclesia sanctorum Sergii et Bachi. una cum memoratum integrum campu de memorata terra ubi est memorata ecclesia: et cum integri cassuas et cum scapulis et egripas suas. que ibidem sunt da parte orientis qualiter descendit usque ad illu mare vestrum memorati vestri monasterii pertinentes qui dicitur bibarellum: quod in vestra reserbastitis potestatem: qualiter badit intus in mare passos centum: et cum memorata integra petia de terra vestra sita ibi ipsum: qui est super ipsa terra de ipsu barbarara: seu et cum memorata halia petia de memorata terra vestra sita ibi ipsum hubi est memorata ecclesia vestra distructa sancti pauli et cum memorata scapula de terra vestra qui ibi est a parte meridiei qualiter descendit usque ad ipsa plagia vestra maris qui dicitur de sanctum bincentium. Iterum et cum memorata petia de dicta terra memorati vestri monasterii qui est in capite de ipsa gripta scura: da parte de foris gripta: insimul cum arboribus et fructoras suas et cum domibus et cellis seu griptis quanque camare et piscinis et palmentum et subrectorium suum. simul frabicis itus se: et cum alie omnem fravice istus se: et cum introitas et anditas seu biis earum: et omnibusque eius pertinentibus: in ea videlicet ratione quatenus insimul in mea cunctis diebus vite mee sint potestatem: illos tenendi et dominandi et ipsis rebus curiositer (1) laborandi et atlaborandum dandi asque scriptis: seu frugiandi fruendi et comedendi et de ipsas frugias faciendi exinde omnia que voluero: vite mee: et si aliquod in memorata ecclesia vestra sanctorum Sergii et Bachi: vel in eius domibus et cellis eius at conciandum: vel at recorticandum aut edificandum. abuerit ego vita mea illut facere et adimplere debeas at mecum expendium. hut iustum fuerit: iterum et si aliquod in memorata ecclesie offertum vel datum fuerit sibe a biribus vel a mulieribus. si fuerit movile in mea sint potestatem: faciendi que voluero si autem immovile fuerit sibe pretium aut codices vel talis causa pro hornamentum de memorata ecclesia post meu obitum: ibidem remanere debeas: et non abeam licentia ego de aliquod pertinentiis ipsius ecclesie pertinentes: vite mee exinde alicuy vel ubique exinde dare aut largire. aut vendere vel commutare vel da memorata ecclesia halienare aut da memorato vestro monasterio per nullum modum et si illut facere presumpsero bacuum maneat et sit et poxessio ipsa gratis rebertant in proprietatem de memorata ecclesia: et de memorato vestro monasterio cuius iure fuerit: irrito si exinde aliquod allaborandum dedero asque scriptis licentiam habeat: etiam et ego cunti diebus vite mee: vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio dare et dirigere

(1) Accuratamente, con molta cura

debeas. per omni annuo in vigilie de iam dicti sanctorum Sergii et Bachi auri tari quadtuor. boni de amalfi diricti et pisanti. pro faciendum vobis exinde omnia que volueritis intus memorato vestro monasterio: et ad ipsa ecclesia vos et posteris vestris invitare debeo. at bespere et at matutinas et at missa. in ipsa festivitate Sanctorum Sergii et Bachi set dictum campum vestrum exceptuastis exinde ille gripte da ille trabe faciendum cum quantum de ipse tecule per omni annuo exiet: que in vestra reserbastitis potestatem et nullatenus presummetis vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio michii vita mea memorata ecclesia sanctorum Sergii et Bachi cum omnibus eius pertinentibus ut supra legitur tollere vel me exinde iactare. vel aliquod exinde pertinentes a mea potestate subtrahere vel qualibet persona ominum super me ibidem ponere vel ordinare per nullum modum vite mee durante et facientes seu adimplentes ego. totius diebus vite mee vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio et in memorata ecclesia. omnia per ordine ut super legitur: set vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio michi vita mea. illos defendere debeatis da omnes omines omnique personas: adimplentes ego vobis et in memorato vestro monasterio et in memorata ecclesia omnia per ordine ut super legitur. Post autem meum transitum. tunc memorata integra ecclesia vestra sanctorum Sergii et Bachi cum memoratis nominabitis terris propriis memorati vestri monasterii et cum omnibus eius pertinentibus et cum quantum mihi per inventaneum axignavistitis. in vestra vestrisque posteris et dicto vestro monasterio rebertant et sint potestatem: cuius iure fuerit et cuy illut largire volueritis vestre sint potestatis. quia ita nobis stetit si autem aliter fecerimus de iis omnibus memoratis per quobis modum aut summissa personas tunc compono ego vita mea vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio auri solidos sexaginta bithianteos ✠ et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus gregorius curialis per mememorata indictione

✠ Ego Johannes umili presbitero subscripsi ✠
✠ Ego Sergius scriniarius testi subscripsi ✠
✠ Ego Johannes scriniarius testi subscripsi ✠
✠ Ego Sergius Curialis testi subscripsi ✠
✠ Ego Gregorius Curialis complevi et absolvi per memorate Indictione.

XXII.

Anno 1137. 22 Maggio 15ª indizione — Napoli.

Il chierico Giovanni Inferno dona a Giovanni abate del monastero de' Ss. Sergio e Bacco della città di Napoli uno intero campo di terra denominato *a Cepullari* in Mugnano, ed altre terre poste ne' luoghi denominati *Patruscano*, *Caloiana*, *Criscone*, *Jumelle*, *Frattula*, *Terzo* e *Trifone*.

Pergamene predette.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi Imperante domino nostro Johanne porfirogenito magno Imperatore anno quadragesimo quarto sed et Alexium eius filium porfirogenito magno Imperatore anno hoctabo decimo die vicesima secunda mensis magii Indictione quinta decima neapoli: Certum est me Johanne clerico qui nominatur inferno filio quondam domini gregorii qui iterum inferno bocabat et quondam domine

Janna honesta femina que fuit filia quondam domini gregorii. qui nominatur de domino niceta iugalium personarum: A presenti die promptissima voluntate pro dei omnipotentis amore et pro mercedis et redentionis seu salbationis anime mee et de memoratis iugalibus genitoribus meis ut ic et in futuro seculo requie de peccatis nostris invenire valeamus apud eternu dominu retributor omnium bonorum operum: offero et trado vobis domino Johanni venerabili abbati monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium. vos autem una cum cuntas congregationis monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio presentibus et futuris imperpetuum: idest integrum campu meum de terra qui nominatur at cepullari. positu vero in loco qui nominatur munianum: seum et integra terras meas de loco qui nominatur patruscanum: iterum et integras terras meas de loco qui nominatur caloiana et de loco qui nominatur criscone: similiter et integras terras meas de loco qui nominatur iumelle: et de loco qui nominatur fractula iterum et integrum fundum meum de terra de dicto loco munianum cum piscina intus in turre insimul una cum arboribus et fructoras suas et cum portionibus meis de cisternis seu piscinis et de palmentas et subtretorias simul comune de memorata locas: et cum dulicas et serole intus se: et cum introitas et anditas seu biis earum et omnibus que eius generaliter et in integra pertinentibus et possidentibus: seum per anc chartula die presentis offero et trado vobis et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio idest integrum ortum meum positum vero intus anc civitatem nostram ad introsana: et integra petia de terra mea posita vero in loco qui nominatur tertium quod est foris flubeum una cum arboribus et fuctoras suas et cum introitas suas et omnibus eius pertinentibus: pertinente vero michi per memoratis iugalibus genitoribus meis: seum et per parentorum nostrorum: et coheret at memoratum integrum campum de memorata terra que nominatur cepullari de memorato loco munianu que vobis et per vos in ipso vestro monasterio offerui cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur: de uno latere parte orienti . . . est terra de illi grassi parentibus meis: et de alio latere parte occidentis est terra de illi grassi et de illi roverella: et a parte meridies terra de illi trumarinum: et a parte septentrionis est iterum terra de ipsi grassi: et memorata terra de memorato loco patruscanu est coniunta cum terra de - - - - - - - - (1): et memorata terra de memorato loco caloiana est iusta terra - - - - - - - - - - - - et in dicta terra de memorato loco trifone est coniunctum cum terra - - - - - - - - - - - - - - : et memorata terra de memorato loco iumelle est iuxta terra - - - - - - - - - - - - - - - - : et memorata terra de memorato loco fractula est coniuncta hab una parte cum terra - - - - - - - - - et de alia parte cum terra - - - - - - - - - - - iterum et coheret at memorata integra petia de memorata terra de memorato loco tertium qui vobis et per vos in ipso vestro monasterio frui cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur ab una parte est - - - - - - et de alia parte est terra - - - - - - - : et da tertia parte est terra . - - - - - - - - et da quarta sua parte est - - - - - - - : et at memoratum integrum ortum meum qui superius vobis et per vos in ipso vestro monasterio offerui cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur similiter coheret sibi a parte orientis est - - - - - - - : et a parte occidentis est hortus heredis quondam domine siccelgarda honesta femina exadelfa nepote mea qui fuit conius domini petri cafari: sicuti inter se terra exfinat: et a parte meridiana est anditum comune sicuti inter se sepis exfinat: et per ipsu anditum comune ibidem introitum ingredit: et a parte septentrionis est hortum heredis quondam domini petri casacculi sicuti inter se terra et sepis exfinat: iterum per hanc chartula in pre-

(1) Queste lineette indicano che qui la pergamena è bianca, nè mai vi si è scritto sopra; così anche in appresso dove si trovano le stesse lineette.

sentis dedi et aput vos remisi. octo chartule membrane scripte et tres notitie testates. pro vestra posterisque vestris et de memorato vestro monasterio defensione. que sunt nomine primma chartula est laboratio qui fecit petro qui supra nomen dedoni filio quondam leoni de memorato loco munianum. at dominum stephanum cui super nomen inferno abio meo: secunda vero chartula est comutationes que fecerunt leone et gregorio. uterinis germanis filiis quondam domini petri monachi at dominum stephanum filium quondam domini gregorii : tertia vero chartula est comutationis quam fecit petrus curialis cui super nomen sillictum at dominum stephanum filio domini gregorii quarta vero chartula est promissionis que fecit petrus filius quondam formosi cui super nomen calenti et Johanne filium quondam leoni ocelis parentes at dominum stephanum filio domini gregorii quinta vero chartula est venditionis que fecit iohanne primicerius et gregoria hoc est iugales at cuntos sacerdotes et clericorum de duobus cartule de ecclesia sancti archangeli at miscutum et de ecclesia sancti rufi sexta vera chartula est creditoris que fecerunt vestre cunte congregationis de memorate ambe chartule de memorate ecclesie. at petro curiali filio quondam domini iohanni septima vero chartula est laborationis que mihi fecerunt stephanus qui nominatur nurci et landolfo genitori et filio hominibus meis: ipsa vero hoctaba chartula est deditionis quam fecit petro de primicerio at marino de urso: et ipse tres notitie equo modo dibisi memoratum campum cum quondam stephano et gregorio uterinis germanis qui sine proprium heredem defunti sunt qui fuerunt uterinis germanis meis que ipsis integris portionibus illorum mihi ceci . . . at sunt propter quod ipsis asque proprios heredes defunti sunt: Iterum que per anc chartula da die presentis offero et trado vobis et per vos iterum ipso sancto et venerabili vestro monasterio idest ic lictecare de omnes heredes quondam petro qui nominatur niurci qui super nomen cusitore hominibus meis de memorato loco munianum: seum et inclita casa de gregorio qui nominatur - - - - - - naturali et de giso meo qui ego procreabi: item quod - - - - - - - - de gisa mea insimul una cum uxoribus et filiis filiabus nuribus atque nepotibus illorum eorumque heredibus: et cum omnibus illorum pertinentibus de intus et foris: et cum omnem illorum censoras et regulis seu res ponsaticas et salutas atque angariis et serbitias et scaballicationibus et cum omnibus illorum dationibus omnibusque atiacentibus et pertinentibus eius : set memorato gregorio naturali et de giso meo. dare debeas per omni annuo vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio ipse et suos heredes at quante case de ominibus et heredibus suis refecerint pro unoquoque ana singulus tari in festibitate sancti sebastiani pro ipsum illorum defensaticum asque omni amaricatione nec non per anc chartulam offero et trado vobis et per vos in ipso vestro monasterio idest integras terras meas de loco qui nominatur panecoculo qui est iuxta terra - - - - - - - - - - - - cum omnibus eius pertinentibus: De quibus nihil michi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque personas quod absit commisit aut iam comicto potestatem: set a presenti die et deinceps a me vobis et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio sit offertum et traditum ad avendum et possidendum illut ibidem usque in sempiternum: set memoratis omnis heredes at memorato petro niurci omnia mea que superius vobis et per vos in ipso vestro monasterio hofferui cum omnibus eius pertinentibus memorato genitori meo illos atquiri et accactabi da publica potestate: et neque a me memorato iohanne clerico qui nominatur inferno neque a meis heredibus nec a vobis personas summissas nullo tempore nunquam vos vel posteris vestris vel memorato sancto vestro monasterio quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione vel molestia per nullum modum a nunc et imperpetuis temporibus: Insuper omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio ex ipsum omnibus memoratis que superius vobis offeruibimus cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur in omnibus antestare et defendere debeamus da omnes omines omnique personas

ostendentes vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio michi meisque heredibus memorate chartule et iam dicte notitie que aput vos remisi at relegendum et at fine faciendum ubique et semper fuerit et sic ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio in omnibus illut antestare et defendere debeamus da omnes omines omnique personas: etiam et dictas frugias de dicta terra de dicto loco ortum et quod ipsi territorio omni anno dare debeant memorato gregorio de giso et naturali meo et suos heredibus. exinde . . . . debeatis per omnem nocte bultu iam dicti sancti sebastiani asque omni pigritia usque in sempiternum et per omnem ebdomada canere debeatis et canere faciatis pro anima mea missa una per sexta feria asque omni pigritia mea in sempiternum: Iterum et de dictas refrugias de memorata terra de ortuum et de ille refrugias de memorato ortuum que superius . . . . pro vestro monasterio et decem tari bithiantei dare debes memorato grigorio naturali et dicto giso meo et suos heredes per omnem nocte vos et posteris vestris alluminare debeatis ipsum sanctum bultum de sancto sebastianu et ipsa missa canere faciatis per omnes ebdomade in sexta feria et sonare illa campana de memorato monasterio asque omni pigritia usque in sempiternum . . . . quia ita stetit atque vone voluntati complacuit Si quas autem quabis personas contra hanc chartulam offertionis benire presumserit et ea ebacuare voluerit se aut per summissis personis ab anatematis vinculis sit obligatus . . . . patrum veniat eis maledictio quod continetur in centesimo hoctabo psalmo feriat eis sicut dathan et abiron qui bibos hobsorbuit terra partemque abeat cum anna et caifas et cum iuda traditore domini dei et salbatoris nostri Jhesu Christi et cum omnibus hereticis et scismaticis sue bite a parte . . . . insuper componat ipse et suos. . . . . et posteris et in ipso vestro monasterio auri solidos ducentos bithianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus gregorius Curialis pro memorata indictione.

✠ Ego iohannes clericus subscripsi ✠
✠ Ego iohannes curialis testi subscripsi ✠
✠ Ego petrus filius domini stephani testi subscripsi ✠
✠ Ego gregorius scriniarius testi subscripsi
✠ Ego gregorius curialis complevi et absolvi pro memorata indictione.

XXIII.

Anno 1137. 26 Maggio 15ª indizione — Napoli.

Testamento del chierico Giovanni Inferno.

Pergamene predette.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi: Imperante domino nostro Johannes porfirogenito magno Imperatore anno quadragesimo quinto sed et Alexii eius filius porfirogenito magno Imperatore anno hoctabo decimo die vicesima sexta mensis magii indictione quintadecima neapoli : Dispositum factum a me Johanne clerico qui nominatur inferno filius quondam domini gregorii qui iterum inferno vocabat: et quondam domina anna honesta femina que fuit filia quondam domini gregorii qui nominatur de domino nicephoro iugalium personarum: de omnia mea hereditatem seu substantias de

intus et foris qualiter inferius legitur dispositum vero firmum et stavile permaneat imperpetuum: quod dixi dispono primum ut mastalus illa firmissima chartula quam ego facta habeo in monasterio sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium: per quidem dominus iohannes venerabilis abbas memorati monasterii et at cuntas eius congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis sui monasterii: de integrum campum de terra mea que nominatur at cepullarii. et de integrum fundum meum de terra cum integra piscina mea intus se: et de integra terra mea de loco qui nominatur patruscanum: et de integra terra mea de loco qui nominatur colaiana: et de loco qui nominatur trifone et de integra terra mea de loco qui nominatur iumelle et de integra terra mea de loco qui nominatur fractula: et de integrum ortum meum de inter ortua: et de integra petia de terra mea de loco qui nominatur tertium. quod est foris flubeum· Iterum et de integras terras meas de loco qui nominatur panecoculo: nec non et de inclite case de omnes heredes quondam petro qui nominatur niurci qui supra nomen cositore hominibus meis de loco qui nominatur munianum: et de inclita casa de grigorio qui nominatur - - - - - - naturali et de giso meo: qui ego procreavi in - - - - - (1) de gisa mea : et de omnibus eius pertinentibus : de omnia et in omnibus qualiter et quomodo memorata firmissima chartula offertionis continet sit firma et stavilis imperpetuum: set memoratum integrum campum qui nominatur at cepullarii cum memoratum integrum fundum meum qui in memorato monasterio offertum abeo cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur simul posita vero in loco qui nominatur munianum huna cum arboribus et fructoras suas et cum piscina mea intus memoratum fundum et cum atrium et tragaricum (2) et aquarium de memorata piscina: et cum introitas et anditas seu biis earum et omnibus eius pertinentibus: et coheret at memoratum integrum fundum qui in memorato monasterio offertum abeo cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur: ab una parte est - - - - - - - et de alia parte est - - - - - - - - et da tertia parte est - - - - et da quarta parte est - - - - - - - - - - - - - - - - - seu dispono hut post meum obitum siat offertum pro mea hanima et de dictis iugalibus genitoribus meis: in monasterio sancte marie qui appellatur de domina aromata idest integra petia de terra mea que nominatur at mosancirtum positam vero in loco qui nominatur - - - - - - : una cum arboribus et fructoras suas et cum introitas suas et omnibus eius pertinentibus ad avendum et possidendum illut in ipso monasterio usque in sempiternum : et est coniunta memorata petia de terra que in memorato monasterio sancte marie offeruit cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur ab una parte - - - - - - et de alia parte iusta - - - - - - - et da tertia parte iusta - - - - - - et da quarta parte iusta: iterum dispono hut at meum obitum siat offertum et traditum in salutifere ecclesie congregationis ecclesie sancte marie que appellatur hat rotunda. Idest integra una petia de terra mea posita vero in loco qui nominatur gualdellum hat sanctum salbatore qui dicitur de ille monasterio una cum arboribus et fructoras suas et cum introitas suas et omnibus eius pertinentibus : ad avendum et possidendum illut in memorate salutifere ecclesie usque in sempiternum: dispono ut abeat donatum quidem sergio clerico naturali meo: idest integra terra mea posita vero in loco qui nominatur apollane. quod est foris flubeum una cum arboribus et fructoras suas et cum introitas suas et omnibus eius pertinentibus· et una de ille bucte mee et una harcella plana: et insimul in sua suisque heredibus sint potestatem faciendi que voluerit : nec non dispono ut abeat donatum quidem gregorio naturali et de giso meo idest integra terra mea de loco qui nominatur gualdum - - - - - - · et alia una de ipse bucte mee: et alia una harcella

(1) Dove stanno queste lineette la pergamena è bianca senza che mai vi è stato scritto sopra.
(2) Traino.

plana :- et insimul in sua suisque heredibus sint potestatem : faciendi que voluerit : iterum dispono ut si memoratis naturalis viris mortuis fuerit: et de ipsis non fuerit aut remanserint proprios heredes tunc ipsis terris memoratis que ad eis superius donabi cum omnibus eius pertinentibus rebertant et siat de memorato sancto monasterio iam dicti sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in memorato monasterio sanctorum theodori et sevastiani: ad avendum et possidendum illut ibidem usque in sempiternum: quanque dispono ut pro mea hanima siat offertum et traditum in memorato monasterio sancti sebastiani: idest omnem solidos meos. qui ego abeo et qui recolligere debeo. per chartule que aput memorato monasterio posite abeo : et alie omnes buctes mee et omnem tinaccias meas et omnem tabule mee et illi ponti et travi mei: et alias omnes lignamen mea: et illa dulglusa mea et serole mee que simul abeo intus illa domo da nido: una cum alias omnes movilias meas et in ipso monasterio sint potestatem: faciendi que voluerit: similiter dispono ut in memorato monasterio siat offertum ille bucte mee faciendi que voluerit etiam et memorato monasterio dare debeat at domino sergio venerabili presbitero qui nominatur musula spiritali sancti meo auri tari quadtuor : nec non dispono ut memorato monasterio pro anima mea in die annibersarii mei : annibersarium intus ipso monasterio at cuntas congregationes monachorum de dicto monasterio sancti sebastiani: et tunc per omni annuo pro anima mea ipso monasterio dare et ponere debeas ipsa die annibersarii mei: auri tari quadtuor. pro tollendum exinde pisces et quicquid necessum fuerit: at prandeum ad ipsi monachi de memorato monasterio pro ipsu annibersarium meum: Unde dispono ut omni tempore illut perquirere debeas quidem dominus dauferii filio quondam domini Johannis qui fuit filio quondam domini dauferii qui fuit communis de abelle: et quidem dominus gregorio qui nominatur branccactio filio quondam domini cesarii brancactii: et quidem domina drosu honesta femina iugalium personarum: et quidem dominus Johanne cognomento sergionata filio quondam domini gregorii sergionata hoc est meis distributoribus et illorum heredibus. et persona illa hat cuy histum meum dispositum in manibus paruerit: quanque dispono ut reliquas halias omnem hereditatem seu substantias de intus et foris hoc est domos et ortuas seu fundoras et terris quanque moviles rebus movilium et inmovilium seseque moventibus omnibusque mihi per quobis modum pertinentibus: et omne meum ospitatum fundatum et exfundatum viborum et mortuorum cum ipsa memorata fundoras et terris quanque moviles rebus mobilium et inmovilium seseque mobentibus hominibusque mihi per quobis modum pertinentibus: et reliquum alium omnia et ex omnibus substantiis meis undecunque aut quomodocumque mihi obbenit et pertinet vel obbenire et pertinere debet aut pertinentes fuerit per quobis modum cum omnibus eius pertinentibus post meum obitum rebertant et siat offertum in memorato monasterio sancti sebastiani ad avendum et possidendum illut ibidem usque in sempiternum et faciendum exinde omnia que volueris: dispono ut si aliquod in veneficio abuero de rebus memorate nostre ecclesie post meum obitum siat ibidem retditum: abeat idest sancta vestra ecclesia pro luminaria hasque iniuria tres misse annue: si quis autem quabis personas contra unc meum dispositum hut super legitur venire presumserit et eum in quacumque parte irritum vel bacuum facere voluerit per se aut per summissas personas tunc componat ipse et suis heredibus at parte fidem reserbanti eiusque heredibus auri solidos centum bithianteos ✠ et unc dispositum hut super legitur sit firmum scriptum per manus gregorius curialis per memorata Indictione. ✠

✠ Ego Johannes clerycus subscripsi ✠

✠ Ego gregorius filius domini Johannis testi subscripsi ✠

✠ Ego Johannes curialis testi subscripsi ✠

✠ Ego gregorius filius domini petri testi subscripsi ✠

✠ Ego gregorius curialis complevi et absolvi per memorata indictione.

XXIV.

Anno 1137. 26 Maggio 15ª indizione — Napoli.

Codicillo al testamento del chierico Giovanni Inferno.

Pergamene predette.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi. Imperante domino Johannes porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo quinto sed et alexium eius filium porfirogenito magno imperatore anno hoctabo decimo die vicesima sexta mensis magii indictione quinta decima neapoli. Per dispositum factum a me Johanne clerico qui nominatur Inferno filio quondam domini gregorii qui iterum Inferno bocabat: et quondam domina anna honesta femina que fuit filia quidem domini gregorii qui nominatur de- - - (1) iugalium personarum: de omnis mea hereditatem seu substantias de intus et foris quas inferius indicavero firmam et stavilem permaneat in perpetuum: quod dixi dispono primum homnium hut illa firmissima chartula quam ego factam habeo in monasterio sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur Casa picta situm in biridiarium per quod dominus Johannes venerabilis abbas memorati monasterii et at cunctas eius congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis sui monasterii: de integrum campum de terra mea que vocatur at cepullari et de - - - - - fundum de terra mea cum integra petia at intus se insimul de loco qui nominatur munianum: et de integra terra mea de loco qui nominatur patruscianum et de integra terra mea de loco qui nominatur Caloiana et de loco qui nominatur trifone et de integra terra mea de loco qui nominatur iummelle et de integra terra mea de loco qui nominatur fractula: et de integrum ortum meum de intrusana. et de integra petia de terra mea de loco qui nominatur trium quod est foris flabeum et de integra terra mea de loco qui nominatur panecoculum . . . . . . et de inclite case de omnes heredes petro qui nominatur niurci qui supra nomen Cositore omnibus meis. . . . . vacuum et de inclita casa . . gregorio marenario qui nominatur - - - - - - - - naturali et de . . . . et de omnibus eius pertinentibus de omnia et in omn . . . . . . quomodo memorata firmissima cartula offertionis . . . . continet sit firmus et stavilis imperpetuum: una cum arboribus et fructoras suas et cum memorata piscina mea intus memoratum fundum et cum atrium et tragaricum suum: et cum introitas et anditas seu biis earum: et omnibus eius pertinentibus: et coheret at memoratum integrum fundum quod in memorato monasterio offertum abeo. Cum omnibus eius pertinentibus ut superius legitur ab una parte - - - - - et de alia parte - - - - - - et da tertia parte et - - - - - - - - - et da quarta parte est terra - - - - - - - - iterum dispono ut post meum obitum siat offertum pro anima mea et de memoratis iugulibus genitoribus meis in monasterio sancte marie que nominatur de domina aromata idest integra petia de terra que nominatur at morum cintum posita vero in loco qui nominatur at sanctum brancactium cum arboribus et fructoras suas et cum introitas suas et omnibus eius pertinentibus. Coherente sibi ab uno latere parte septentrionis est terra de illi pictii Caru et de aliis que ibidem at fine sunt: et de alio latere parte meridiana est terra ecclesie sancti Justini et terra

(1) Dove stanno queste lineette la pergamena è interamente bianca, nè vi si è scritto sopra. Dove poi stanno i punti la scrittura è deleta.

de illis picarelli et de aliis qui ibidem . . . . . sunt: de uno capite parte orientis est terra de illa comunalia: sicuti terminus exfinat: et de alio capite parte orientis est bia pubblica: ad abendum et possidendum illut in memorato monasterio sancte marie de domina aromata usque in sempiternum: seu dispono ut abeat donatu memorato gregorio marenario naturali et de giso meo idest integra petia de terra mea posita vero in loco qui nominatur gualdu super iam dicto loco qui nominatur sanctum brancactium: cum arboribus et fructoras suas et omnibus eius pertinentibus coherente sibi de uno capite parte orientis est bia publica que badit at cantarellum: et de alio capite parte occidentis est terra domini petri de gurgite pro exadelfo germano meo: sicuti ortus exfinat: de uno latere parte meridiana: est terra de illi pictii caruli: et da parte septemtrionis. sicuti inter se terminus exfinat: et de alio latere parte septemptrionis est terra de illi caracculi berdisca sicuti inter se terminus exfinat: iterum abeat donatum memorato gregorio naturali et de giso meo: una de ille bucte mee et una harcella mea plana et de insimul in sua suisque heredibus sint potestatem faciendi que voluerit: similiter dispono ut abeat donatum sergio clerico naturali meo idest integra terra mea posita vero in loco qui nominatur at pollane quod est foris flubeum una cum arboribus et fructoras suas et cum introitas suas et omnibus eius pertinentibus et alia una de ipse bucte mee et alia una harcella mea plana: et insimul in sua suisque heredibus sint potestatem faciendi que voluerit: et coniuncta in memorata terra de apollane que donabi at memorato sergio clerico naturali meo. ab una parte cum terra ------ et de alia parte cum ------ et da tertia parte cum ----------------------------: et da quarta parte cum terra --------------- nec non dispono ut pro mea hanima siat offertum in salutifere chartule congregationis ecclesie sancte marie at presepe qui et rotunda dicitur idest integra petia de terra mea de loco qui nominatur gualdellum: at sanctum salbatore qui dicitur de ille monache : cum arboribus et fructoras suas : et cum introitus suas et omni eius pertinentibus. qui est coniuncta hab una parte cum terra ----------- et de alia parte cum terra ----------- et da tertia parte cum terra ----- et da quarta parte cum terra ------ insimul ad avendum et possidendum. illut in ipsa congregatione usque in sempiternum: iterum dispono ut si memorati naturali mei. mortui fuerint et de ipsis non fuerint aut remanserint proprios heredes: tunc ipsis terris meis que eis donabi cum omnibus eius pertinentibus rebertant et siat de memorato monasterio sancti sebastiani ad habendum et possidendum ibidem usque in sempiternum : et memorato monasterio dare debeat domino Sergio presbitero qui nominatur murali spiritali sancti meo: auri tari quadtuor. quanque dispono: ut reliquas omne mea hereditatem: seu substantias de intus et foris domos et ortuas seu fundoras et reliquis terris meis et illa bace mea una cum reliquum omnem per voluntate mea rebus mobilium et immobilium seseque mobentibus omnibusque michi per quobis modum pertinentibus una cum omni suum ospitatum fundatum et exfundatum viborum et mortuorum cum ipsorum fundoras et terris seu cespites vel omnem consuetudinarias censoras et regulis seu responsaticas et salutis asque angariis et scaballicationibus cum omnibus illorum actionibus: omnibusque atiacentibus et pertinentibus. et reliquum alium omnia et ex omnibus substantiis meis seum et embrisoris undecumque aut quomodocumque vel ubicumque michi obbenit et pertinet vel obbenire et pertinere debet aut pertinentes fuerit per quobis modum insimul post meum obitum siat offertum et traditum in memorato monasterio sancti sebastiani ad abendum et possidendum ibidem usque in sempiternum et faciendum exinde omnia que voluerit nec non dispono ut memorato monasterio in die annibersarii mei. intus memorato monasterio annibersarium mihi facere debeat at cuncta congregatio monachorum memorati monasterii per omni annuo. et tunc ipsa die ipso monasterio per omni annuo dare debeat tari quadtuor pro tollendum exinde parietes et quidquit necessum fuerit pro ipso anniber-

sarium asque omni pigritia: et omni tempore haut perquirere debeas domino dauferi filio quondam domini Johannis qui fuit filio quondam domini dauferii qui fuit Commune sergio de belle et domino gregorio brancactio filio domini cesari et domino Johanne qui nominatur argonata filio quondam domini gregorii et illorum heredibus et personas illas. at cui istu meum dispositum in manibus paruerit: at facere illut faciendum. et si aliquod in beneficio abuero de rebus memorate nostre ecclesie post meum obitum siat ibidem reditum abeat idest scanellum pro luminaria hasque iniuria termine unum nec - - - - - - - - si quis autem quabis personas contra unc meum dispositum ut superius legitur venire presumpserint et eum in quacumque parte irritum vel bacuum facere voluerit per summissas personas tunc compono ipse et suos heredes at partes idem serbanti ei vestrisque heredibus auri solidos centum bithianteos ✠ et unc dispositu vos ut superlegitur sit firmum. hoc signum manus gregorius curialis per memorata indictione.

✠ Ego Johannes clericus subscripsi ✠
✠ Ego Sergius filius domini Johannis testi subscripsi ✠
✠ Ego iohannes curialis testis atfui et subscripsi ✠
✠ Ego gregorius filius domini petri testi subscripsi ✠
✠ Ego gregorius curialis complevi et absolvi per memorata indictione.

XXV.

Anno 1137. 22 Giugno 15ª indizione — Napoli.

Il prete Giovanni Pericolo e suo fratello Sergio soprannominato Scalla prendono in enfiteusi da Giovanni abate del monastero de' Ss. Sergio e Bacco della città di Napoli una terra nel luogo detto *Latramanica* sopra l' altro luogo denominato *Nonnara;* ed altra terra nel luogo detto *Attone*, ed a *S. Basilio foris flubeum.*

Pergamene predette.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi Imperante domino nostro Johannes porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo quinto : sed et alexium eius filium porfirogenito magno imperatore hanno hoctabo decimo: die vicesima secunda mensis iunii indictione quinta decima neapoli: Certum est nos Johannes presbitero qui nominatur periculo filius quondam leoni qui nominatur periculo. et sergio qui nominatur scalla filio memorati quondam leoni qui nominatur periculo: et quondam - - - - (1) scalla iugalium personarum hoc est germanis de memorato uno genitore et de singula genitrice. A presenti die promtissima voluntate promictimus vobis domino Johannes venerabilis abbas monasterii sanctorum sergii et bachy qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium vos autem una cum cuntas congregationes monacorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integrum campum de terra iuris proprium memorati vestri monasterii. positum vero in loco latramanica: quod est super loco qui nominatur nonnara: et loco qui

(1) Dove sono questi trattolini la pergamena è affatto bianca, nè mai vi si è scritto sopra.

nominatur actone : quod est foris flubeum : seu et propter integra terra vestra iuris propria memorati vestri monasterii: posita vero in memorato loco actone: at sanctum basili iuris propria memorati vestri monasterii: ubi de antea pertinuit . . . at obedientia memorati vestri monasterii. Ipsius parte foris flubeum: insimul cum arboribus et fructoras suas: et cum alibis suis qui ibidem sunt et cum scapulis et gripas seu riosas suas que ibidem sunt parte meridiana et cum introitas suas et omnibus eius pertinentibus : et coheret at memoratum integrum campum de memorata terra memorati vestri monasterii a parte orientis est modica terra ubi est ecclesia sancte marie que appellatur at latramanica iuris sancte nostre ecclesie ut inter se terminus et sepis exfinat· et a parte occidentis est alium campu de terra iuris proprium memorati vestri monasterii ubi est memorata ecclesia vestra sancti basilii que simul in vestra reserbastitis potestatem: sicuti inter se egripus (1) et sepis exfinat: et a parte septentrionis est bia publica sicuti inter se sepis exfinat: et a parte meridiei est memoratum integrum rium vestrum memorati vestri monasterii pertinente de memoratum campum vestrum quod nobis dedistitis: et a foris memoratum rium vestrum est scapula de terra de ---------: et ipsu rium vestrum dicitur ribu de Johanne: et at memorata integra alia terra vestra memorati vestri monasterii pertinentes. Coheret sibi a parte orientis est memoratum campum vestrum ubi est memorata ecclesia vestra sancti basilii. que simul in vestra reserbastitis potestatem sicuti inter egripus et sepis exfinat: et a parte occidentis qualiter badit et descendit usque ad illu trialem (2) de ipsa bia publica. qui est inter ipsa terra memorati vestri monasterii et inter terra monasterii sanctorum sebastiani et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora: et inter terra de monasterio sancte marie que appellatur hat cappelle: et a parte meridiei est ipsu rium memorati vestri monasterii: et a foris atrium vestrum in ipsa meridiana parte : est scapula de terra que est olibetum sancte memorate nostre ecclesie: et scapula de terra memorati monasterii sanctorum sebastiani et sossii: et a parte septemtrionis est bia publica sicuti inter se sepis exfinat: hoc autem memoratum integrum campum de memorata terra vestra et nostra integra alia terra memorati vestri monasterii insimul cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur. nobis vite nostre et da post nostrum obitum at singulis personibus de filiis et filias nostris. sibe de masculi vel de femine vite illorum illos dedistitis at detinendum et atllaborandum in eo enim tenore: quatenus nos et memoratis personibus de memoratis filiis vel filie vestre sibe de masculis vel femine: per omni annuo illos arare et ipsis scapulis et egripas scorpelare (3) et tiappare (4) debeamus et insimul per omni annuo de nostra rem et te illut seminare et cultare debeamus ad omni nostro expendium: Cacucumina arabitis per omni annuo per habto tempore ibidem ponere et plantare debeamus ad omni nostro expendium: et arbores exinde potare et propaginare seu abalciare (5) debeamus ad omni nostro expendium: et alium omnia et in omnibus quicquid ibidem necessum fuerit et indiguerit cum bobis nostros et conciaturia vel omnia expensa: nos vite nostre et da post nostrum obitum memoratis personibus de memoratis filiis vel de filie nostre vite illorum illut facere et peragere debeamus ad omni nostro expendium: et omnia que per omni annuo dominus deus dederit in memoratum campum nostrum de memorato loco qui nominatur latramanica: de inferius et superius. inter nobis illut dibidamus ad area intus memoratum campum vestrum: et at palmentum vestrum. qui est ad ipsa ecclesia vestra sancti basili per medietate : vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio medietate : et nos et memoratis personibus de memoratis filiis vel filie nostre alia medietate: iterum et omnia que fecerimus in memorata alia terra vestra: et in memoratis scapulis et iam

(1) Greppo, argine, ripa, luogo scosceso. (2) Separazione. (3) Scarpellare. Spianare.
(4) Zappare. (5) Avvolticchiare.

dictum rium vestrum qui est iusta memoratum campum vestrum ubi est memorata ecclesia vestra sancti basilii. In quolibet seminatum da modo et usque in venture due estates explete. In antea: nos et memoratis personibus de filiis et filias nostris sibe masculi vel femine vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio exinde terraticum dare et atducere debeamus quomodo dederint seu fecerint aliis parsonariis (1) laboratoris. at parsonariis illorum in memorato loco. Insimul bonum siccum tractum paratum usque intus memorato vestro monasterio mensuratum at culmum at quarta in memorata terraticalis asque omni amaricatione: vinum vero mundum et saccapannas seu fructoras que per omni annu. ibidem abuerit inter nobis illut dibidamus: at palmentum vestrum. qui est intus memoratum campum vestrum ubi est memorata ecclesia vestra sancti basilii. et intus memorata terra per medietate: vos et posteris vestris medietate et nos et memoratis personibus de memoratis filiis nostris sibi masculis vel femine alia medietate. et ipsa medietas medietate vestra de memoratu bictum et legumen: vel lupinos da memoratu campum de memorato loco Latramanica una cum dicta medietate vestra de memoratu binum mustum mundum et saccapannas et de memoratas fructora de memoratum campum et de memoratis halias terras vestras per omni annuo vos bobis inde illut atducere faciatis at vestrum expendium set ante dibisione per omni annuo lebare debeamus illa semente que seminaberimus per omni annuo in ipsu campum ad ipsa hara: a usque omni amaricatione. Set nos vite nostre et post nostrum obitum memoratis personibus de memoratis filiis vel nostris vite illorum ipsu labore metere et adunare et scugnare debeamus et per omni annuo illut bindemiare debeamus ad omni nostro expendio: et dum illut bindemiaberimus duas personas hominum vobis enutrire debeamus unum at campum et alium at palmentum ut iustum fuerit at nostro expendium iterum et dum ipsu labore de ipso campu scungnaberimus una persona hominum bobis enutrire debeamus at nostrum expendium ut iustum fuerit: et nullatenus presummetis vos vel posteris vestris at memorato vestro monasterio nobis vite nostre et da post nostrum obitum at memoratis personibus de memoratis filiis vel filie nostre vite illorum memoratum campum nostrum de memorata terra cum memorata halia terra vestra cum omnibus eius pertinentibus ut superius legitur tollere per nullum modum: venire nos et memoratis singulis personibus de memoratis filiis vel filie nostre vite illorum illut laborantes et cultantes et omni annuo adimplentes ut superius legitur. post autem nostrum et de memoratis singulis personibus de memoratis filiis vel filie nostre transitum. tunc memoratum integrum campum nostrum de terra cum memorata halia terras vestra cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur. In vestra vestrisque posteris et de memorato vestro monasterio rebertant et sint potestate cuius iure fuerit et cuy illut largire volueritis vestre sint potestatis: set vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio nobis et at nostris filiis vel filienostre illut defendere debeatis da omnes homines omnique personas: quia ita nobis stetit. si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et memoratis filiis vel filie nostre vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio auri solidos triginta bitianteos ✠ et cartula ut superius legitur sit firma scripta per manus Gregorius Curialis per memorata indictione.

✠ Hoc signum ✠ manus sergii scalla pro eu subscripsi
✠ Ego Johannes presbiter subscripsi
✠ Ego Johannes sergii testi subscripsi
✠ Ego Gregorius filius domini Johannis testi subscripsi
✠ Ego sergius curialis testi subscripsi
✠ Ego Gregorius Curialis complevi et absolvi per memorata indictione

(1) Coloni, in dialetto napoletano detti *Parzonali*.

XXVI.

Anno 1138. 15 Febbraio 1ª indizione — Napoli.

Pietro Pullarulo soprannominato Russo ordinatosi monaco nel monastero de' Santi Sergio e Bacco di Napoli, donò al detto monastero una sua casa posta nella stessa città *inter anpitheatrum regionis termense*, due terre, l'una *foris flubeum* nel luogo detto *Cranbane* e l'altra *foris arcora* nel luogo denominato *Paciciano*, ed altri beni mobili, immobili e semoventi.

Pergamene predette.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi: Imperante domino nostro Johannes porfirogenito magno Imperatore anno quadragesimo sexto: sed et alesiu eius filius porfirogenitus magno Imperatore anno nonodecimo die quintadecima mensis februarii. Indictionis prime neapoli: Certum est me petro monacho monasterii et ecclesie sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in bidiriarium qui nominatur pullarulo qui super nomen ruxo filius quondam sergii. qui nominatur pullarulo et quondam alberara iugalium personarum a presenti die promptissima voluntate pro deis omnipotentis amorem et pro mercedis et redentionis seu salbationis anime mee. et de memoratis iugalibus genitoribus meis ut ic et in futuro seculo aput eternum iudices requie de peccatis nostris invenire baleamus aput eternus dominus retributor omnium bonorum operum: seu et propter quod vos videlicet domino Johanne venerabili abbate de ipsius monasterio domino meo me odie monaco fecistitis seu et ad omni vestro expendio me ad dictum monasterium percomplistitis et ordinastitis in ipsa vestra sancta congregationis monachorum de ipsius sancto vestro monasterio quomodo docent regulas beatissimi benedictis hoffero et trado vobis memorato domino Johanne venerabili abbati de ipsius monasterio et ecclesia sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium domino meo . . . . ego dictus gratianus monachus per completum et ordinatum est et videor: vobis autem et a cuntas ipsa vestra sancta congregationis monachorum memoratis sancti et venerabilis vestris monasterii et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio presentibus et futuris imperpetuum idest integras domu mea posita vero intus anc civitatem neapolis intus anpitheatrum regionis thermense seu et integra terra mea posita vero in loco qui nominatur cranbane posita foris flubeum iterum et integra terra mea posita vero in loco qui nominatur pacicianum quod est foris arcora dudum aque ductus: Una cum integras reliquas vero alias omnes mea hereditatem et domos seu substantias de intus et foris et ex reliquis vero haliis omnibus domibus meis et artuas seu fundoras et reliquis aliis omnes terris meis et casalibus rationabiliter quanquam mobilis rebus mobilium et inmobilium seseque mobentibus omnibus que michi per quobis modum intus vel foris pertinentibus seu et propter integrum omnes meum paratum et conquesitum que ego abere videor per quobis modum intus vel foris cum omnibus eius pertinentibus iterum et integrum reliquum vero aliu omnia et ex omnibus substantiis meis undecunque aut quomodocumque vel ubicunque michi obbenit et pertinet vel obbenire et pertinere debeas aut pertinentes fuerit per quobis modum intus vel foris cum omnibus eius pertinentibus: set insimul ipsi vero integris omnibus domibus meis ut super legitur una cum inferioribus et superioribus suis vel omnibus membris distructis et edificatis et

cum aheribus et aspectibus suis et cum monimen et aquaria suas et cum guris et transendis et posticas et postis et cum gradibus frabitis qui ibidem assendunt et cum puteas aqua bibere et cum integris vero aliis omnibus edificiis et pertinentiis suis seu et ipsis vero integris omnes terris meis una cum ipsa vero integras omnes fundoras et ortuas mea una cum arboribus et fructora suas et cum schapolis et rioras et egripas et intersicas suas et cum palmentas et subretoria suas frabitas et cum pischinis frabitis et cum atrias et cursora suas et cum puteas aqua bibere et cum integris vero aliis omnibus edificiis et pertinentiis suis et cum introitas et anditas seum byis earum et omnibus que eis generaliter et in integro pertinentibus et coheret sivi insimul ad memoratas vero integra domu mea de intus anpitheatru de eadem regione thermense, quod superius vobis offeruivit cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur a parte orientis et occidentis sunt bicalis communes sicuti inter se parietis exfinat in quod sunt regie et fenestre proprie sue qui ibidem exiunt et respiciunt et per qua ibidem ipsu introitu ingredit et a parte septentrionis est bico publico qui pergit per ab intus anpitheatru sicuti inter se paries exfinat in quod sunt regie et fenestre qui ibidem ingredit et a parte meridiana est domus qui est de heredes quondam sergio presbitero qui nominatur pullarulo qui fuit uterino germanus meo sicuti inter se clusa et singnate exfinat : seum et ipsa vero integra terra mea de ex ipso loco paccianum ut super legitur est iusta terra qui est de heredes quondam marino qui nominatur de bernardo et secus silba qui est de domino ruperto loruangno qui nominatur de melania et iusta terra de aliis qui ibidem asseruerunt: et licentias et potestatem abeatis vos et posteris vestris ipsi vero integris omnibus domibus meis que superius vobis offeruit ut super legitur conciare et edificare et scruere (1) et oberacare (2) et in altum ad rendere (3) et coperire qualiter abetere (4) fuit: de quibus nichil mihi exinde aliquod remanxit aut reserbavit nec in alienas cuiusque personas quod absit comisit aut iam comicto potestate set a presenti die et deinceps a me vobis et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio sit offertum et traditum ad abendum et possidendum illut ibidem usque in sempiternum et neque a me memorato petro monacho qui nominatur russo qui bocatur pullarulo ut super legitur neque a meis heredibus nec a nobis personas summissas nullo temporem nunquam vos vel posteris vestris vel memorato sancto vestro monasterio ut super legitur quod absit abeatis exinde aliquando quascunque requisitiones aut molestias per nullu modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: insuper omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio ipsum vero omnibus eis que simul superius vobis offeruivit cum omnibus eius pertinentibus ut superlegitur illut in omnibus antestare et defendere debeamus ab omnes omines omnique personas insimul asque omni data occasione. Quia ita nobis pro deis omnipotentis amorem placuit adque stetit. Si quis autem potens vel impotens omo secularis aut sacerdotalis contra hanc firmissimam chartulam offertionis ut superlegitur venire presunserit et eam in quacunque parte iritas vel bacua facere quesieris per se aut per summissa personas sub anathematis binculis sit obligatus a tercentorum decem et octo patres veniant ad eis maledictiones quod continet in centesimo hoctabo salmos prout eis sicut athant et abiron qui bibo hobsolbuit terra et sicuti acetonfel consiliario dabit et sicuti anania et saffira qui mentierunt ante pedem apostolorum et spiraberunt. et cum omnibus ereticis et shimaticis et tenebrosis partemque habeant partemque possideant cum Judas traditor domini et salbatoris nostris Jhesu Christi insuper componat parte infideli et suis heredibus a parte fidem serbantis eius : que heredibus seu vobis vestrisque posteris et in ipso sancto vestro monasterio ut superlegitur auri solidos sexagintas bithianteos et hec chartula

(1) Ampliare, accrescere. (2) Soprapporre. (3) Innalzare. (4) Terminare. Finire. Compiere.

offertionis ut super legitur sit firma imperpetuum scripta per manus saductus sergiis dischipulus domini mastalus curialis qui scribere rogavit per indictiones memoratas prima ✠ oc signum ✠ manus memoratis petri monachi qui nominatur pullarulo qui super nomen ruxo ut super legitur ab eo rogatus pro eum subscripsi

✠ Ego petrus filius domini stephani testi subscripsi

✠ Ego Johannes filius domini sergii testi subscripsi

✠ Ego cesarius curialis testi subscripsi

✠ Ego mastalus curialis complevi et absolvi per memorata indictione

XXVII.

Anno 1138. Marzo 1ª indizione — Sperlonga.

Pietro di Stefano prende ad enfiteusi da Giovanni abate del monastero di S. Angelo della città di Gaeta una piccola terra posta in tenimento del castello di Sperlonga nel luogo detto *cicropio*.

Pergamene predette.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi. ab incarnatione eiusdem domini anno millesimo. centesimo. tricesimo octabo. Temporibus domini Petri dei gratia gloriosi consulis fundane civitatis pariter et dominatore castri spelunce mense martii indictione prima. Chartula convenientie placationis et Repromissionis. quod scribere et firmare facio ego petrus de Stephano abitator supradicti castri. tibi videlicet domino iohanni dei gratia venerabili abbati monasterii sancti angeli quod situm esse videtur in civitate Caieta. Idest propter una petiola de terra posita in territorio supradicti castri in loco qui nuncupatur cicropius. quod est a parte orientis passus tredecim et summisse (1) unum. A parte vero occidentis abet passus sedecim. et ex ipsis duabus partibus vinee et terre de supradicto monasterio sancti angeli. A parte autem septentrionis abet passus viginti duo et palmum unum. A meridie etenim abet passus viginti unum minus cubitum unum et proprium limitem. ubi vineam pastinavimus. quod sub vestro antecessore eam possidevimus annos quinque et in antea possidere eam debemus annos viginti quatuor. propterea obligo me supradicto petro de stephano et meis heredibus vobis domino iohanni venerabili abbati de supradicto monasterio sancti angeli et vestris successoribus ut supradicta vinea quod in predicta terra abemus. non audeamus eam vendere. nec donare. nec in aliena persona per nullum arbitrium neque per nulla data occasione dare. Et quamdiu eam tenemus constituemus vobis vestrisque successoribus exinde dare pensione omni anno mediano mense augusti Selim (2) unu rasu (3) de grano. ad iustum selim istius castri. et una opera per unum quemque annum de una persona quandocumque vobis placuerit. Et postquam supradictus terminus expletus fuerit quod sit anni viginti quatuor. Tunc suprascripta vinea et terra qualiter superius legitur de fine in fine indicata. cum omnibus intus abentibus. et cum omnibus sibi pertinentibus. Taliter sine omni mora vel detinentia in tua vel successorum tuorum in predicto mo-

(1) Nome di misura.

(2) Misura annonaria.

(3) Raso nel dialetto napoletano vale *livellato*, *pareggiato*, *spianato*.

nasterio deveniat potestatem. et proprietatem faciendi. et iudicandi. quicquid vobis placuerit. Sed nullum malum ingenium vel malam aut superfluam negligentiam in prephata vinea mittamus. Ut suprascripta vinea vobis in predicto termino devastata. aut desertata (1) vel pererata (2) seum arata. sed in suprascripto termino. quod sunt suprascripti anni viginti quatuor. predicta vinea fructificata. et fructus reddita. In suprascripto monasterio sancti angeli sine omni contradicione revertatur. faciendi et iudicandi. quicquid tibi vel successori tuo inde facere. vel iudicare placuerit. Ego autem qui supra petrus vel heres meus aut hominum aliqua persona ex me summissa tibi vel successori tuo calumpnia vel litem aut detinentia. Inde nullo modo audeamus facere. Quam etenim si facere teptaverimus. Ego petrus de stephano cum heredibus meis vobis domino iohanni venerabili abbati de supradicto monasterio. vestrisque posteris successoribus nos obligamus. quod si aliqua amaricatione. vel diminuitate sicut superius legitur exinde fecerimus et non vobis omnia adimpleverimus. Tunc supradicta petia de vinea et terra. in vestra et de vestris successoribus deveniat potestate omnium hominum contradictione remota.

✠ Ego Cleopas rogatus testis

✠ Ego Eleazar rogatus testis

✠ Ego iohannes de petro de verga rogatus testis

✠ Ego iohannes notarius suprascripti castri complevi in mense et indictione supradicta.

XXVIII.

Anno 1138. Giugno 1ª indizione — Monte S. Angelo.

Sasso Ruranolo si fa monaco nel monastero di S. Leonardo di Monte S. Angelo, cui dona tutti i suoi beni, essendone preposito il monaco Benedetto.

Pergamene predette.

✠ Anno incarnationis Jhesu Christi millesimo centesimo tricesimo octavo. primo anno regni domino Reinulfo apulie duce mense iunii prima iudictione. Ego sasso filius falconis Ruranuli qui sum commorans civitatis montis sancti michaelis. clare facio presentia iohannis iudicis et subscriptorum testium. quoniam divina me inspirante clementia consideratam labentis seculi fragilitatem. ad monasterium sancti leonardi pro redemptione anime mee parentumque meorum. ire festinanter desidero. meque ibi offerre volo. Qua de re. voluntarie ante supradictum iudicem. et subscriptos testes. per fustem et per capillos capitis (3) trado atque offero me in manus domini benedicti monachi et prepositi eiusdem sancti leonardi monasterii. vice domini vitis prioris secum astante et recipiente sassone servorelli advocato suo. me scilicet et omnes facultates meas. vineas. terras. domum. et quicquid in hoc seculo stabilium et mobilium rerum possideo. absque ulla reservatione preter quartulam rationis uxoris mee. quam sibi iure ex nostri parte

(1) Abbandonata. (2) Petrosa. (3) Formola consuetudinaria de' contratti

Ad pertinet. semper habendum et possidendum faciendumque exinde que prescripti monasterii fuerit voluntas. Ad confirmandam igitur. et stabiliendam hac mea offertione que prememorata ratione guadiam (1) tibi predicto domino benedicto voluntarie dedi. aderente tibi iam dicto advocato tuo. vice affati domini nostri prioris. fideiussoribus falcone gusande et pagano filio condam leonis carnificis. ut predictam offertionem ego vel mei heredes predicto monasterio defendamus ab omnibus hominibus. omnibusque partibus exinde predicto monasterio nocere volentibus. Quod si noluerimus. seu non potuerimus. aut predictam offersionem disrumpere vel removere quesierimus. aut hanc cartam irritam vel falsam esse dixerimus. quinquaginta solidos aureos romanatos bonos predicto monasterio componamus. hoc scripto denique in suo permanente vigore. Unde nos fideiussores. tribuimus nos nostrosque heredes ad pignerandum omnia nostra pignora. licita. et illicita. donec premissa adimpleantur. Quam cartam. ego gaderisius notarius scripsi quoniam interfui.

✠ Testor ego iudex cartam quam signo iohannes.

✠ Ego Enegobernus :·:

✠ Signum crucis proprie manus ursonis notarius est

XXIX.

Anno 1138. Luglio 1ª indizione — Melfi.

Bisanzio figliuolo di Pietro di Melfi vende due pezzi di terra ed un orto ad Isacco figliuolo di Pietro della stessa città di Melfi.

Pergamene predette.

Ab anno incarnationis domini nostri Jhesu Christi millesimo centesimo tricesimo octabo mense iulii indictione prima. Ego bisancius filius petri civitatis melfi ibi . . . . subnotatis testibus vendo et per fustem trado Isaco filio petri eiusdem civitatis duas petias de uno orto non multum a longe predicte civitatis et totus ortus est consitus abens fines primo ab oriente et medio pariete et ortum salconis presbiteri Secundo et medio pariete et ortum . . . . et meridie. Tertio ab occidente est via publica. Quarto a septemtrione et meridie et ortus filiorum biacii. Quatenus amodo in antea hec iam dicta mea venditio cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus intra abitis sit in potestate sua suorumque heredum ad habendum et faciendum exinde et ibidem omne quod voluerit sine mea meorumque heredum contradictione vel inquisitione. Et pro hac mea venditione statim recepi ab eo totum statutum pretium quod inter nos stetit scilicet octo solidos bonos puros unde vobis guadiam trado et medietatem compono ursonem socero meo . . . . me ut ego et mei heredes seu successores eius exinde siamus adibito et tribuno publico et ex parte mea et ab omnibus hominibus qui exinde illas querere vel inquietare voluerint aliquo modo. Que . . . . omnia si non tibi adimpleverimus damus tibi propter quinque solidos michelatos bonos. Immobilium . . . . permanente. Et nos qui supra medius licentiam tribuimus quod pignerare . . . . res nostras licitas et illicitas sine appellatione donec quod prelegitur quod adimpleatur Et hoc scriptum scripsit Sacizernus pro me notario inter . . . . sunt.

✠ Ego petracca teste

Trurius leo silvestri proles

(1) Prometto, mi obbligo, guarentisco.

XXX.

Anno 1138. 3 Agosto 1ª indizione — Napoli.

Il prete Gregorio dell'Abadessa con alcuni suoi parenti vende a Mobilia badessa del monastero de' Ss. Marcellino e Pietro *Ancillarum Dei* un pezzo di terra sito Fuori Grotta nel luogo denominato *Salerano* e dicesi *a quarrata.*

Pergamene predette.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu christi: Imperante domino nostro Johannes porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo sexto. sed et alexio eius filio porfirogenito magno imperatore anno nonodecimo die tertia mensis augusti indictione prima neapoli: Certum est nos gregorium presbiterum filium quondam sergii qui vocatur de abbatissa. et quondam maru iugalium personarum: et marino et petro et drosu uterinis germanis filiis quondam Johannis qui fuit filius memorati quondam sergii qui nominatur de abbatissa. et de memorata maru iugalium et quondam anna iugalium personarum: hoc est thio et nepotibus. simul nos memoratis uterinis germanis per absolutione gloriose potestatis domini sergii. In dei nomine eminentissimi consuli et ducis atque domini gratia magister militum et una nobiscum abendo avocatorem quidem domino sergio qui appellatur de media filio quidem domini bonus homo de media quem ipsa gloriosa potestas nobis avocatorem dedit. propter quod nos non sumus perductis in legitima etatem: simul et cum consensum et voluntate memorata anna genitrice nostra et ego memorata drosu cum consensum et voluntate leoni qui vocatur decisanthimum viri mei: A presenti die promptissima voluntate. venumdedimus et tradidimus vobis domina mobilia venerabile abbatissa monasterii sanctorum marcellini et petri ancillarum dei. et cuncta vestra congregationis monacharum memorati sancti vestri monasterii: et per vos in memorato sancto vestro monasterio. Idest integra petia de terra nostra una cum integrum interricellum vestrum de terram iusta se inest parte de latere eius coniunctum parte orientis simul positum vero in loco qui appellatur saleranum et dicitur at quarrata quod est foris gripta. Una cum arvoribus et fructoras suas et cum introitu suo omnibusque eis generaliter pertinentibus. pertinente vero nobis per parentorum nostrorum. unde michi memorato gregorio presbitero pertinet tres partes: et nobis memoratis uterinis germanis exinde pertinet una quatra Coherente sibi memorata integra petia de terra que superius vobis et per vos in memorato vestro monasterio venumdedimus cum suis omnibus pertinentibus ut super legitur. de uno latere parte occidentis est terra memorati sancti vestri monasterii. seu et corrigiola de terra ecclesie sancti iohannis catholice maioris sicuti inter se lebata et terminus exfinat: de alio latere parte orientis est terra quam habet dominus Johannes brancatio sicuti lebata exfinat: seu et in memorata orientali parte est memoratum interricellum nostrum quod superius vobis venumdedimus qualiter exiet ipsum interricellum in memorata orientali parte usque at biam publicam. unde quod exinde ibidem introitum ingredit: et de uno capite parte meridiana terra monasterii sancte agathe at pupulum sicuti terminus et lebata exfinat. de alio capite parte septenptrionis terra ecclesie sanctorum Johannis et pauli unde bia et introitum habet memorata terra ipsius vestri monasterii que ibi est sicuti lebata exfinat: et at memoratum interricellum quod superius vobis et per vos in memorato vestro monasterio venundedi ut super legitur. Iterum coheret sibi de uno capite parte occidentis memorata petia de terra que superius

vobis venundedimus et de alio capite parte orientis est memorata bia publica unde quod exinde in ipsum quod vobis venundedimus ipsum introitum ingredit per memoratum interricellum. et de tertio latere parte meridiei memorata terra que detinet memorato domino iohannes brancatio sicuti lebata exfinat. de alio latere parte septentrionis memorata terra ipsius ecclesie sanctorum iohannis et pauli: unde ipsum et bia habet memorata terra memorati vestri monasterii que ibi est. alia nos vobis et per vos in ipso vestro monasterio dedimus et remisimus pro vestra vestrasque posteras et de memorato vestro monasterio defensione. idest una chartula comparationis exinde continente quod memoratis iugalibus genitoribus et abiis nostris exinde at presens sunt seu et alia una chartula comparationis et cum alia una chartula commutationis iterum exinde continentes quantum memorata chartula comparationis secum continet. De quibus nichil nobis exinde aliquod remansit aut reservavimus nec in aliena persona comisimus potestatem. set a nunc et deinceps a nobis vobis et per nos in memorato vestro monasterio sit venundatum et traditum in vestra posterasque vestras et de memorato vestro monasterio sit potestate quicquid exinde facere volueritis semper libera exinde in omnibus abeatis potestate. et neque vobis memorato gregorio presbitero. et iam de memoratis uterinis germanis thio et nepotibus. set vos memoratis uterinis germanis per absolutione memorati duci et una nobiscum abendo memoratum avocatorem: et cum consensum memorata genitrice vestra et ego memorata drosu cum consensum memorati viri mei leoni et heredibus seu relinquentibus: nullo tempore nunquam vos memorata domina mobilia venerabilis abbatissa et iam dicta cunta vestra congregationes memorati vestri monasterii vel memorato vestro monasterio aut posteras vestras quod absit abeatis exinde aliquando quacunque requisitione aut violentia per nullum modum nec per submissas personas a nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore nos et heredibus seu relinquentibus meis vobis posterasque vestras et at memoratum sanctum vestrum monasterium in omnibus illut antestare et defensare debemus ab omnes homines omnique personas ostendentes vos et posteras vestras et memorato vestro monasterio nobis vestrisque heredibus seu relinquentibus vestris memorate tres chartule que superius aput vos remisimus at relegenda et cum ea finem faciendam ubi per vobis vestrisque heredibus necesse fuerit. et sic nos et heredibus seu relinquentibus nostris vobis vestrasque posteras et at memorato sancto vestro monasterio in omnibus illut antestare et defensare debeamus ab omnes homines omnique personas: pro eo quod accepimus a vobis exinde impresenti in omnem decisione seu deliberatione. id est auri solidos viginti duos et medium de tari ana quatuor tari pro solido boni de amalfia dirICti et pesantes. unde memoratus gregorius presbiter abeo tres partes et nos memoratis uterinis germanis exinde abemus una quatra: quia ita nobis stetit si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quolibet modum aut submissas personas tunc componimus nos et heredibus seu relinquentibus nostris vobis posterasque vestras et at memoratum vestrum monasterium auri solidos at quadraginta quinque bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii filius domini sergi curialis per memorata indictione ✠ hoc signum ✠ manus memorata personis seti memoratis uterinis germanis per absolutione memorati duci et secum abendo memoratum abbocatorem. et cum consensum memorate genitrice illud. et memorata drosu et leoni memorati viri sui qui memoratos pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi — ✠ Ego Gregorius presbyter subscripsi ✠

✠ Ego sergius abbocatore subscripsi ✠

✠ Ego petrus sergii per absolutione memorati duci testis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego sergius filius domini petri per absolutione suprascripti duci testis subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego petrus filius domini petri per absolutionem supradicti duci testi subscripsi et supradictos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego sergius curialis complevi et absolvi per memorata indictione prima ✠

XXXI.

Anno 1138. Novembre 2ª indizione — Capua.

Pietro giudice della Città di Capua dona a Giordano preposito del monastero di S. Lorenzo della stessa città due parti di una sua terra, posta fuori Capua presso la chiesa di S. Vito detto *a Cellaro.*

Pergamene predette.

In nomine domini nostri Jhesu Christi anno incarnationis eius millesimo centesimo tricesimo octavo. Temporibus domini nostri Roggerii Dei gratia sicilie atque Italie gloriosissimi regis et quarto anno principatus domini anfusi gloriosi principis filii eius mense novembri indictione secunda. Ego petrus iudex huius capuane civitatis filius quondam petri qui dicebatur. . . . . sicut michi aptum et congruum est bona mea voluntate. Per hanc cartulam in presentia Johannis iudicis huius supradicte civitatis et aliorum testium. pro mercede et redemptione anime mee . . . . . . pàtris et matris mee atque omnium parentum meorum in subscripta ratione alieno do et trado tibi videlicet iordano monacho et preposito monasterio sancti laurentii quod constructum esse videtur intus hanc supradictam civitatem prope portam que vocatur capuana. Tibi tamen pro parte et vice eiusdem monasterii. hoc est integras duas partes meas dē integra una petia terre que esse videtur foris hanc supradictam civitatem prope ecclesiam sancti viti que dicitur ad cellarum et hos habet fines. ab uno latere est finis via publica et terra ecclesie sancti . . . . et ab alio latere est finis terra petri cognomine villani. et terra . . . . ab uno capite est finis terra quam tenet rao filius domini ursolini a parte publica. ab alio capite . . . . . . ecclesie sancti agustini una cum omnibus in ipsa aliena habentibus subtus et super et cum via sua ibidem intrandi et exeundi atque cum omnibus aliis suis pertinentiis. ego qui supra petrus iudex tibi qui supra iordano monacho et preposito. pro parte et vice predicti monasterii illud alienavi dedi et tradidi ad possessionem supradicti monasterii et de eius custodibus atque rectoribus vel cui hec cartula in manu paruerit. ad habendum et possidendum et faciendum exinde omnia que vobis vel eis placuerint silicet ac subscripta ratione. ut integra supradicta aliena omnibus diebus vite mee in mea sit potestate fruendi nomine. et de frugibus ipsis faciendi quod voluero. et si necessitas . . . . aut captionis seu egritudinis mihi evenerit clara facta veritate potestates habeas tantum exinde vendere ut de ipsa necessitate me liberare posse . . . , ... vel si filium vel filiam legitimam dimisero. integra predicta aliena pro predicto pretio revertant in potestate et pro parte ipsius filii vel filie mee et de eius heredibus. ita ut . . . . mortuus vel mortua fuerit. integra predicta alienatio revertatur in potestate et proprietate iam dicti monasterii. et de eius custodibus atque rectoribus. quoniam sic inter nos convenit. Et obligo me ego qui supra petrus iudex et meos heredes

predicto monasterio sancti laurentii et eius custodibus atque rectoribus vel cui hec chartula in manu paruerit . . . . defendere et antestare amodo et semper observata ratione ab omnibus hominibus omnibusque partibus. Et quando voluerint licentiam et potestatem habeant illi . . . . et defensas vice mea et de meis heredibus cum ista aliena chartula. et cum aliis nostris et eorum ratione quomodo vel qualiter melius potuerint et voluerint. Quicquid exinde legibus facere potuerint et voluerint eorum sit potestas. Et quando voluerint defendam eis illud sicut super obligo. si autem ego vel mei heredes non fecerimus et minime adimpleverimus . . . . . per ipsum quod prelegitur vel si hanc chartulam de quibus continet aliquando per qualecunque ingenium disrumpere vel removere quesierimus . . . . . . vel meos heredes eis componere obligo et omnia supradicta eis percompleamus. et hec chartula de quibus continet firma permaneat semper observata supradicta ratione . . . . mei heredes ut supra leguntur sicut inter nos convenit in presentia supradicti iudicis et aliorum testium bona mea voluntate guadiam tibi qui supra iordano monacho . . . . . pro parte et vice supradicti monasterii et fideiussorem tibi inde posui per convenientiam me ipsum. Unde si necesse fuerit ad pignerandum. obligo me ego qui supradictus . . . . et meos heredes supradicto monasterio sancti laurentii et eius custodibus atque rectoribus vel cui hec cartula in manu paruerit silicet de rebus nostris licitis et illicitis usque ad legem. Et taliter ego qui supra petrus iudex. qualiter mihi congruum fuit feci. et te guiselgardum notarium qui interfuisti scribere rogavi.

✠ Ego qui supra iohannes iudex.

XXXII.

Anno 1139. 20 Marzo 2ª indizione — Napoli.

Luca e Maria Palerusi germani vendono a Giovanni Tribuno Pardo una loro terra denominata *a frattola* sita nel luogo detto *Panecocolo.*

Pergamene predette.

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu Christi. imperante domino nostro Johannes porfirogenito magno imperatore anno quadragesimo septimo sed et alesio porfirogenito eius filio magno imperatore anno vicesimo die vicesima mensis martii indictione secunda neapoli: Certum est me luca et maria pulerulis uterinis germanis filiis quondam domini stephani qui nominatur roncella et quondam domine troeta honestafemina iugalium personarum : nos autem per absolutione de nobilioribus hominibus de regione sancti pauli maiori et una nobiscum abendo abocatorem nostrum videlicet domino gregorio qui nominatur sirrentino filio quondam domini sergii qui ipsi nobilioribus ominibus nobis seu abocatoribus dederunt eo quod non sumus perducti at legittima etate similiter nos aut una cum consensu et voluntate de memorata domina troeta honesta femina genitrice nostra: A presenti die promptissima voluntate venumdedimus et tradidimus tibi domino Johannes cognomento tribuno pardum filio quondam domini gregorii. qui iterum tribuno pardu bocabis post modum vero monachus: et quondam domina gaitelgaita iugalium personarum· idest integra tertia nostra de integrum campu de terra campese que no-

minatur ad fractula posita vero illo loco qui nominatur panequoculum una cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus. Pertinente vero nobis ipsa integra tertia nostra que superius tibi venumdedimus de memoratum integrum campu de iam dicta terra per memoratum dominum stephanum qui nominatur roncella genitori nostro et a memorato genitori nostro pertinuit per comparatum per firmissima chartula comparationis sue quas ad eum exinde et de alium quod continet que in nostra reserbabimus potestatem fecit dominus Johannes qui nominatur roncella thio nostro uterino germano suo et a memorato thio nostro uterino germano de memorato genitori nostro pertinuit per firmissima chartula recetatiba per dispositum quondam domine marocta honesta femina que fuit conius memorati domini iohanni thii nostri conbenientie membrana supradicta: quod ipse thio nostro exinde et de aliu quod at memorato genitori nostro venundedi quod in nostra reserbabimus potestatem atprehensit da gregorio qui nominatur runcella et iohannes et sica honesta phemina uterinis germanis filiis quondam domini sergii que nominatur runcella qui fuit filio quondam domini gregorii qui iterum runcella vocabat et de quondam domina gemma honesta femina que nominatur de sicule postmodum vero monacha: dudum iugales et quondam domina marocta honesta femina que nominatur ganga iugalium personarum: et da stephana que nominatur moccia et iohannes uterinis germanis filiis quidem domini sergii qui nominatur moccia: et quondam domina sica honesta femina que fuit filia quondam sergii qui nominatur iuppari et quandam domina drosu honesta femina qne fuit filia memorati quondam domini gregorii murella et de memorata quondam domina gemma honesta femina postmodum vero monacha: que nominatur desicule iugalium personarum: hoc est exadelfis thiis et nepotibus set memoratis uterinis germanis seu exadelfis thiis et nepotibus insimul per absolutione gloriose potestatis domini sergii. In dei nomine et eminentissimi consul et dux adque domini gratiam magister militum et una secum abendo abbocatorem domino stephano qui nominatur moccia abio illorum memoratis uterinis germanis filiis memorati quidem domini sergii qui nominatur moccia filio quondam sergii qui nominatur moccia bisabio illorum quod ipsa gloriosa potestas ad eis cum abocatorem dedit propter quod ipsi non estis perductis illegitima etate set ipsi uterinis germanis et germana filiis memorati quondam domini sergii murella cum consensu et voluntate memorata domina marocta honesta femina que nominatur ganga genitrice illorum et memoratis uterinis germanis filiis memorati quidem domini sergii qui nominatur moccia cum consensu et voluntate: de memorato genitore illorum: que vero anbbe firmissime chartule aput nos remanserunt pro ipsu alium quod continet et quod in nostra reserbabimus potestate et nec quandoque tibi tuisque heredibus necesse fuerit ipse anbe firmissime chartule ut super legitur pro ipsum quod superius tibi venundedimus cum omnibus sibi pertinentibus ut super legitur tunc statim omni tempore et nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus ille ostendere et monstrare debeamus at relegendum et affine cum eis faciendum ubique tibi tuisque heredibus necessum fuerit asque omni data occasione: etiam et nos tibi impresentis dedimus et aput te remisimus et una chartula comparationis deest parte de ipsa terra nostra continente quod fecit sergio qui nominatur murella filio memorati quondam domini gregorii qui iterum murella bocabat et quod da memorata domina gemma honesta femina que nominatur desicule iugalium personarum: Ipse autem una cum consensu et voluntate de quidem memorata marochta honesta femina conius sua iterum et cum consensu et voluntate de memorata genitrice sua: a nominata domina marocta honesta femina uterina germana sua conius memorati quidem domini Johanni cognomento roncella viro suo thio nostro: qui se insimul iungitur et aduc indibisa est in comuni reiacent ipsa integra tertia nostra que superius tibi venundedimus de memorato integro campu de memorata terra cum reliqua alia una tercia que exinde pertinet at heredes quondam domini stephani qui nominatur murella et cum reliqua

alia una tertia que exinde pertinet at heredes quondam domini Johanni qui nominatur murella parentibus de memorata domina marocta conius memorati thii nostri : et coheret sibi insimul at memoratum integrum campum de memorata terra unde ipsa integra tertia nostra superius tibi venundedimus cum omnibus sibi pertinentibus ut super legitur ab uno latere est terra ecclesie sancti Johannis catholice maioris ab alio latere est terra de illi qui nominatur scactamunda: ab uno capite est illu fossatu puplici ab alio capite est terra heredis quondam domini Johannis tribuno pardum postmodum vero monachi dudum thio tuo: et est et debeatis omni tempore memorata integra tercia nostra quam de memorato integro campu superius tibi venundedimus per mensura rationabiliter mensuratu ad passum ferreum memorate nostre ecclesie modia quadtuor etiam et si super ipsu mensurari his fuerit de modiu quadtuor tunc ipsu superfluum sit tibi venundatum et traditum per anc chartulam in anc venditione: De quibus nichil nobis de oc quod superius tibi venundedimus cum omnibus sibi pertinentibus ut superius legitur aliquod remansit aut reserbabimus nec in aliena cuiusque persona quod absit comisimus aut iam commictimus potestatem: set a presenti die et deinceps a nobis tibi sit venundatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem quidquid exinde facere volueritis ut ab hodierna die semper in omnibus liberam exinde abeatis potestatem et neque a nobis memorato luca et maria pulcrulis uterinis germanis filiis memorati quondam domini stephani qui nominatur roncella nos autem per absolutionem de memoratis nobilioribus ominibus de memorata regione sancti pauli maioris et una nobiscum abendo memoratum abbocatorem nostrum domino gregorio qui nominatur sirrentino filio memorati domini sergii per ipsi nobilioribus ominibus nobis eu abbocatore dederunt et quod non sumus perducti at legitima etate iterum nos memorati una cum voluntate de memorata domina trocta honesta femina genitrice nostra neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore nunquam tu memorato dominus Johannes qui nominatur tribuno pardu filio memorati domini gregorii postmodum vero monachi et quondam memorata domina garitelgrima honesta femina iugalium personarum aut heredibus nostris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas: a nunc et imperpetuis: temporibus: Insuper et omni tempore nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus illut in omnibus antestare et defendere debeamus ab omnes omines omnique persona: ostendentes tu et heredibus tuis nobis nostrisque heredibus memorata chartula comparationis que aput te remisimus ubi que nobis nostrisque heredibus necesse fuerit et sic nos vobisillut defendere debeamus qualiter superius legitur: propter quod accepimus a te exinde impresentis in omne decisione seu deliberatione idest auri tari centu diricti boni de amalfi pesanti sicut inter nobis conbenit: sin autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus auri solidos quinquaginta bithianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus Johannis curialis per memorata indictione. oc signum ✠ manus meï uterinis germanis per absolutione memoratis nobilioribus ominibus et cum voluntate memorata domino trocta honesta femina genitrice sua quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi et huc recordati sumus ut in ipso latere. ubi est ipsa terra ipsi at ecclesiam sancti iohannis et iterum terra de illu marenariu qui nominatur berzulu et in ipso capite ubi est ipsa terra de ipsi heredes memorati domini iohanni tribuno pardu thii tui et iterum terra.

✠ Ego iohannes curialis per absolutione memoratis nobilioribus ominibus testi subscripsi et memoratos tari traditos vidi ✠

✠ Ego. iohannes filius domini gregorii per absolutione supradicti nobiliores ominibus testi subscripsi et supradicti tari traditos vidi ✠

✠ Ego sergius filius domini iohannis per absolutione supradictis nobilioribus omnibus testi subscripsi et memoratos tari traditos vidi ✠

✠ Ego iohannes curialis: complevi et absolvi per memorata indictione.

XXXIII.

Anno 1139. Marzo 2ª indizione — Siponto.

Lupo e Kuramaria coniugi dimoranti in Siponto donano tutte le loro proprietà poste dentro e fuori la città di Siponto, alla chiesa di S. Leonardo sita presso la strada maggiore della città nel luogo detto *lamavoltria*.

Pergamene predette.

In nomine dei eterñi et Salvatoris nostri Jhesu Christi. Anno incarnationis eius Millesimo centesimo tricesimo nono Mense marcii indictione secunda Regnante domino Rainulfo Apulie Magnifico Duce. Nos vir et uxor quorum nomina sunt Lupo olim filius Johannis clerici et Kuramaria quondam filie Ursonis qui sumus commorantes civitatis Siponti. Presentibus Sassone et Guderisio iudicibus aliisque bonis hominibus testibus sub notatis mecum dicta muliere astante predicto viro et mundialdo meo et a prephatis iudicibus secundum legem in terragrocta pro redemptione anime nostre nostrorumque parentum et ut in eterna vita requiem acquirere valeamus voluntarie optulimus omnes res nostras stabiles tam intus dicte civitatis quam de foris ecclesie sancti Leonardi que sita est iusta ipsam stratam maiorem in loco qui dicitur lamavoltria tradendo in manibus tui domini viti prioris prescripte ecclesie et Johannis sacerdotis vobiscum astante atque recipiente Guisenolfo dudum filio Johannis Ziti ecclesie predicte et vestro advocato. Tali tenore ut Bartholomeus infantulus filius noster et sui legittimi descendentes eos teneant possideant et dominentur. Et si predictus filius noster se coniugaverit dandi potestatem habeat uxori sue morgincaph et meffium. Et si nolente deo evenerit ut predictus infantulus sit captus prelecta ecclesia redimat cum si voluerit et si famis necessitate coactus fuerit nutriat illum prescripta ecclesia. Sin autem iam dictus infantulus. pro se redimendo. et nutriendo de oblatis rebus vendat quantum sibi sufficit. Unde et voluntarie nos predicti vir et uxor mecum dicta coniuge astante iam dicto viro et mundualdo meo vobis domino Vito ecclesie prelecte priori et Johanni presbitero guadiam dedimus vobiscum recipiente prephato . . . . vocato fideiussoribus Eustasio olim dagiferio. et Landone quondam filio maionis Ut hanc oblationem nos vel nostri heredes prephate ecclesie sicut prelectum est non infringamus sed ab omni persona hominum ecclesiam prescriptam adversante legaliter defendamus. Quam si infringere temptaverimus vel defendere noluerimus seu nequiverimus Quinquaginta solidos Aureos Romanatos Bonos hoc scripto semper firmo manente vobis vestrisque posterioribus componamus. Nos quoque predicti fideiussores vobis dictis priori vito et Johanni sacerdoti vestrisque posterioribus nos nostrosque heredes pignerandi licitis ac vetitis licentiam tribuimus donec prelecta vobis adimpleantur. Que scripsi ego Gaderisius notarius – prephatorum iudicum iussu.

✠ Ego Sasso qui supra iudex.

Maraldi Gadrisius censor censoris filius.

✠ Signum manus Rossemanni olim filii porfidi.

✠ Signum manus Acconis Militis quondam filii Bassonis Ziti.

XXXIV.

Anno 1139. 24 Luglio 2ª indizione — Atrani.

Landolfo abate del monastero della gloriosa Vergine Maria e de' Ss. Chirico e Giulitta della città di Atrani concede in enfiteusi a' coniugi Giovanni Datrite ed Alvara un castagneto ed una selva nel luogo detto *ad Antroni,* e propriamente *ad cruci.*

Pergamene predette.

In nomine domini dei salvatoris nostri Jhesu christi Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo tricesimo nono die vicesima quarta mensis iulii indictione secunda atrano. Certum est me landolfus dominus atrani presbiter et monachus adque abbas monasterii vocavulo beate et gloriose dei genitricis et virginis marie et beatorum martirum Christi quirici et iulitte. quod constructum et dedicatum est in hac civitate atrano subtus montem maiorem. Una cum tota nostra congregatione nobiscum manente in memorato nostro monasterio. A presenti die promptissima voluntate tradere et assignare visi sumus vobis lupino filio quondam Johannis datrites. et aloara iugalia. Idest plenariam et integram petiam unam de castanieto quod predictus monasterius habet . . . . . . monti positum loco nominato at Antroni. et loco vocabulo ad cruci. quantum est vacuum et plenum adque silbosum totum vobis eos tradidimus adque assignavimus. quod ad predicto nostro monasterio obbenit per chartulam offertionis a domino pantaleoni imperiali coropalato filio domini sergii filii domini mauri de domino mauro ut pro anima domine drosu iugalie sue. et reclasamus vobis exinde ipsas fines. A supra namque ponitur finis aqua versante. de subtus itaque ponitur finis ipso vallone. de uno vero latere ponitur finis vestra de alio autem latere ponitur finis causa memorati nostri monasterii quod intus totum habemus at rensunum filium palumbi datore sicut demonstrant ipsi termini et ipsa cruci que ibi olim constituti sunt. cum via sua et omnia sua pertinentia. Unde de quantum per memoratos fines concluduntur nihil nobis exinde remansit nec aliquid vobis exinde exceptuavimus. In ea videlicet ratione ut ab hodierna die et imperpetuis temporibus vos et filii filiorum vestrorum de generatione in generationem eos pertenere et laborare debeatis et de presentis incipiatis eos scippare (1) et cultare et insurculare et ipso vacuo pastinare et implere eosdem tigillos (2) et insurculare eos de ipsa castanea zezala. talemque curam et certamen exinde habere debeatis ut non pereat set domino auxiliante proficiat ut pasca apud bonis hominibus. et a die presenti castanee et omne alium fructum quod ibidem dominus dederit dividere illud debeatis nobiscum et cum nostris posteris et successores per medietatem. nos exinde tollamus medietatem et vos medietatem et ipsa medietate nostra de dicte castanee vos colligatis et siccetis in domo vestra et deponatis nobis eas iusta at litora maris de reginnis maioris. sicut consuetudo est. et quando actum est et nolemus ibidem cappilare cappiletis vos ibidem cum omni vestro expendio. et ipsa litora laboretis vos cum omni vestro expendio. et de eis nobis exinde medietatem in

(1) Questo vocabolo è proprio del dialetto napoletano, che corrisponde in questo luogo a *sdradicare, estirpare, svellere.*

(2) Pali, cioè tronchi di alberi fruttiferi, e selvaggi, i quali poichè ànno messo radici, s'innestano a vari frutti veraci.

predicto loco. et neque nos neque homo noster vobis ibidem virtutem vel . . . . . sionem non faciamus set vindemiamus vobis eos ab omnibus hominibus. quod si vos et vestri heredes bene eos non laboraveritis et cultaveritis et ipsam legem nostram compleamus nobis non dederitis qualiter superius legitur hactenus vos exinde vacuos et faciatis nobis iustitiam sicut lex fuerit. quod si vos bene laborando et cultando. et ipsam legem nostram nobis completam dando et voluerimus vos exinde iactare faciamus vobis iniustitia sicut lex fuerit. quod si minime vobis exinde fecerimus auri solidos libra una bitiantea. vobis componere promitto et hec chartula sit firma imperpetuum. Nam et mihi pantaleo imperiali coropalatus filius domini sergii filii memorati domini mauri de comuni maurone. Hanc chartulam quam vobis fecit memoratus dominus landulfus presbiter et monachus et abbas memorati monasterii de dicto casamento quod superius legitur mihi certissime et gratanter placet per memorata obligata pena et reclasamus quia at memorato fine vestra est iterum confinalis dominus Johannes da lu angelu. et benedictus filius leonis datrite. ✠ Malfreda filius domini Johannis testis est.

✠ Marinus iudex filius domini Johannis de fontanula testis est.

✠ Alfanus filius domini Johannis filius domini alfani testis est.

✠ Ego mastalus presbiter et scriba scripsi.

XXXV.

Anno 1140. 6 Agosto 3ª indizione — Napoli.

Pandelfo Pantaleone dona una sua terra posta nel luogo denominato *Caccuttili* che dicesi *a Casalicello*, alla chiesa di S. Agnello dello stesso luogo dei *Caccuttili*.

Pergamene predette.

In nomine dei salvatoris nostri Jhesu Christi. Regnante domino nostro Rocerio . . . . eius dominationis istius civitatis neapolis anno . . . . die sexta mensis augusti indictione tertia neapoli. Per dispositum denique disponere et iudicare . . . . pandelfo qui nominatur pantaleone filio quondam domini gregorii qui iterum. . . . . omnem suam hereditatem seu substantiam de intus et foris . . . . ipso suo disposito continet. . . . . ut si ad cum morte benire: haberet . . . . in futuro seculo se quod da peccatis illorum invenere . . . . Idest integra omnem portione sua quas ad eum pertinebant . . . . sua de integra omnem terra sua posita in loco qui nominatur caccutili et . . . sitas. in ecclesia vocabulo beatissimi agnelli christi confessoris. posita vero in memorato loco caccutuli: ubi rector est et videor ego videlicet cesario umilis presbitero exadelfo germano meo ad avendum et possidendum illut in memorata ecclesia sancti agnelli usque in sempiternum et est et indibisum et in comune ipsa portio de memorata terra que ipse offeruit in memorata ecclesia sancti agnelli et . . . . qua portio exindeque

est et de quondam domino marino diacono germano suo: et per ipso disposito disposuit ut post suum obitum licentiam et potestatem aberemus nos videlicet petro humili presbitero qui nominatur mundascispa: spiritali sancti suo: et memorato cesario presbitero exadelfo germano suo: cum arvis ipsius ecclesie sancti agnelli: et petro qui nominatur murtillo: exadelfo germano suo: suis distributoribus: et nostris heredibus et persona illa at cui ipse suo disposito in manus pareret at preendere reliquum halia omnia sua hereditatem: seu substantias de intus et foris movile rebus seu movilium et immovilium seseque moventibus omnibusque ad eum per quobis modum per memorata genitrice sua intus vel foris pertinentibus: et insimul venumdaremus illut cui volerem et cuyque exinde aliquod venumdaremùs firmum et stavile permanere in perpetuum: et pretium quod exinde tolleremus distribueremus illut pro sua hanima: sicut in omnibus ipse suo disposito continet het quia quod umanum decurrit ordo: memorato pandelfo qui nominatur pantaleone de oc seculo migrabyt: et es ipsa portione sua de memorata terra de memorato loco caccuctili quod at casalicellum dicitur: quod ipse pandelfo per ipse suo disposito hofferuit in memorata ecclesia sancti agnelli: de memorato loco caccuctili per mensuram quarte due de terra hat passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: etiam et de ipse due quarte de memorata terra: exinde venumdedi memorato marino diacono qui nominatur pantaleone una quarta per compassum ferreum memorate sancte nostre ecclesie: Modo vero venimus nos videlicet memorato petro umili presbitero qui nominatur mundascispa: et memorato cesario presbitero qui nominatur saracino: hoc est distributoribus anime de memorato quondam pandelfo qui nominatur pantaleo exadelfo germano meo memorati cesarei presbiteri: et quesibimus te videlicet memorato marino diacono qui nominatur pantaleone nunc vero monacho: monasterii sancti sebastiani uterino germano de memorato quondam pandelfo qui nominatur pantaleone filio quondam domini gregorii monachi qui nominatur pantaleone: dicendo pars nostra hatversus te quia non baluisset tu at preendere et venumdare memorata quarta de memorata terra que fuit de ipsa portione de memorato pandelfo uterino germano tuo: de memorata terra de memorato loco qui nominatur caccuctili quod ipse offeruit in ipsa ecclesia quod ipso suo disposito: Iterum et nos volemus atpreendere illa portione sua de illa domum quod ad eum pertinuyt per memorata genitrice vestra per nos illut dandum pro sua hanima pro eo quod per te ipse illut iudicabi: et tu eum exinde presulsissnet: et pars tua dicebat ut non esset veritas: ut tu eum presulsissent hut tu ipsa legatione perdidissent: de qua multum haltercatione exinde inter nos abuimus et perrexerimus exinde in publicum at legem: et ibidem a parte nostra ostensum et relectu fuit memoratu dispositu de memorato uterino germano tuo: et da ipsi iudices ipsa dicta nostra haudissent et memoratu dispositu intellexissent: tribuerunt exinde inter nobis oc iudicium hut iurare persona tua nobis et dicere ut quando venit at disponendum anima sua memorato pandelfo: qui nominatur pantaleone uterino germano tuo htu eu non presulsisset ut tu ipsa legatione perdis: iterum et pro memorata quarta de memorata terra de memorato loco caccuctili: quod fuit de ipsa portione de memorato pandelfo germano tuo. idest auri tari decem de amalfi nobi qualiter per istam civitatem andaverit at faciendum exinde per ipsa ecclesia: quicquit nobis placuerit: et nos faceremus vobis exinde taliter anc chartulam recetatiba promisisti at quod securitatis ut inferius dicimus: et quantum in presentis dedistis nobis memorati tari decem boni nobis auri de amalfi et aput nos illis abemus at nostram potestatem per faciendum exinde in ipsa ecclesia omnia que voluerimus et iterum in presentis recepimus a persona tua memoratum sacramentum dicente nobis ut superius atseruistis et definibimus exinde tecum in omnibus et amodo et semper nunquam presumimus nos vel heredibus nostris seu posteris meis memorati cesarii presbiteri aut memorata ecclesia sancti agnelli. nec alias quabis personas in nostris bicibus neque

abeamus licentiam haliquando tempore te vel tuis heredibus seu relinquentibus tuis quod sese vel molestaremus de memorata quarta de memorata terra quod fuit de ipsa portione de memorato uterino germano tuo aut de illa portione sua de ipsa domum. vel de omnibus eius pertinentibus neque per ipso disposito de memorato uterino germano tuo nec per nullum alium quolibet modum per nullum modum a nunc et imperpetuum: et quod te aut heredibus seu relinquentibus tuis aut personas vel locas at cuy tu illos datu abuerit vel dederit: per quobis modum per nos vel per nostris heredibus sibe per ipso dispositu aut pro vice nostra per distributoraticum htunc stati omni tempore nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus seu relinquentibus tuis vel personas aut locas hat cuy tu illos datum abuerit vel dederint personas illas exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni vestra vestrorumque heredum qualibet dammietatem: et asque omni data occansione pro eo quod ut superius diximus tu michi dedistis memorati tari decem pro memorata ecclesia faciendi quod volumus quia ita nobis stetit: si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per nullum modum aut sumissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus seu relinquentibus tuis auri solidos triginta bithianteos et ec chartula ut superius legitur sit firma scripta per manus gregorius curialis per memorata indictione ✠ hoc signum.

✠ Ego petrus presbiter subscripsi ✠

✠ Ego cesarius presbiter subscripsi ✠

✠ Ego petrus filius domini stefani testis subscripsi ✠

✠ Ego cesarius supradictus testi subscripsi ✠

✠ Ego sergius curiali testi subscripsi

✠ Ego gregorius curialis complevi et absolvi per memorata indictione ✠

XXXVI.

Anno 1143. Aprile 6ª indizione — Palermo.

Re Ruggiero dona a Guido de Allegro ed a Maria sua moglie un pezzo di terra in pertinenza di Tusciano dove dicesi *Dumo*.

Pergamene de' Monasteri soppressi vol. 1.

✠ In nomine Domini nostri Jhesu Christi Rocerius Divina favente Clementia Rex Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue.

Nostras ad deum tendere preces confidimus si dignas peticiones nostrorum fidelium non contempnimus et eosdem fideles nostro beneficio nobis fore credimus fideliores. et in nostro servicio promptiores et ceteros ea que bene fecerimus arbitratos fidelius nostris obedire preceptis. Idcirco pro bono servicio quod nobis fecistis concedimus vobis Guido de allegro fideli nostro et maria uxor tua et heredum vestrorum. Unam petiam de terra que est in pertinentiis tusciani ubi dumus vocatur iure hereditario cum omnibus que intra ea sunt cunctisque eius pertinentiis et cum omni vice de viis suis. ea ratione ut semper sit in potestate vestra et heredum vestrorum et liceat vos et vestros heredes de ea facere quod volueritis. et neque a nostris iudicibus. comitibus. castaldeis. catapanis. neque a quibuscumque actoribus nostre rei puplice quolibet tempore. tu et uxor tua et heredum vestrorum habeatis ex hoc quod vobis sicut scriptum

est concedimus aliquam contrarietatem. Sed in perpetuum illud tu et tui heredes securiter habeatis et faciatis ex eo quod volueritis. Ad huius sane nostre concessionis auctoritatem. et inviolabile sacramentum. presens privilegium scribi et nostra bulla plumbea insigniri precepimus. Data per manus Robberti cancellarii in urbe panormi. Anno incarnationis dominice. Millesimo. Centesimo quadragesimo tertio. Mense aprelis. Indictione sexta. Regni vero gloriosi regis Rogerii. Anno tertiodecimo. feliciter Amen. Amen. Amen.

XXXVII.

Anno 1163. Luglio 11ª indizione.

Sentenza pronunziata dal Maestro Camerario di Calabria, Guido di Ripicella a favore della chiesa di S. Giacomo di Sarcone.

Pergamene de' Monasteri soppressi vol. 2. n. 111.

✠ In nomine domini eterni ac salvatoris nostri ihesu christi. Anno ab incarnatione eius M. C. LXIII. Regnante domino nostro Willelmo dei gratia rege sicilie ducatus apulie et principatus capue. Mense iulii indictione XI. Ego Guido de ripicella. domini regis magnus camerarius totius calabrie et vallis gratis et vallis signi atque vallis marsici. per preceptum domini nostri regis fui aput sarconem ut ibi diffinirem de malefacto et de iniusto quod ecclesia carboni passa est a senioribus eiusdem sarconis. ibi vero venerabilis dominus Eunufrius archimandritus cum pluribus monachis et fratribus ecclesie et ostendit nobis de tenimentis quibus iuste pertinebant ecclesie sancti iacobi de sarcone. silicet ortus maior. et ortus qui est iusta aream curie. et saltus unius molendini. et pecia una de terra que est iusta flumen saure. et nunc predicta ecclesia sancti iacobi qui ipsum tenimentum habere debet. minime habet. rogamus vos ut sicut dominus noster gloriosissimus rex precepit. iura ecclesie reddere faciatis. Ego vero venire feci ante me homines sarconis videlicet presbiteros. milites et alios plures homines qui suptus scripti sunt. et precepi eis ut irent et dicerent si ipsum tenimentum iuste pertineret ecclesie sancti iacobi. illi vero abierunt et simul nobis dixerunt. quoniam predicta ecclesia sancti iacobi olim ipsum tenimentum quiete et rationabiliter tenuit. et antecessores qui fuerunt donatores sarconis. sine ratione dissagiverunt (1) iam nominata ecclesia de ipso tenimento. Ego audiens et cognoscens per dicta bonorum hominum sarconis. qui hoc quod supra dictum est iuste querebant. dominus Archimandrita una cum fratribus suis ad opus ecclesie statim reddidimus ipsum tenimentum ecclesie sancti iacobi. ut amodo in antea omni futuro tempore securiter teneat et possideat iam dicta ecclesia iamdictum tenimentum cum omnibus sibi pertinentibus. et precepi hanc cartam scribere et testificare ut nemo. nullo tempore. predicte ecclesie nullum impedimentum facere presumat. Si quis hanc rendicionem runpere sive evacuare voluerit. sit culpabilis regie curie uncias auri decem et ecclesia securiter sua iura teneat. Uius rey testes sunt suptus scripti homines.

✠ Ego Riccardus filius yvonis testifico hoc.

(1) Disturbarono il possesso.

✠ Ego Johannes guarnerii. confirmo hoc.
✠ Ego Angerius miles hoc confirmo.
✠ Ego Johannes pinzonus testis sum.
✠ Ego presbiter Mayus similiter
✠ Ego presbiter Mangisius.
Ego Johannes milandus.
Ego Olai maynardus.
Ego Rogerius de sala.
Ego Petrus alberti.
Ego Adilelmus tornatore
Ego Nicolaus malaza.
Ego Loysius ckatiparius confirmo hoc

XXXVIII.

Anno 1164. Maggio 12ª indizione — Montezungoli.

Guglielmo vescovo di Ariano unitamente a Giovanni vescovo di Vico della Baronia ossia di Trevico procede alla dedica della Chiesa di S. Cataldo del castello di Montezungoli.

Pergamene de' Monasteri soppressi vol. 2. n. 116.

✠ In nomine domini. Anno millesimo centesimo sexagesimo quarto Ab incarnatione domini nostri ihesu christi. et quarto decimo anno Regni domini nostri magnifici et gloriosissimi regis Willelmi mense madii. duodecima indictione. Ego Willelmus dei gratia arianensis sedis episcopus (1). a te Jordano filio quondam patonis guaramarii de castello montis zonculi rogatus dedicare ecclesiam quam intus predio pro redemptione anime tue et tuorum parentum in pede predicti castelli ab ipsis fundamentis de novo fundasti. petitionibus favens tuis una cum venerabili Johanne vicensis dei gratia sedis episcopo (2) decimo die intrante huius predicti mensis madii. illam in honore beati Cataldi episcopi et confessoris sollempniter dedicavi. In qua videlicet ecclesia ego prephatus Willelmus episcopus habens mecum Sassonem archipresbiterum et dompnum Raynaldum primicerium. et de aliis nostris clericis ante bonos homines subscriptos testes concedo huiusmodi francitiam ut amodo et semper tu qui supra Jordanus et tui

(1) Questo vescovo è affatto sconosciuto all' Ughelli, al Barberio ed al Vitale. Di fatti l' Ughelli nella serie de' Vescovi di Ariano nella seconda edizione della sua *Italia Sacra* nota il primo vescovo Meinardo nell' anno 1070, il secondo Gerardo nel 1098, poi N.......*Arianensis Episcopus interfuit Trani an. 1143 translationis corporis S. Nicolai Peregrini;* ed immediatamente dopo Bartolommeo, che intervenne nel Concilio Lateranese celebrato da Alessandro III nell' anno 1179. E le stesse cose ripetono Fabio Barberio nel suo *Catalogus Episcoporum Ariani* stampato in Napoli nel 1635 in 4° e Tommaso Vitale nella sua *Storia della Regia città di Ariano*. Roma 1794 in 4°.

(2) Anche costui fu sconosciuto all' Ughelli, il quale nella serie de' Vescovi di Trevico ossia di Vico della Baronia, suffraganei dell' Arcivescovo di Benevento, registra il primo vescovo Amato nell' anno 1136, il secondo Ruggiero, che intervenne al Concilio Lateranese celebrato da Alessandro III nell' anno 1179 ed in terzo luogo un altro Amato nell' anno 1183.

heredes eandem ecclesiam cum suis pertinentiis libere et absolute habeatis et possideatis sine contradictione mea et meorum successorum. nichil inde preter quam per singulos annos in assumptione beate dei genitricis et virginis Marie unam libram thuris nostro arianensi episcopio reddere debent es. Et si aliquando evenerit. ut ipsa ecclesia beati Cataldi sit deo propitio parrochiam habitura. de ipsa parrochia sicut cetere ecclesie ipsius castelli nostro episcopio de cetero respondeant. Quatenus autem presbiter in ipsa ecclesia mittendus fuerit. cum communi consilio nostro scilicet et vestro mitti debeat. et claves ecclesie a manibus nostris recipiat. Hoc breve scripsi ego Alferius notarius iussu predicti presulis. Actum in predicto castello montis zonculi feliciter.

✠ Ego Willelmus ariani episcopus.
✠ Ego Sasso archipresbiter testis sum.
✠ Ego qui supra rainaldus primicerius.
✠ Signum crucis proprie manus Roberti clerici.
✠ Ego Johannes consinus testis sum.
✠ Ego Eranaccus testis sum.
✠ Ego Rao consinus testis sum.

XXXIX.

Anno 1191. 9ª indizione.

Re Tancredi conferma i privilegî alla Città di Gaeta.

Pergamene di Gaeta.

✠ In nomine dei eterni et salvatoris nostri ihesu christi Amen. Tancredus divina favente clementia Rex Sicilie ducatus Apulie. et Principatus capue. De munificentia Regie maiestatis advenit. quod principalis humanitas facilem se tribuit precibus subiectorum. et ubi rationis ordo non dissuadet. clementer exaudit desideria supplicantum. Siquidem tanto plenius regnantibus ad cumulum laudis accedit. quanto benignius fidelium votis Principis audientia condescendit. et tanto crescit uberius fervor fidelitatis in subditis. quanto magis letificat eos regalis munificentia maiestatis. Inde est quod fidelitatem vestram et grata servitia que vos Gaietani fideles nostri predecessoribus nostris semper exhibuistis. Et nobis studuistis propensius exhibere benigno considerantes affectu. ad preces et petitiones vestras quas per nuntios et concives vestros maiestati nostre supliciter porrexistis. de innata nobis benignitate confirmamus vobis omnes usus et consuetudines vestras quas habuistis et habetis ab antiquo tempore. et a tempore domini Regis Roggerii avi nostri felicis memorie usque nunc. Videlicet consulatum commutandum et eligendum omni tempore sicut soliti estis pro voluntate vestra sine licentia curie. Insuper concedimus vobis viros eligendos pro iudicibus procreandis. in civitate Gaiete. quotiens necesse fuerit. et curie nostre presentandos. ut si digni fuerint vobis in iudices concedantur. iurati in publico Gaiete iudicare secundum usum Gaiete et omnia iura regia et vestra illibata servare. Item baiulus nullus in civitate Caiete . . . . nisi de civibus vestris. ita tamen quod non fiat hoc per fraudem ad dampnum nostrum. Et ipse donec baiulus. . . .

follarorum monetam concessimus vobis per consules cudendam et habendam in civitate Gaiete pro communi utilitate vestra sicut eam huc usque habere consuevistis. Tincturam quoque Gaiete. civitati et communi Gaiete concessimus. Insuper concessimus vobis ut a magistris Justitiariis seu Justitiariis ad iustitiam faciendam non cogamini. Civiles quidem cause in curia Gaiete diffiniantur. sicut diffiniri consueverunt. Criminales vero cause que amodo in Gaieta emerserint. inter concives vestros. in magna regia curia panormi diffiniantur per testes sine duello. et quicquid super his a Consulibus. Iudicibus et consiliariis qui iustitiam et veritatem iuraverint. de his videlicet que acta fuerint coram eis. significatum fuerit curie nostre credatur. De crimine autem maiestatis si appellatio facta fuerit. diffiniatur in magna curia nostra panormi. quocumque modo nostre placuerit voluntati. Et prius quam accusator convictus fuerit. sive defecerit in accusatione sua. iustas expensas accusato reddere debeat. Postquam autem princeps statutus fuerit capue. criminales cause sicut agitari et diffiniri debent in magna curia nostra panormi. sic in curia ipsius principis debent diffiniri. Confirmamus etiam vobis omnes portus vestros sicut eos habuistis ab antiquo tempore et habetis in vestra proprietate. videlicet Portum Sugii. Portum Setre. Portum mastrianni. Portum cilicie. Portum carciani. et Portum patrie. nec ipsi portus prohiberi debent vobis aut impediri. occasione offensionis quam aliquis civium vestrorum faciat adversus aliquos. Ceterum confirmamus vobis insulellas vestras. Videlicet. Pontiam. Palmariam. et Sennonem. quas ab antiquo habuistis et habetis. salvis nobis falconibus nostris. In silvis etiam que sunt a Gaieta usque cumas concessimus vobis incidere ligna pro voluntate vestra sicut semper consuevistis. Insuper concessimus vobis ut frumenta non prohibeantur vobis de Sicilia extrahere et deferre Gaietam. nisi quando generalis prohibitio facta fuerit a regia maiestate. Nec cogantur cives vestri in siciliam euntes cum navibus vel aliis vascellis suis ire ad deferendum frumentum vel alia victualia curie. nisi magna imminente necessitate. De pedagio autem seu diricto non dando a vobis in passagio Gariliani. fiat secundum quod a domino rege. Willelmo patruele nostro felicis memorie de remissione passagii statutum fuit. Item concessimus vobis ut si quando vascella vestra in qualibet de maritimis Regni naufragium pertulerint. omnes res eorum que invente fuerint. salve fiant ad opus dominorum ipsarum. Insuper concessimus vobis quod civitatem Gaiete nulli dabimus. set semper in nostro et heredum nostrorum demanio eam tenebimus. Item concedimus civitati et communi Caiete castellum Ytri et castellum maranule. cum iustis tenimentis et pertinentiis ipsorum castellorum que quondam fuerunt fundani comitatus. salvo servitio quod inde curie nostre debetur. iuxta quod continetur in quaternionibus curie nostre. Remittimus etiam vobis falangagium per totam maritimam a Gaieta usque panormum. Sane concessimus vobis ut cives vestri de Sicilia. Sardinia. et barbaria venientes. directum quod sub nomine catenaccii et pondere statere hactenus in Gaieta dabant. amodo non persolvant. Item confirmamus vobis comercium sicut illud a tempore domini Regis Roggerii avi nostri felicis memorie habuistis et habetis pro communi utilitate Gaiete. Concessimus etiam vobis usum Camere nostre Gaiete ad tenendum ibi curiam donec nostre placuerit maiestati. Concedimus quoque ad preces et intuitum Albini venerabilis Albanensis Episcopi domini pape Vicarii Karissimi Amici nostri. civitati Gaiete ut de duabus Galeis quas soliti estis armare. non cogamini armare nisi unam Galeam tantum ad mittendum eam in servicium nostrum. excepto cum necesse fuerit pro defensione Regni et tunc duas galeas armabitis sicut hactenus consuevistis. Convenantias autem dari faciemus marinariis vestris sicut recipiunt eas alii marinarii Galearum que armabuntur in principatu Salerni. Hec autem omnia sicut predicta sunt. vobis duximus concedenda. dummodo vos in nostra et heredum nostrorum fidelitate semper firmiter perseveretis. Ad huius autem nostre concessionis memoriam et inviolabile firmamentum. presens privilegium

per manus. Thome notarii et fidelis nostri scribi. et bulla plumbea nostro typario impressa. Iussimus roborari. Anno. mense. et Indictione subscriptis.

Data in urbe messane per manus Riccardi filii Mathei Regii Cancellarii quia ipse Cancellarius absens erat. Anno dominice Incarnationis millesimo centesimo . . . . (1) Indictionis. Regni vero domini nostri Tancredi dei gratia magnifici et gloriosissimi. . . . . principatus capue. Anno secundo feliciter Amen. Ducatus vero domini Roggerii dei gratia gloriosissimi . . . . Anno Primo (2) prospere. Amen.

XL.

Anno 1193. 1 Febbraio 11ª indizione — Napoli.

Benedetto abate del monastero di S. Salvatore dell' isola di mare, passato nel monastero di S. Pietro apostolo nel distrutto castello *Lucculano* vende ai fratelli Sergio e Stefano Mauro Malone un fabbricato dove sta il Tocco pubblico detto di *Calcara* nella città di Napoli presso il vico pubblico della stessa regione di Calcara.

Pergamena n. 341 bis del vol. 4 delle pergamene de' Monasteri soppressi.

✠ In nomine Domini dei Salvatoris nostri Jhesu Christi : regnante domino nostro tancredo sicilie et italie magnifico rege anno tertio: et eius dominationis civitatis neapolis eodem anno tertio: die prima mensis frebuarii indictione undecima neapoli. Certum est nos benedictus umilis abbas monasterii ecclesie domini et Salvatoris nostri Jhesu Christi de insole maris: qui nunc congregatnm est in monasterio beati apostoli petri princeps apostolorum: qui est intus castro distructo lucculano: (3) et cunctas congregationes monachorum memorati Sancti et venerabilis nostri monasterii. A presenti die promptissima voluntate venumdedimus et tradidimus vobis domino sergio cognomento mauru malone et domino stephano uterinis germanis filiis quondam domini sergii qui iterum maurum malone vocabatur: et quondam domina claritritia honesta femina iugalium persenarum: idest integra superiora nostra pertinente memorati sancti nostri monasterii hoc est qualiter salit usque at tectum cum eodem tectum suum de super se: que simul est constituta super posicum publicum ubi est toccum publicum qui dicitur de calcaria: positum vero intus anc civitatem neapolis iusta bico publico seu et super ipsum posicum publicum ipsius regionis calcarie: Una cum aeribus et aspectibus suis et cum integris gradis frabitis prope is ipsa superiora que vobis venumdedimus que sunt constituta in is parte de ipsum posicum publicum: et cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus : et coheret at memorata integra superiora que superius vobis venumdedimus vobiś autem pro bice vestra et pro bice dicti domini Johannis cogno-

(1) Nonagesimo primo none.

(2) Questo figliuolo di re Tancredi in questo anno fu creato dal padre Duca di Puglia.

(3) Qui si nota l' isola di Castello dell' Uovo in modo distinto dal distrutto Lucullano ; perciò è provato che a questo non appartenne l' isola predetta. Di fatti il monastero di S. Salvatore si dice *de insole maris* e quello di S. Pietro *intus castro distructo lucculano*.

mento maurum malone uterino germano vestro qui modo in ista civitate neapolis non est: cum suis omnibus pertinentibus ut super legitur: a parte orientis est es parte de aliis domibus nostris es ipso nostro monasterio pertinentes que in nostra reserbavimus potestate: sicuti inter se pariete comuni esfinat: ubi sunt modo fenestre incancellate que de presentis frabite esere debeat: ut amplius in ipsum pariete comuni nulla aperturia fiat per nullum modum: et a parte occidentis est domum heredis quondam ursi qui nominatur caccabaro: sicuti inter se pariete comuni esfinat seu et in ipsa parte occidentis in is parte est is parte de domum vestram et dicto uterino germano vestro: sicuti inter se pariete comuni esfinat: et a parte septemtrionis sunt alie desuper ipso bico publico: sicuti inter se pariete esfinat: ubi sunt fenestre que supra ibidem respiciunt: seu et ubi super ipso bico versa et decurrit pigna tectui is ipsa superiora que vobis venumdedimus et a parte meridiei est superiora camminata vestra et dicto uterino germano vestro: pro quod superius vice fecistitis: que vos da nos et da memorato nostro monasterio illa ad libellaticum detinetis per firmissimum libellum quod aput vos abetis unde nos abemus unum simile: sicuti inter se pariete esfinat: et licentia et potestate abeatis vos et memorato domino Johannes uterino germano vestro et vestris et suis heredibus ipsum quod superius vobis venumdedimus qualiter superius legitur: reconciliare et edificare et vignare et oburacare et in altum at rendere et coprire qualiter melius potueritis. de quibus nihil nobis nec in ipso sancto nostro monasterio: de oc quod superius vobis venumdedimus cum suis hominibus pertinentibus ut superius legitur · esinde aliquod remansit aut reserbavimus nec in aliena cuiusque persona quod absit commisimus aut iam commictimus potestate: set a presenti die et deinceps a nobis vobis sit venumdatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sint potestate quidquid esinde facere volueritis: ut ab hodierna die semper in omnibus libera esinde abeatis potestate: et neque a nobis memorato benedicto umilis abbas ipsius monasterii sancti salvatoris de insole maris qui nunc congregatum est in ipso monasterio sancti petri quod est in castro distructo qui dicitur lucculano: et cunctas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis nostris monasterii ut super legitur: neque a posteris nostris nec ab ipso sancto nostro monasterio nec a nobis persona summixa nullo tempore nunquam vos memorato domino sergio cognomento mauru malone et iam dicti domini stephani uterinis germanis nos autem pro bice vestra et pro bice dicto domino Johannis uterino germano vestro qui modo in ista civitate neapolis non est: aut heredibus vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacunque requisitiones aut molestiam per nullum modum nec per summixas personas a nunc et in perpetuis temporibus · insuper et omni tempore nos et posteris nostris et memorato sancto nostro monasterio: vobis vestrisque heredibus: ipsum quod superius vobis venumdedimus cum suis omnibus pertinentibus qualiter superius legitur· in omnibus illut antestare et defendere debeamus da homnes omines homnique personas: asque omni data hoccasione: propter quod escepimus a vobis exinde in presentis in omne et decisitionis seu deliberationis · id est auri solidos centum viginti quinque de tari ana quactuor tari per solidum diricti boni de amalfi pisanti: pro nobis esinde finiendum istu malum tempus de famme (1) ubi modo sumus sicut notum est: sicut inter nobis combenit si autem aliter fecerimus de his homnibus memoratis per quobis modum aut summixas personas tunc componimus nos et posteris nostris et memorato sancto nostro monasterio vobis vestrisque heredibus auri solidos duos centos quinquaginta: bithianteos et ec chartula ut super legitur: sit firma scripta per manus Johannis Curialis per memorata indictione.

(1) Questa carestia, che nell'anno 1193 tanto tormentava la città di Napoli, non viene ricordata da alcuno degli scrittori contemporanei. Certamente una delle principali cause fu la guerra che si combatteva tra re Tancredi ed Errico VI imperadore, i quali portavano lo esterminio dovunque passavano.

✠ Ego Benedictus humilis abbas sancti salvatoris insule maris subscripsi. ✠ Ego frater Alexander sacerdos et monacus subscripsi ✠ Ego frater Antonius sacerdos et monacus subscripsi ✠ Ego frater Johannis sacerdos et monacus subscripsi ✠ Ego frater Johannes sacerdos et monacus subscripsi ✠ Ego frater pandolfus sacerdos et monacus subscripsi ✠ Ego frater Robertus sacerdos et monacus subscripsi ✠ Ego frater bartholomeus sacerdos et monacus subscripsi ✠ Ego frater Ado diaconus et monacus subscripsi ✠

✠ Ego Cesarius curialis: testi subscripsi et memoratos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego petrus supradictus testi subscripsi et memoratos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego Johannes Curialis: complevi et absolvi per memorata indictione.

XLI.

Anno 1262. Aprile 5ª indizione — Policoro.

Manfredi Maletta Conte di Minei e di Frequento Gran Camerario del Regno di Sicilia restituisce al Monastero di S. Michele di Montescaglioso alcuni beni da lui posseduti.

Pergamene di Matera.

Manfridus Maletta dei et Regia gratia Comes Minei et Frequenti. magnus Regni Sicilie Camerarius. Cum Monasteriorum et Ecclesiarum iura manutenere et augere universaliter proponamus dignum fore dignoscitur. ut ei a quo servitia grata suscepimus. per nos de bonis suis que tenemus restitutio fiat. et conferatur ei de aliis gratiose. Per presens igitur privilegium. notum fieri volumus universis quod Nos attendentes. multa beneficia et grata servicia. que venerabilis Abbas Monasterii Sancti Michaelis de Montecaveoso. nobis incessanter contulit. et confert ad presens. ac conferet melius in futurum. Considerantes etiam quod tam ipse quam Conventus eiusdem Monasterii domino nostro Excellentissimo Regi Manfrido fidei sinceritate retroactis temporibus servierunt. ad preces suas quoddam Casale quod dicitur Avenella. situm in Basilicata. quod ex datione. concessione et locatione. nobis dudum ab eodem Abbate factis. tenebamus et possidebamus. prout in Instrumento inde facto quod in Camera nostra consistit plenius continetur. cum hominibus. tenimentis. iuribus. rationibus. et omnibus pertinentiis suis. prefato abbati pro parte prefati Monasterii. de speciali gratia et certa conscientia nostra restituimus donamus concedimus et in perpetuum confirmamus. renuntiantes omni iuri omnique actioni. quod vel que nobis competunt. vel competere possent in eodem Casali. et specialiter Instrumento predicto. Ad huius autem rei memoriam et perpetuam firmitatem presens privilegium per manus Petri de Alifia domini Regis et nostri Notarii fieri et Sigillo nostro fecimus communiri.

Datum Policori. Anno dominice Incarnationis Millesimo. Ducentesimo sexagesimo secundo. Mense Aprelis. quinte Indictionis. Regnante domino nostro Manfrido dei gratia excellentissimo Rege Sicilie. Regni eius anno quarto feliciter amen.

INDICI

INDICE DEI SOMMARII

APPENDICE

INDICE DEI NOMI

DELLE PERSONE NOMINATE IN QUESTO VOLUME

INDICE DEI COGNOMI

INDICE

de' Sovrani, Pontefici, Principi ed altri illustri personaggi

notati in questo volume.

INDICE TOPOGRAFICO

di Regni, Province, Città, Terre, Castelli, Luoghi ecc.

nominati in questo volume.

INDICE

di Luoghi e di Edifizii della Città di Napoli e sue vicinanze

ricordati in questo volume.

INDICE DELLE COSE NOTABILI